image
not
available

37

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

FIDES ECCLESIÆ ORIENTALIS

SEV

GABRIELIS METROPOLITÆ PHILADELPHIENSIS

OPVSCVLA,

NVNC PRIMVM DE GRÆCIS CONVERSA.

Cum Notis vberioribus, quibus Nationum Orientalium perſuaſio, maximè de Rebus Euchariſticis, ex libris præſertim Manuſcriptis, vel nondum Latio donatis illuſtratur.

Aduerſus CLAVDII Caluiniani Ritus Carentone Miniſtri Reſponſum, ad Perpetuitatem Fidei Eccleſiæ Catholicæ, de iiſdem Rebus Euchariſticis à Clariſſimo ARNALDO Doctore Sorbonico defenſam.

Opera & ſtudio RICHARDI SIMONIS è Congregatione Oratorij D. N. IESV CHRISTI.

His acceſſerunt Epiſtolæ duæ ad IOANNEM MORINVM, *quarum vna eſt Leonis Allatij, Abrahami Echellenſis Maronitæ altera.*

PARISIIS,
Apud GASPARVM METVRAS, viâ Iacobæâ, ſub ſigno SS. Trinitatis, prope RR. PP. Maturinos.

M. DC. LXXI.
CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO DOMINO D.

CAROLO SANCTAMAVRÆO DVCI MONTAUSERIO,

PARI FRANCIÆ,

Regij vtriuſque Ordinis Equiti Torquato, Inculiſmenſium, Santonum, Alſatiæ ac Normaniæ Proregi, & Sereniſſimi Franciæ Delphini inſtitutioni Præfecto.

CHRISTIANÆ Reipublicæ Orientalis Nationes, DVX EXCELLENTISSIME, ſuum te ſibi Patronum aſciſcunt. Nulla Regionum longinquitas, eas morari potuit, quominus in conſpectum tui venirent. Te per

Digitized by Google

illam ipſam animi tui magnitudinem, & immenſum res Religionis omni ope promouendi quo teneris deſiderium, obteſtantur, vt fidei ſuæ defenſorem ac vindicem te præbeas. Splendorem à tuo nomine & tutelam expectant aduersùs calumniatorum inſidias. Primus tibi ſupplicat celeberrimus Græcorum Antiſtes Gabriel Seuerus. Deinde ſuccenturiati ſuo quique ordine ſuperueniunt Chaldæi, Cophtitæ, Æthiopes, & alij ritûs Orientalis homines priſcæ fidei & auitæ perſuaſionis retinentiſſimi. Veram ipſimet Religionis ſuæ faciem, ne quid detrimenti ex aliorum commentis recipiat, omnium oculis ſubjiciunt. Liturgias ſuas proferunt ex vetuſtis & bonæ notæ exemplaribus, ne amplius Latinæ earumdem interpretationes vocentur in iudicium. His & alias adiungunt, quæ nondum lucem aſpexere. Norunt quidem maximè Græci doctrinæ ſuæ puritatem

Digitized by Google

ab iis qui cuncta ad artis suæ normam dirigunt, Romæ non ita pridem notatam, in extremum ferè periculum adductam fuisse. Verùm dum vmbraticos Doctores rebus suis parum æquos experti sunt, earumdem studiosos fautoresque sensere optimum sapientissimum Pontificem Vrbanum octauum, & viros in Theologia Primarios, quibus ærumnosa planè visa est nationum Orientalium conditio. Præpostera illa Theologorum quorumdam agendi ratio viris cordatioribus multùm displicuit. Quantum ab istis in hoc negotio peccatum fuerit liberè declarat Doctissimus Lucas Holstenius inde iam ab initio dissertationum de ministro Confirmationis apud Græcos, quæ Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini studio & opera primùm editæ fuerunt. Luctuosum, *inquit*, Schisma quod Orientis & Occidentis Ecclesias dudum disiunxit, illis potissi-

mùm imputandum eſt, qui Chriſtianâ caritate poſthabitâ, diſputandi pruritu, omnia in quæſtionem & controuerſiam adduxerunt, quæ diuerſo ritu apud partem aduerſam aguntur. His nulla vel exigua veritatis cura, ſed vnum vincendi ſtudium, vt ex ſua conſuetudine, vel opinione aliis legem præſcribant. *Ita ſcilicet* DVX EXCELLENTISSIME, *comparata eſt natura hominum, quibus curta ineſt eruditionis Theologicæ ſupellex, vt apud ipſos vili veneant hæreſes. Vnde poſtea ortum fuit, vt illi qui Eccleſiæ Romanæ ampliſſimum Catholicæ nomen & honorem inuident, horum autoritate communiti, fidem illius Catholicam dici non poſſe obiecerint, quæ à cæterarum gentium perſuaſione ita eſſet aliena. Iſtud argumentum nuperrimè tractauit Claudius Caluiniani ritûs Miniſter, vir multi apud ſuos nominis; ſed ita*

Digitized by Google

frigidè ac jeiunè, vt Dialecticum potiùs Logicorum tricis inuolutum se ostendat, quàm Theologum veritatis studiosum. Quid autem à me hac in parte præstitum fuerit, ipse iudicabis, qui non minùs rebus Theologicis quàm literis humanioribus te applicuisti. Vario igitur tibi nomine hæc scriptio conuenit; ita enim omnem ætatem tuam armis contriuisti, vt inter opera bellorum, ad literarum exercitia semper respiceres. Sed in his quis esses tunc vniuerso terrarum orbi apparuit, cùm inuictissimus Rex noster, cuius magnitudo gestis veterum fidem conciliat, pietati tuæ, prudentiæ, ac consilio proximum Regni sui hæredem commisit, sapientiam in te cum virtute bellica dudum expertus. Multos quidem habemus qui teneros Principum animos, vitam, & mores instituerunt; at tu cum illis officio coniunctus, cum pauciſsimis verò ſecretus exemplo. *Non es ex eorum*

Digitized by Google

numero, qui leuitati seruientes studia sua ad plausum populi referunt, sed quod magni generosique animi est, virtutem quæ ex vulgi rumore pendet, aspernatus, grauis in vita, non seuerus, virtutum omnium & modestiæ exemplar teipsum exhibes. Virtute tuâ id potius assecutus es, vt ad honores summos perueneris, quàm inclyta & excellente generis tui dignitate celebritateque nobilis familiæ tuæ, quæ frequentiâ clarissimorum hominum illustrata est. Superbi gentilium tuorum tituli stimularunt te non secùs ac domestica exempla, vt eorum dignitatis patrimonium adaugeres. In his antiquæ claritatis imaginem agnouisti; sed domesticus splendor nunquam ita tibi animos addidit; vt non multò plus gloriæ in virtute propria, quæ veræ laudis est pulcritudo, statueres. Hæc in summo dignitatis gradu te collocauit, hominumque memoriæ nomen tuum commendabit. Labores ca-

pitisque

Digitized by Google

pitiſque pericula quæ adiiſti DVX EXCELLENTISSIME *in præſentia ſileo, quia copia non eſt illa pro dignitate exequi; Cura ſalutis communis tibi ſemper fuit antiquiſſima; fecit illa vt ab ineunte ætate arma tractares. Neque minùs notus eſt Italis, Germanis, cæteriſque Europæ nationibus iſte vultus tuus, quàm Gallis noſtris. Vt Deus optimus maximus virum ſaluti publicæ ita deuotum, Regno, Regi, illiúſque hæredi proximo quàm diutiſſimè incolumem ſeruet optat.*

DVX EXCELLENTISSIME,

Tibi addictiſſimus RICHARDVS SIMON, Congr. Oratorij D. N. JESV CHRISTI Preſbyter.

Digitized by Google

ILLVSTRIA

DE GABRIELE SEVERO

METROPOLITA PHILADELPHIENSI

TESTIMONIA.

*Ex libro 8. Turco-Græcia.**

Ibidem Græcè extat hæc epistola.

Reuerendo & pio Domino Gabrielo Philadelphiæ Archiepiscopo Venetiis nunc degenti Domino colendissimo. S. per Christum.

VIVIT nunc in Illustrissima Venetorum vrbe amicus mihi charus Hieronymus Viscerus, Medicinæ studium persequens iuuenis virtute præstans, bonorumque virorum amore dignus. Id nuper me certiorem fecit, istic hoc tempore versari sacratissimum, & pium Philadelphiæ Archiepiscopum Dominum Gabrielum, eiusque nomen manu ipsius in chartula scriptum mihi misit: quod sanè mihi pergratum fuit. Statim igitur præteriti temporis memoriam repetens, videbar mihi id nominis antea quoque inaudisse. Curro ita ad charissimum & honorandum Stephanum Gerlachium (qui paucis annis ante Constantinopoli satis diu vixit; nunc autem in Academia hac Tybingica S. Theologiæ Doctor est) ad ipsum de hoc refero. Continuò is mihi: Hic est, inquit, ille præstantissimus vir, quem ego XVIII. Iulij CIↃIↃLXXVII. vidi Constantinopoli à S. Patriarcha D. Hieremia in Patriarcheij templo Archiepiscopum Philadelphiæ creari. Hoc audito, Reuerende Domine Archiepiscope Gabriele, maior quædam Reuerendæ Dignitati tuæ scribendi fiducia me incessit: si nihil aliud, hoc quidem tempore, at saltem salutem cum ea qua decet reuerentia, cogente me acerrimo rerum Græcarum studio, quo etiam impellente sanctissimo Constantinopoleos, præteritis annis molestus esse non dubitaui, qui tamen amantissimè mihi, quamuis indigno, non semel respondit. Dominus igitur Christus vnicus.

humani generis conseruator, in quo solo nitimur Reuer. Dignitatem tuam gratia sua prosequatur, omnia tum animi, tum corporis commoda clementer ei largiatur, & miseriis huius vitæ perfunctam in sedes beatas & æternas recipiat. Verùm humanitatem erga me, Reuerende Domine, declara. Dignare me quamuis immeritum miti responso. Quod si quid poteris optimo nostro Hieronymo commodare ad illud, vt aliquid amplius ego librorum vulgaris Linguæ Græcæ nanciscar, vnde magis ipsam addiscam, oro Domine ne molestum sit ei locum & modum comparandi indicare. Tunc ipse mihi emet. Doleo nullum tale lexicon extare vnde mihi necesse est, vndecunque possim corrogare dictionum me latentium interpretationes, quæ aut puris vocabulis Græcis, aut Latinis reddantur. Omnino autem mihi studio est; quandoquidem veterem puram linguam mediocriter didici, eamque in Academia nostra doceo, cum ea hodiernæ quoque popularis aliquam cognitionem coniungere. Sed iam vale opera Christi pie Domine benignè mihi huius molestationis veniam dans. Data Tybingæ Virtembergicæ in Alemannia Regionis oppido die xv. Septemb. anno communi salutis CIↃIↃLXXX. salutat etiam dignitatem tuam bonus Gerlachius.

Reuer. dignitatis tuæ studiosissimus
MARTINVS CRVSIVS.

Ex eodem libro.

DE Gabriele Gerlachius præterea nobis indicauit, eum olim Patauij literis operam dedisse, deinde Sacerdotem Candiæ fuisse, & Philadelphiæ Archiepiscopum ordinatum esse. Quia verò pauci in talibus locis Christiani sunt, Venetias se contulisse, ibique Græcæ Ecclesiæ inseruire.

Ex epistola quam Andronicus Cublis Oeconomus & procurator fraternitatis ad S. Georgium Græcorum Venetiis XXIX. *Octob.* CIↃIↃLXXIX. *Constantinopolin misit & habetur libro* 8. *Turco-Græciæ.*

NOn igitur parum res offendit nos. At nota est Philadelphienſis inculpata vita omnibus. Iuro ego tibi per Deum, si quid ab illo indecorè factum esset, me ipsum in illum insurrecturum fuisse. Nunc cum ita res se se habeat: vt hic sint principes & nos: cumque videamus, quàm bene & honestè se se gerat: omnes enim veneramur ipsumque diligimus. *Græca ibid. exstant.*

In laudem Gabrielis Seueri ex prima illius Apologiæ pro Ecclesia Orientali pagina.

Εἰς τὸν παιπεράτατον καὶ σοφώτατον διατότλω κύριον Γαβριὴλ τὸν Σεβήρου ἐξάρχου παησιαρχικοῦ Διονυσίου τῦ κατηλιάνου ϑ' ϖεσσυζίλευ.

Ἦτοι ὁ ἠελίου παυδερκέος ἐκπολίηθι
Θάλπει τὴν μερόπων λευγαλέων γενεὴν
Οὔτε φαέθμων ἄρδει γαῖαν κάκροπος οὗτος
Ἀρχιερεὺς ϖεφρώτας τηλεφαὴς αἴσρων.

Τοῦ αὐτῦ εἰς τὴν Ἑλλάδα.

Δ Ἐχευσο εὐμβρίας ἔδος ἑλλάδος ἀρχιερῆος
Μόχθον ἐὸν ζαθέου πυθμένος εὐσεβίης.
Ὕβρις γὰρ θεοείκελος ἄλεσε κἀρτος ἰόντα
Βένθεα τῆς σοφίης εὖρητο νωλεμέως.

Γεωργίου Κορεσσίου τῦ Χίου εἰς τὸ ἀξιάζαγον καὶ δικτὸν τῦ παιπεράτατ καὶ σοφωτάτ Μητροπολίτ Φιλαδελφείας κυρίου Γαυριήλου τῦ Σεβήρου καὶ ἐξάρχου Παησιαρχικοῦ βιβλίου ϑαύγραμμα.

Π Ραξιτίλης ἐρέαν χράφε ἄμφιφανής τι Σεβῆρος,
Ἐκτυπον οὐρανίαν ἀστερόεις παρέχων
Χεῖρας ἔχων μακέραν φαεσίμβροτος ἀσπιδιώτης,
Ἀρχιβύτης κυρίως εἴλκυσεν ἀμφοτέρας.
Δίψυχον πεπυμένως βίβλον ἠγάθεον δ' ἀκατλιὼ δε,
Ἑλλάδος ἠλομβρῆς φίλτατος εὐσεβέος.

Ex Cardinale Perronio tractatu de Sacramento Eucharistiæ, libro 3. pag. 911.

MAis pourquoy aller rechercher les siecles passez pour refuter cette negation du sieur du Plessis: puisque nous auons les liures des Grecs de ce siecle, par lesquels ils se iustifient des reproches que les Latins leur font d'estre si excessifs en l'adoration de ce Sacrement, qu'ils semblent mesme approcher d'idolatrie, l'adorant non seulement apres la consecration; mais mesme entre la proposition, & la consecration, & respondent qu'auant la consecration, ils

l'adorent de ſimple adoration de veneration, comme matiere deſ-
gnée pour eſtre faite le Corps de Chriſt; & apres la conſecration l'a-
dorent de l'adoration de latrie, comme eſtant le vray & propre Corps
de Chriſt: car ce ſont les reſponſes de Gabriel Archeueſque de Phila-
delphie en ſon Liure intitulé Apologie contre ceux qui diſent que les
enfans Orthodoxes, &c.

Ex Arcudio de Concordia Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis in ſeptem Sacramentorum adminiſtratione lib. 1. de baptiſmo cap. 2.

NVperrimè verò omnium Gabriel Antiſtes Philadelphiæ, qui Venetiis commoratur, eſtque alienus ab vnitate & fide Romanæ Eccleſiæ, tractatum de Sacris myſteriis edidit, vbi ſeptem enumerat Sacramenta, in quo tamen vt plurima veterum & aliorum lucubrata commendatione; ita non pauca ipſiuſmet propria reperias caſtigatione digna.

Ex Ioanne Morino Congregationis Oratorij Presbytero, ad calcem Commentariorum quæ ſcripſit de Sacramento Pœnitentiæ.

GAbriel recentiſſimus autor eſt. Venetiis diu vixit, atque vt ex eius ſcriptis colligitur, nec Latinæ linguæ nec Theologiæ Scholaſticæ erat ignarus: quanquam Latinis æquo infenſior. Seuerus dicebatur, & ſe ſe nuncupabat non modo Philadelphiæ Metropolitam, ſed etiam Procuratorem, & Exarchum Patriarchicum &c.

Ex Leone Allatio, libri 3. de perpetua conſentione Eccleſiæ Occid. & Orientalis capite 7.

POſt Meletium idem conati ſunt Maximus Margunius, quī Dialogum de proceſſione Spiritus ſancti compoſuit editum Londini, Gabriel Seuerus Monembaſienſis Philadelphiæ Metropolita, qui Venetiis diutiſſimè ſemper Schiſmatis fautor vitam egit, contra quinque Concilij Florentini capita prolixum tractatum vernacula Græcorum lingua ſcripſit editum ibidem.

Ex eodem, Diſſertatione ſecunda de libris Eccleſiaſticis Græcorum.

GRæci ipſi ſuis ſcriptis dicto meo fidem faciant, ſitque primus Gabriel Philadelphienſis. Is vt Purgatorium neget aduerſus

Eccleſiam Romanam cap. 4. etiamnum Dei miſericordia animas peccatorum ob preces pro illis à piis hominibus effuſas à pœnis inferni liberari dicere non veretur.

Ex libro cui titulus eſt Perpetuitas fidei Eccleſiæ de rebus Euchariſticis, pag. 265.

LEs Grecs ſont ſi eſloignés de n'adorer pas le Sacrement, qu'ils ont eſté meſme obligez de ſe iuſtifier ſur ce point; parce qu'il ſembloit qu'ils portoient les choſes trop auant, en n'adorant pas ſeulement les dons apres la conſecration, mais ſemblant meſme les adorer auant la conſecration. C'eſt ce que l'on peut voir dans le Liure de Gabriel Archeueſque de Philadelphe, intitulé apologie contre ceux, &c.

Ex P. Iacobo Noüeto è Societate Ieſu Reſponſionis ſuæ ad Claudij Caluiniani Ritus Miniſtri opus aduerſus autorem perpetuitatis, lib. 4. pag. 243.

DAns cette ligne generale de toutes les Egliſes Schiſmatiques, qu'il croit auoir faite contre l'Egliſe Catholique, il n'y a qu'vn certain Gabriel Archeueſque de Philadelphie, qui arreſte le cours de ſes triomphes.

Ex Claudio Caluiniani Ritus Carentone Miniſtro Reſponſionis ad P. Noüetum Ieſuitam parte quarta, pag. 375.

N'Eſt ce pas dire en vn mot que la doctrine de Gabriel renuerſe la tranſubſtantiation de Rome, en ſuppoſant que la matiere du pain demeure? C'eſt là neanmoins le grand Auteur, qu'on nous obiecte auiourd'huy, & ſi nous en croyons le Pere Nouet, c'eſt le grand heros qui eſt venu trauerſer mes conqueſtes, & arreſter le cours de mes triomphes.

Ibidem pag. 373.

VOila ce qu'on pourroit dire vrayſemblablement pour eſclaircir les ſentimens de Gabriel & pour donner du iour à la Theologie, ſelon qu'elle ſe trouue dans Arcudius. Si l'on auoit veu ſon Liure, peut-eſtre en parleroit-on auec vn peu plus d'aſſurance. Quoy qu'il en ſoit on ſera touiours diſpoſé à changer de ſentimens à ſon

Digitized by Google

eſgard, lors qu'on nous fera voir quelque choſe de plus precis, que ce qu'Arcudius en a rapporté. Car ce n'eſt que ſur ſon rapport que j'ay eſtably mes coniectures.

Ex Magiſtro Antonio Arnaldo Doctore Sorbonico. Operis cui titulum fecit, Perpetuitas fidei Eccleſiæ Catholicæ de rebus Euchariſticis defenſa aduersùs Claudium Ritus Caluiniani Miniſtrum Carentone defenſa, *parte 4. cap. 9.*

L'Autheur de la perpetuité auoit cité dans ſon Liure vn paſſage de Gabriel Archeueſque de Philadelphie, qui a paru ſi clair à Monſieur Claude, qu'il n'a pas peu y reſpondre d'vne autre maniere, qu'en auouant d'vne part que ce paſſage tel qu'il eſt, contenoit formellement l'adoration & la tranſubſtantiation, & en tâchant de l'autre de rendre ſuſpecte & la perſonne & le paſſage de cét Archeueſque; par ce que le Cardinal du Perron qui le recite, n'en rapporte pas les paroles Grecques.

Ex eodem Claudio, Libri 3. Reſponſionis ſuæ ad defenſionem Arnaldi capite 7. pag. 223.

IE dis donc premierement, que i'ay eu raiſon de ſuſpendre mon iugement; par ce que pour bien iuger du ſens d'vn Auteur, il ne ſuffit pas d'en voir vn paſſage traduit en François, par le Cardinal du Perron. Car outre que ces traductions ne ſont pas touiours trop exactes, comme pluſieurs l'ont remarqué, non plus que celles de l'Office du Saint Sacrement, à ce que diſent ceux qui les ont examinées, il ſe peut faire que cette allegation de Gabriel luy ayt eſté fournie par d'autres perſonnes que nous ne connoiſſons pas, & dont on ne voudroit pas reſpondre.

Digitized by Google

ANNOTANDA, EMENDATA & Emendanda nonnulla.

GRÆCA Gabrielis Metropolitæ Philadelphiensis opuscula, quæ Latina fecimus, desumpta fuere ex Veneta editione Antonij Pineli, quæ tot locis vitiata deprehenditur, vt eam emendare necessum fuerit. In accentuum præsertim notatione & interpunctionibus peccatum fuit. Litera quoque interdum venit pro litera: quibus omnibus manum medicam adhibere operæ esse duximus: quia scilicet ista à Typographo, non ab autore profecta sunt. Absit autem vt illa quæ Gabrielis esse nobis constitit, virgula censoriâ notata fuerint; quamuis essent præter rationem & regulas Grammaticæ. Quare solœcismos interdum retinere maluimus, quàm alium, etsi magis tersum ac nitidum Gabrielem exhibere. Vix fieri poterat, quin homo ritus Græcanici in lingua Gentis suæ vernacula admodum subactus, nonnihil illius orationi suæ insereret. Quia tamen haud infrequenter veteres consectatus, eorum dicendi formam imitatur, hinc ortum est vt maior in eo linguæ Græcæ puritas appareat, quàm ab homine Theologorum Scholasticorum locutionibus seruiente expectare quis posset. Eas itaque duntaxat mendas correximus, quas Typographi incuria inuexit: ita vt, si quid Analogiæ & consensionis in erroribus deprehensum fuisset, eos integros intactosque reliquissemus. Nouimus enim Græcos recentioris æui Scriptores in appingendis accentibus & aliis eiusdem naturæ minutis cum prisca ætate per omnia non consentire. Spernuntur plerunque in exemplaribus manuscriptis maximè Græco-Barbaris encliticarum regulæ, neque ea semper est accentuum ratio, quæ in probæ notæ libris cernitur. Ita nomen σφεγγὶς, quod in obliquis casibus notatur accentu circumflexo puta σφεγγίδα, apud Scriptores Liturgicos acutum præfert, nimirum σφεγγίδα. Verùm ista Philadelphiensis Antistes minimè neglexit, vti fidem faciunt loca nonnulla, quæ veram Encliticarum rationem seruant. Ne quis autem de mutata antiqua Gabrielis facie conqueratur, loca quæ à nobis refecta sunt, indicare visum est, si accentus, interpunctiones, & alia istiusmodi exceperis. Itaque pagina 8. lin. 15. in editione Veneta

Digitized by Google

neta antea legebatur ὁ προεζύπερ in noſtra loco maſculini ὁ, repoſuimus femininum ἡ. Paulò poſt in beati Maximi teſtimonio vox κλῆσις bis occurrebat, quam ſemel duntaxat retinuimus, & pro κλῆσις repoſitum fuit κλεῖσις. Eidem quoque teſtimonio hæc aſſuta ſunt ex vulgata editione, ὑπεστήμην τῷ τοιούτῳ ἄνδρι, nequid ſenſus deeſſet. Pagina 10. lin. 27. loco feminini ἧν repoſuimus neutrum ὅ. Pagina 21. aliquid deſiderari videtur, quod Arcudius, ne dimidiata videretur Gabrielis argumentatio, in ſua concordia adiecit. Nimirum hæc ab ipſo τῷ αἵματι, quod legitur linea 23. aſſuta ſunt ἡ μεθέλλοντα ἀλλὰ μετοχικῶς τῷ αἵματι μεθελαμβάνουσι: verùm præter contextum; neque neceſſe fuit, vt adderentur, cùm ex antecedente à lectoribus facili negotio ſuppleri queant. Pagina 29. linea vltima in editione Veneta legebatur θαροὶ vbi repoſuimus θρήνου. Pagina 61. vetus editio habet λείψιας, vbi repoſuimus λήψιας. Verùm multa huius generis ſilentio præterimus. Ingrata enim atque moleſta eſſet lectoribus fuſior literarum additarum, detractarum, mutatarumque recenſio, quas ipſa contextus ratio neceſſariò reformandas eſſe oſtendebat, non ſecus ac loca malè indicata. Nunc ad Latinam interpretationem nos conuertamus.

In id potiſſimùm operam, laboremque noſtrum contulimus, vt Gabrielis mentem aſſecuti, eam verbis dilucidioribus, & quæ ab omnibus intelligi poſſent, exprimeremus. Perſpicuitatis maximè ratio habita eſt. Ita pagina 2. hæc verba λήξας ὑφέξειν ἡμᾶς τῆς καθηκούσης κατηφλυάρῃ, quæ ad verbum reddi debent: *Nos violatæ legis pœnas daturos nugando aſſerebat*, argumentum de quo agebatur reſpicientes conuertimus, *nugabatur cultus non legitimi nos facientes reos*. Deinde pagina 3. relatiuum ὅς *qui*, ne ſententia prolixiùs deducta aliquid præ ſe ferret obſcuritatis, reddidimus per pronomen *is*. Tertiò eiuſdem perſpicuitatis causà pagina 5. vocabulum ἑρμηνεία, latinè *interpretatio*, ſiue *expoſitio*, tranſtulimus *rubrica*. Pag. 8 & 9. τὸ χερουβικὸν ἐγχόμβιον, interpretari maluimus *Cherubicum aduenientis*, quàm *Cherubicum aduenientem*, quaſi ad hymnum referretur: vniuerſa enim ceremonia totuſque hymni Cherubici apparatus ibi denotatur. Quintò pagina eadem Germani Patriarchæ teſtimonium, quod ex illius theoria profertur, vt in vulgatis exemplaribus habetur, & vix vllum in Latina interpretatione ſenſum admittit, remota omni ambiguitate, dilucidè expoſuimus. In codice manuſcripto illius theoriæ quem ſæpius in notis laudauimus, omnia plana ſunt & aperta, quæ hic ſubjicere operæ eſt, vt quàm in multis vulgata editio vitiata ſit pateſiat. Εἰ δὲ τοῦτο χρὴ μίμεισθαι τῷ ὀνταφιασμῷ τῷ Χριστοῦ, ὅτι ὁ Ἰωσὴφ ἐπίλεσε

Ex codi. Ma- nuſ.

καθελὼν τὸ σῶμα αὐτῆς ἀπὸ τοῦ ξυλου, καὶ ἐνείλησε σινδόνι καθαρᾷ, καὶ ἀρώμασι, καὶ μύροις αὐτὸ ἀλείψας ἐθάψατο σὺν Νικοδήμῳ, καὶ ἐκήδευσε ἐν μνημείῳ κήπου λελατομημένῳ ἐν πέτρᾳ. τὸ δὲ μιμήματός ἐστι τύπος τὸ θυσιαστήριον ἤτοι ἡ ἁγία τράπεζα. *Hoc autem eſt ſecundùm imitationem ſepulturæ Chriſti, quam Ioſeph fecit ſublato illius corpore è cruce, quod involuit ſindone munda; illudque aromatibus & vnguentis delibutum exportauit cum Nicodemo, ac ſepeliuit in monumento nouo exciſo è petra. Altare ſiue ſancta mensa monumenti illius antitypum eſt.* Ab his autem vulgatum exemplar longè abeſt Hæc enim præfert. Ἐστι δὲ ἡ ἁγία τράπεζα κατὰ μίμησιν τοῦ ἐνταφιασμοῦ τοῦ Χριστοῦ, καθ' ὃν Ἰωσὴφ καθελὼν τὸ σῶμα ἀπὸ τοῦ ξυλου, ἐνείλησε σινδόνι καθαρᾷ, καὶ ἀρώμασι, καὶ μύροις αὐτὸ ἀλείψας ἐθάψατο σὺν Νικοδήμῳ, καὶ ἐκήδευσεν αὐτὸ ἐν μνημείῳ κήπου λελατομημένῳ ἐν πέτρᾳ, ὅπερ ἐστὶν αὐτίτυπον τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκείνου τὸ θυσιαστήριον καὶ τὸ κατατεθέσιον, ἀλλὰ ἐν ᾧ ἐτέθη τὸ ἅγιον καὶ πανάχραντον σῶμα ἡ ἁγία τράπεζα. Sententiæ illius obſcuritatem facit vltima pericope, vbi legitur ὅπερ ἐστὶν, & c. quæ verba Latinus interpres dictionem Græcam κατὰ πόδας ſecutus, ita abſq; ſenſu conuertit. *Quod eſt exemplum ſancti monumenti illius, altare & Catatheſium in quo poſitum eſt ſanctum & omnino immaculatum corpus, quæ eſt ſancta menſa.* Virgula quæ in editione Morelli præponitur dictioni ἀλλὰ ſi tollatur, ſenſus erit longè dilucidior, puta abſolutum erit ὅπερ, nec ad μνημεῖον quod antecedit, referetur, ſed ad θυσιαστήριον, quod ſubſequitur, hoc pacto, *quod quidem, altare videlicet &c.* Pag. quia contextus Græcus præfert ῥίπτεται, interpretatus ſum *projiciuntur*; etſi vox quæ mox ſequitur in accuſatiuo, denotet legendum eſſe ῥίπτετε, *projicite*. Tamen aliquid mutare mihi fuit religio, quia autor interdum συλλοιδζῇ ſcripturæque teſtimonia, vti illa memoria tenebat, perſæpe refert. Pag. 56 hæc verba τὸ σημαινόμενα αὐτῆς, quæ Latinè reddidi *illius ſignificatus*, dilucidiùs conuertentur, *ea quæ illam ſignificant:* ibi enim de nominibus agitur, quibus Liturgia aliter exprimi queat, adeoque ſimiliter pagina ſequente reponendum erit, *de iis quæ ſignificant ſeu exprimunt diuinam Liturgiam*, vbi legitur, *de ſignificatibus diuinæ Liturgiæ.* Simili ratione antea pag. 24. θεωρητικότερον tranſlatum fuit *contemplatiuum*, quod accuratius per comparatiuum debuit exprimi, nimirum *magis contemplatiuum.* Sed de his plus ſatis. Nunc ad errata typographiæ veniendum.

Quia paulò negligentiùs à Typographo Gabrielis contextus editus eſt, neque folia reuiſere licuit, hinc factum eſt, vt nonnulla exciderint, quæ egent correctione. Primò in interpunctionibus aliquando peccatum fuit. Secundò in notandis accentibus & ſpiritibus. Tertiò litera interdum venit pro litera. Quartò exacta enclitica-

Digitized by Google

rum ratio ſemper obſeruata non eſt. Verùm hæc & alia, ſi quæ ſint, facili negotio reſtituentur ex aliis locis vbi eadem occurrunt ſecundùm artis præceptiones. Igitur ſi quando inuenias ἕδηται ἑαι cum Spiritu aſpero, vti pag. 2. & 24. repone ἅδηται & ἁαι cum leni. Contra pag. 7. ὑρεῖν ſcribe ὐρεῖν. Ita quoque accentus aliquando venit pro Spiritu, ſicuti pag. 34. ὲ pro ὲ pag 40. αὕτη pro αὗτη pag. 59. ὶὲς pro ὶὲς. pag. 62. ὁ pro ὁ. accentus pro Spiritu. ὕλιω pro ὗλιω p. 6. idque ex concurſu accentus cum Spiritu factum eſt. pag. 21. θιοῖ; pro θεῖοις. Sed potiſſimùm in encliticis erratum ita. pag. 62. σῶμα μȣ & ἅ-μα μȣ pro σῶμά μȣ & αἷμά μȣ, verbum quoque δῶ interdum analogiam encliticarum non ſeruat. Præterea p. 14. pro μυϛηρίον cum accentu in penultima repone ex aliis locis μυϛήριον cum accentu in antepenultima, cæteraque ſi qua ſint pari ratione corrigito. Litera etiam pro litera repoſita eſt, vti ϖδιδωσις p. 5. pro ϖδίδωσις. ϖδχαλὲμθω p. 7. pro ϖδχαλέμθω. P. 24. αὐτὸς pro αὗτὸς. P. 37. οὕτο pro οὗτο. p. quoq; 5. δωδξαϑω pro δωδόξαϑαι. pag. 30. καθαρὸς pro καθαροί. Literæ etiam aliquando redundant; vti pag. 26. pro ἁρπαγησόμεθα ſcribe ἁρπαγησόμεθα: ſic & accentus pag. 36. vbi μὴ δὴ pro μηδὲ. Verùm ſæpius deficiunt; ita pag. 47. ϖῦ pro ϖοῦς. Pag. 50. βάπιμα pro βάπισμα. pag. 52. lin. 31. poſt ἔχρισε deſideratur pronomen σε pag. 63. pro ϖιεῖν ſcribe ϖοιεῖν. Ibid. legitur το ϖέφυ. appone accentum articulo τὸ & ſeparetur à verbo ϖέφυ. Similiter pag. 53. pro ἐξαγῆς ſcribe ἐξ ἀγῆς. Ibid. pro. πλειϖάρας πλειϖίας. Poſtremò interdum redundat iota ſubſcriptum ſicut pag. 29. in voce ἡμέᾳ circa finem Sed de his minutiis plus ſatis, quæ facili negotio corrigi poſſunt. Simili ratione errata Latinæ interpretationis ita corrigito. Pag. 7. pro habiti ſcribe habiti ibidem in notulis pro quòd ſc. quod pag. 23. ieiuſmodi ſcribitur pro eiuſmodi. Ibidem ante vocem contemplatiui omiſſum magis. pag. 29. linea vltimâ ſcribitur ſic pro ſi. Pag. 41. lin. 15. dele cum aliis. pag. 48. lin. 30. pro hæc ſc. hoc. pag. 49. lin. 17. pro Spiritus, ſcribe corporis. pag. 52. pro 21. quod ſcribitur maiore charactere, quaſi eſſet è contextus ratione, repone minuſculo 21. pag. 62. pro verò ſcribe vero. Demum pagina 30. poſt ſperamus omiſſum fuit fore, ſicut & pag. 9. poſt *monumento* addendum eſt *nouo*. Cætera ſi quæ ſint, Lector benignus corrigat.

Digitized by Google

APPROBATIO DOCTORVM.

NOS infraſcripti Doctores Theologi Pariſienſes teſtamur librum R. P. RICHARDI SIMONIS è Congregatione Oratorij Domini noſtri IESV CHRISTI cui titulum fecit, *Fides Eccleſiæ Orientalis ſeu Gabrielis Philadelphienſis Opuſcula, nunc primum de Græcis conuerſa, cum Notis vberioribus, &c.* nihil Fidei Orthodoxæ, morumque ſanctitati habere contrarium, ſed permulta exquiſitiſſima, & ad illuſtrandam Nationum Orientalium perſuaſionem, maximè de Rebus Euchariſticis aptiſſima complecti. Datum Pariſiis anno 1671. menſis Maij die octauo.

H. AVGVSTINVS DE LAMETH.
F. DIROYS.

Permiſſio Reuerendiſſimi Patris Præpoſiti Generalis.

NOS IOANNES-FRANCISCVS SENAVLT Preſbyter & Præpoſitus Generalis Congregationis Oratorij IESV CHRISTI Domini noſtri, iuxta Regium diploma datum nono Septembris anno 1663. quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne libros eiuſdem Congregationis imprimant aut vænales exponant citra noſtram licentiam, permittimus viſis Doctorum Approbationibus & Diplomate Regio GASPARO METVRAS Bibliopolæ vt librum qui inſcribitur, *Fides Eccleſiæ Orientalis de Rebus Euchariſticis, &c.* Authore RICHARDO SIMON eiuſdem Congregationis Preſbytero, imprimere ac liberè diuendere poſſit. Datum Pariſiis 31. Auguſti, anno Domini 1671.

IOANNES-FRANCISCVS SENAVLT.

Digitized by Google

PRÆFATIO
IN VNIVERSVM OPVS.

NATIONVM Orientalium Theologia res est permagnis difficultatibus impedita. Vt enim istæ longo terrarum ambitu à Gente nostra anulsæ ac diffitæ sunt: ita vix fieri potuit vt Theologicas, quæ in Latinorum Scholis natæ sunt loquendi formulas vsu domestico vsurparint. Quare nemo est, si paulò cordatior fuerit, qui meras voces consectatus, Ritus Orientalis homines ab Ecclesiæ Romanæ cultoribus, non minùs persuasione, quàm animo alienos esse, ex eo solùm conficiat, quòd non eadem in vtraque Ecclesia res Theologicas tractandi methodus iam pridem obtineat. Quasi verò Theologia in id tota incumberet, vt pura puta vocabula, & methodum, non res ipsas venaretur. Ex his castissimæ Religionis puritas minimè dependet: Sed ex constanti perpetuaque inde iam ab Apostolorum temporibus traditione. Hæc si quidem maximum præ se fert veritatis argumentum. Nefas quidem est Religionis purissimæ vetustatem nouis deformare vocabulis, verùm quæ perplexa sunt, ea verbis planioribus explicare, res noua non est & priscæ Patrum ætati incognita. Mirum tamen est quantum præsidij in isto argumentationis genere Claudius Ritus Caluiniani Carentone minister sibi posuerit. Quasi enim iam triumphatum esset de Ecclesia Romana, vt est ad concitandos vulgi animos apprimè eruditus, locutiones, quibus Græci Symbolorum in Christi corpus & sanguinem conuersionem exprimunt, generales passim, mancas, & deficientes appellat, adeòque notandæ Latinorum transubstantiationi minùs idoneas. Hac arte fidei Romanæ insidiatus, Orientalem obscurare nititur. Sed rem istam ab eo negligentiùs & infeliciùs factam fuisse certissimis monimentis testatum reliquimus.

Præterea ne latebras cuneosque captans, illustria quæ pro tuenda Orientalium persuasione producta sunt testimonia subtilitatibus eluderet, vocem μετουσίωσιν, Latinè *transubstantiationem*, quam Græcis exosam putat, eorumdem suffragio approbatam fuisse apertè ostendimus. Certissimam negotij istius fidem facit celeberrimus Græco-

rum Antistes, idemque Metropolita Philadelphiensis Gabriel cognomento Seuerus. Ille si quidem in apologia quam, vt Ecclesiam suam Latinorum quorumdam malè feriatorum calumniis velut oppressam in libertatem assereret, conscripsit, nomen μετεσίωσεως seu transubstantiationis non semel adhibet, ita vt in Opusculis illius, quæ de Græcis conuertimus, vox illa saltem vigesies occurrat. Neque istud in Latinorum scholas, quas frequentauit, refundi debet, quasi vocabulo cuius vis & natura nondum sibi omnino comperta esset, vsus fuerit: rem enim ipsam nudè & absque ambagibus passim explicat. His accedit Gabrielem non esse ex eorum numero, quos Papolatras & auræ curiæ Romanæ captatores Claudius appellat. Quarè ipse statim ab initio operis sui grauissimè hallucinatur, quando non alios in Italia Græcos agnoscit, quàm λατινόφρονας, & Romano Pontifici seruientes. Ditionis siquidem Venetæ erat Philadelphiensis Antistes, fidemque Ecclesiæ Latinæ libris in ea editis publicè vellicauit. Similiter famosissimus ille Cyrillus Lucaris Caluinianæ sectæ assertor, & nomini Romano infensissimus ille Meletius Patauij non secus ac Philadelphiensis noster studio Literarum operam dedere. Quamobrem si idem Gabriel cum Latinis per omnia consentiens horum fidem de rebus Eucharisticis amplectitur, non alia ratione, ad id adductus fuit, quàm ea quæ in notis declarata est, nimirum perfectam Ecclesiæ suæ cum Latina in argumento Eucharistiæ concordiam sentiens, huius locutiones, quæ rem scilicet magis apertam facerent, absque vlla religione vsurpauit. Itaque sicuti cum Claudio Græcos duplicis generis haud inuiti agnoscimus, quorum alij in fidem Romanam iurauerint; alij verò ab ea penitus auersi in eam sæpius impetum faciant, qui Schismaticorum nomen à Latinis reportarunt; Ita ipse nobiscum Græcos secundi generis in duplici classe minimè reluctans debet statuere, quarum prima eos complectitur, qui Latinorum limina non frequentarunt; altera verò eorum est, qui res Theologicas secundùm Latinorum artem callent, quam ex ore magistrorum, vel ex libris hauserunt. His tam nomen quàm res ipsa transubstantiationis cognita est; illis vero, etsi nomen transubstantiationis apud ipsos in vsum minimè cesserit, res ipsa plenè & cumulatè persuasa est. Agapius quem in notis frequenter appellauimus in prima classe cum Metropolita Philadelphiensi collocabitur, vt pote qui accidentia sine subiecto more Latinorum verbis testatissimis stabiliat. Neque his contraria ea esse in notis nostris ostendimus, quæ statim ab operis sui initio animaduertit, veniam precatus, si in aliquibus forte veritatem assecutus non fuerit, quia scilicet in rebus Theo-

Digitized by Google

logicis parum volutatus vniuersam Scriptionem suam Græcorum Latinorumque Doctorum libris acceptam ferebat. Hæc inquam, iis quæ de persuasione transubstantiationis etiam Græcis cognitæ firmissimis argumentis statuta fuere, nullatenus officiunt. Quandoquidem pro comperto & explorato habetur Græcos tantum abesse ab improbanda, quam in Latinorum libris deprehenderunt transubstantiatione, vt eam ipsam calculis suis comprobaram in libros suos transtulerint. Hic tamen obseruandum venit, voces istas ἀπὸ Βιβλία Δόγματα Ιταλικὰ καὶ Ρωμαϊκὰ, quæ in notis ita conuertimus, vt Agapius opus suum tam ex Latinis, quàm ex Græcis Doctoribus depromptum fuisse palam testetur, in alium sensum adduci posse. Nimirum de Græcis tantùm sermonem instituet, sub librorum Italicorum nomine eorum duntaxat opera comprehendens qui regiones istas incolunt, Romaicorum verò nomine Græcos Orientaliores denotans. Primo quidem verborum Agapij conspectu sensus iste mihi in mentem venerat, ad quem me ista potissimùm, quæ antecedunt, perduxerant; nimirum Autor ipse asserit se suum opus ex suis Doctoribus collegisse; deinde mox qui sint illi Doctores subjiciens, dicit sermones suos exceptos fuisse ὡς αὐτὸν εἰρηται ἀπὸ Βιβλία Δόγματα Ιταλικὰ, καὶ Ρωμαϊκὰ, *vt antea dictum fuit ex diuersis libris Italicis & Græcis.* Verùm integrum opus euoluenti mihi frequenter occurrerunt Latinorum libri, quos cum Græcis promiscuè laudabat Agapius, adeoque non dubitaui, quin per Βιβλία Ιταλικὰ καὶ Ρωμαϊκὰ gentis vtriusque libros intelligeret, cùm reuera illos in suum coniecerit. Vtrum autem illi de Latinis in sermonem Græcum à Græcis magistris conuersi fuerint non est cur anxie quæramus imò facillimè concesserimus Italicorum Romaicorumque nomine Græcos duntaxat libros denotari. Hoc enim etiam posito duplex, quam antea posuimus Græcorum Schismaticorum classis semper retinebitur: quandoquidem Italici Græci sunt Occidentaliores, qui ex frequenti cum Latinis consuetudine illorum artes didicerunt, eorumque libros sibi familiares ac domesticos fecere. Sed de his plus forsan quàm par erat diximus: de quibus tamen hæc præmonere necessum fuit, ne quis obiiceret voces istas Βιβλία Ιταλικὰ καὶ Ρωμαϊκὰ in notis intra sensus nimis angusti limites conclusa fuisse cùm alium præ se ferre videantur. Corruant itaque necesse est ea omnia quæ Claudius longo verborum potius, quàm argumentorum contextu congessit in responsione, quam aduersùs Arnaldum adornauit. Optimæ moderationi consentaneum fuerit, vt Orientalium fidem de rebus Eucharisticis cui hactenus obscuritatem afferre voluit, perse-

Digitized by Google

dè & in omnibus cum Latina conspirare minimè reluctans agnoscat, & ingenue profiteatur persuasionem suam publico nationum omnium consensu damnari.

Postremò nonnulla etiam de methodo quam in notis secuti sumus, præfari non erit à præsenti instituto alienum. Hæc Gabrielis opuscula dudum Latino sermone donata cum notis non ita vberioribus in vulgus edere statueram, cùm amicorum nonnulli autores mihi fuere, vt non priùs ederentur, quàm Claudij responsio ad Arnaldum, quæ in dies expectabatur, publici iuris facta fuisset. Illorum iussis obtemperare difficile non fuit. Ea quæ recentiori manu aduersus Claudij responsionem prioribus adiecta sunt, Corollarij titulo insigniui. Verùm cùm non ita post multos dies in Sorbonæ incendio non contemnenda notarum mearum pars miserè distracta ac dissipata fuisset, eadem integra reficienda mihi fuit: nec tam prior Methodus, quàm res ipsa cordi fuere. Quid autem à nobis in hoc negotio præstitum fuerit ij iudicent quibus inest aliquid eruditionis Theologicæ: quod illis ingratum non esse intellexerimus, ad alia maiora gradum faciemus. Cæterum vt illa Hebraicis characteribus ederentur, quæ Syrica & Arabica extant, nulla fecit Religio, sed typorum inopia.

ΤΟΥ ΤΑΠΕΙΝΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑΣ ΓΑΒΡΙΗΛ

ΚΑΙ ΕΠΙΤΡΟΠΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΙΚΟΥ ΤΟΥ ΕΚ ΜΟΝΕΜΒΑΣΙΑΣ

ΤΟΥ ΣΕΒΗΡΟΥ,

Κατὰ τῶν λεγόντων τοὺς ὀρθοδόξους τῆς Ανατολικῆς Εκκλησίας υἱοὺς, κακῶς τε καὶ παρανόμως ποιεῖν, τῷ τιμᾶν καὶ [a] προσκυνεῖν τὰ ἅγια δῶρα, ἡνίκα ὁ Χερουβικὸς ᾄδεται ὕμνος, καὶ ὁ ἱερεὺς φέρων ταῦτα εἰσοδεύει εἰς τὸ ἅγιον βῆμα.

HVMILIS METROPOLITÆ PHILADELPHIÆ GABRIELIS [1] SEVERI ET PROCVRATORIS PATRIARCHICI MONEMBASIENSIS.

Contra [2] eos qui dicunt orthodoxos Ecclesiæ Orientalis filios, in eo malè agere & vltra legem, quòd honorent & [a] adorent sancta dona cùm [3] Cherubicus hymnus canitur, & Sacerdos illa deferens ingreditur in sanctuarium.

CVM aliquando diuinis mysteriis vnà cum populo qui de Christi nomine appellatur, interessem, aduentauit aliquis eorum, qui multa sibi ob pie-

Συνεδρίου μὲν ποτὲ οὐ τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ τῶν χριστωνύμων λαῶν τῶν κυρίου, εἰσαφίκετό τις τῶν πολλὰ ἑαυτοὺς προσποιημέ-

[a] Προσκυνέω & προσκυνῶ hîc latiùs vsurpantur, non verò pressiùs, & pro eâ adoratione quæ Deo soli debetur. Patres Synodi septimæ, dum pro cultu imaginum strenuè decertabant, eodem planè sensu verbum προσκυνῶ sæpissimè adhibuerunt;

Digitized by Google

ducti videlicet exemplo LXX. Interpretum, qui verbum ¡Hebraïcum שחה quod in sacro contextu adorationem quamlibet significat, per Græcum προσκυνῶ exprimunt.

των εὐσεβείᾳ, καὶ καθ' ἡμᾶς τὸν γλῶτταν, ἥτις ἐστὶν ἄλιθος ἀνθρώποις, μὴ λόγῳ κυβερνομένη καὶ τὸν πολιτικὸν θεολογίᾳ Γρηγόριον, ἐκίνησε, κακῶς τι λέγων ἢ ἀσχημόνως ποιεῖν ἡμᾶς, τῷ τιμᾶν ἢ προσκυνεῖν τὰ ἅγια δῶρα, φωτοχυσίας τε καὶ εὐωδίας, ἢ ὕμνοις προπέμπειν καὶ γεραίρειν, νῦνα ὁ Χερουβικὸς ἄδηται ὕμνος, καὶ ὁ ἱερεὺς ταῦτα φέρων εἰσοδεύει. Πρὸς δὲ τούτοις ἐπεγκολόγει, ὅτι δεῖ τὴν εἰκόνα τοῦ κυρίου τὴν χραπὴν μᾶλλον προσκυνεῖσθαι καὶ σέβεσθαι, ἢ ταυτὶ τὰ παρ' ὑμῶν λεγόμενα δῶρα, ὅπως εἰς σάρκα καὶ αἷμα Χριστοῦ μεταποιηθέντα, ἀλλ' ἄρτον ἁπλοῦν, καὶ οἶνον ὄντα κοινόν. Οὗτι καὶ δίκας ὑφίξων ἡμᾶς τῆς παρανομίας καταφλυάρει. τούτων γοῦν τῶν ἐκείνου λεχθέντων, μετὰ τὴν τῆς θείας μυσταγωγίας τελεσθῆναι ἡμᾶς ἐκχέειν κατ' αὐτὸν ὕδρεις, καὶ τῷ εἰκὸς ἦν, ἐ κατηνέσαμεν· αἰτιαμέλασθαι δὲ ἀδελφικῶς, καὶ ὡς οἷοί τε ὄντες ἐπιδεῖξαι, ὅτι ἐννόμως, ὁσίως τε, καὶ εὐλόγως ἀπεκρινάμεθα τοῦτο, δεῖν ᾠήθημεν. Καὶ εἰ μὲν ἄλλως ἐποιήσαμεν, παίπερ αἰ τῶν τῆς θείας ἐνδίκως ἐπιμορήθημεν προνοίας. ὅπι δ' ἀληθῆ ταῦτ' ἀληθῆ εἰσι, ἐκ τῆδε ἐπιδείξομεν ἡμῖν δῆλον.

Ο ἄρτος τοίνυν ὁ θυσιασόμενος, πρόσθεν μεθ' ὅσης τῆς εὐλαβείας φυλάττεται, καὶ ζυμοῦται τῶν τῆδε μὴ συμμιγνυμένων ἄλλοις, Ἑλλήνων

tatem tribuunt, & linguam, quæ hominum ruina est, non gubernata ratione secundum Gregorium Theologum, contra nos mouit, affirmans nos malè & non legitimè agere, quòd honoremus & adoremus sancta dona, cereisque accensis, suffiminibus atque hymnis prosequamur & afficiamus, cùm hymnus Cherubicus canitur, & hæc portans sacerdos ingreditur. Præterea monstrosè dicebat satios esse, picta[a] Domini imaginem adorare & venerari, quàm præfata hæc dona, nondum in Christi carnem & sanguinem conuersa; sed quæ sunt panis simplex ac vinum commune. Vnde etiam nugabatur cultus non legitimi nos faciens reos. Cùm igitur hæc ille dixisset, peracto sacrificio diuino, contumelias in eum effundere, quanquam erat consentaneum, noluimus. Sed respondere vti Fratres decet, & veluti qui possemus demonstrare, id à nobis absque præiudicio obseruari legitimè, sanctè, ac meritò, necesse esse existimauimus. Si autem aliter fecissemus, digni omnino essemus, qui à Diuinâ Prouidentiâ plecteremur. Ea autem quæ diximus vera esse, ex iis quæ mox dicemus, erit manifestum.

Itaque panis [r] qui debet offerri, primùm cum magnâ reuerentiâ subigitur & [6] fermentatur ab hominibus, qui cum aliis nihil habent

Digitized by Google

commercij, Græcis quidem origine, gratiâ autem Chriſtianis orthodoxis. Is præ ſe fert ſigillum 7 figurâ circulari, vel quadrangulâ cum hac inſcriptione, *Ieſus Chriſtus vincit.* Et figura quidem circularis Diuinitatem ſignificat, quam ſacer panis ac vinum obtinent, cùm tranſubſtantiata fuere. Quadrangula verò ſalutem, quam mundus quatuor partibus conſtans, ex viuificâ Domini noſtri paſſione conſecutus eſt, manifeſtè oſtendit. Præterea remiſſionem peccatorum, quam in Oriente & Occidente; necnon in Septentrione & Meridie Chriſtiani orthodoxi recipiunt; cùm fide & caritate, diuina myſteria, quæ intemerata & omni honore ſuperiora ſunt, participant.

Ille igitur panis & vinum tres honores, 8 admittunt & obtinent. Primum quidem habent naturaliter, ſecundum verò ex participatione recipiunt, tertium autem induunt ex tranſubſtantiatione per Spiritum ſanctum. Primum quidem, qui naturalis eſt, habent ex eo quòd à Deo ſint condita & facta. *Vidit enim Deus*, inquit Scriptura diuina, *cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Idcirco tanquam Dei opera, ſunt res bonæ & laudandæ. Sunt autem communia ac ſimplicia. Communia quidem; quia cuilibet fideli infideliue, tam peccatori, quàm iuſto fas eſt abſque præiudicio manducare & bibere: ſimplicia verò, quia nihil habent ſanctificationis; ſed honorem ſolùm, vt diximus, ratione naturæ debitum, tanquam Dei opera.

μὲν τὸν ῥίζαν, τὸν χάλκειν δὲ χρυσοῦν ὀρθοδόξων. ὃς ἐπ' αὐτοῦ φέρων σφραγῖδα σχῆμα κύκλῳ, ἢ τετραγώνῳ ἔχων σὺν τοῖς Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ χάλκασι. Καὶ τὸ μὲν κυκλοειδὲς σχῆμα τὸν θεότητα δηλοῖ, ἣν λαμβάνει ὁ ἱερὸς ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος, ὅποταν μετουσιωθῇ. τὸ δὲ τετράγωνον τὸν σωτηρίαν, ἣν ὁ τετραμερὴς κόσμος τῷ ζωοποιῷ πάθει τοῦ κυρίου ἡμῶν ἔλαβεν, σαφῶς παρίστᾳ· τοῦς δὲ καὶ τὸν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἣν οἱ τῇ ἀγαπολῇ ἢ δύσει, ἁφῆτε τε ἢ μεσημβρίᾳ λαμβάνουσιν οἱ ὀρθόδοξοι Χριστιανοί, ὅταν πίστει τε ἢ ἀγάπῃ τῶν ἀγαθῶν καὶ ὑφ' ἁγίων μεταλαμβάνωσι θείων μυστηρίων.

Οὗτος οὖν ὁ ἄρτος καὶ οἶνος τρεῖς λαμβάνει ἢ κέκτηται τιμάς. τὸν μὲν ἔχει φυσικῶς, τὸν δὲ λαμβάνει μετοχικῶς, τὸν δ' εἰσδύεται πνεύματι ἁγίῳ μετουσιαστικῶς. Καὶ τὸν μὲν φυσικὸν ἔχει ἢ κτίσμα καὶ ποίημα θεῦ. εἶδε γάρ, φησιν ἡ θεία γραφή, ὁ θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησεν, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. Διὸ ὡς μὲν κτίσμα Θεοῦ, ἢ δημιούργημα ὄντα καλὸν καὶ ἐπαινετόν. ἐστὶ δὲ ἢ κοινὸς καὶ ἁπλοῦς. κοινὸς μὲν, ὅτι ἔξεστι παντὶ πιστῷ καὶ ἀπίστῳ, ἁμαρτωλῷ καὶ δικαίῳ ἀδιακρίτως ἐσθίειν καὶ πίνειν. ἁπλοῦς δὲ, ὅτι οὐκ ἔχει τινὰ ἁγιασμὸν, ἀλλὰ μόνον τὸν φυσικὴν τιμὴν, ὡς εἴπομεν, ὡς κτίσμα Θεοῦ. Gen. 1. 31.

ὄθεν ὅτε προσκυνεῖται, ὅτε σέβεται, οὐτε προπέμπεται, ἀλλ' ἐπαινεῖται ὡς δημιούργημα καλὸν τοῦ Θεοῦ. πῶς δὲ δευτέραν τιμὴν ἡ ἀξίαν λαμβάνει μετοχικῶς, ὅταν τῇ ἁγίᾳ προσαχθῇ τραπέζῃ, ἡ εὐλογηθῇ, ἢ διὰ τὸ ἱερέως ἡ ἁφιερωθῇ. τότε οὐκ ἔτι ἐπ' αὐτοῦ ἄρτος καὶ οἶνος, ὡς πρότερον, ἀλλ' ἅγιος ἡ δῶρον τίμιον ἡ θεῖον, ἡ ὕλη ἐνδεχομένη, ἡ ἀναγκαία, ἡ οἰκειότερη τοῦ γενέσθαι κυρίου σῶμα ἡ αἷμα Χριστοῦ, συζομένης αὐτῷ τῆς ὑσίας, ἡ τῆς αὐτῆς συμβεβηκότων. Διὰ τοῦτο ἡ προσκυνεῖται ἐὐλόγως, ἡ τιμᾶται δικαίως, ἡ γαμάρεται, ἡ προπέμπεται ὕμνοις, ἡ λαμπάσι, ἡ εὐωδίαις ἀποκριμάτως. πῶς δὲ γε τίτλω ἀξίας ἡ ἄῤῥητον τιμὴν λαμβάνει καὶ μετοιοῦσιν, ὅταν τὴ ἰδίαν ἀποβάλλη ἅπασαν ὑσίαν τῆς ἀναστάσεως, ἡ εἰς σάρκα ἡ αἷμα Χριστοῦ μετοιωθῆναι. διὸ ἡ μόνον προσκυνεῖται, ἀλλὰ ἡ λατρεύεται, ἡ πιστεύεται ὑπὸ πάντων τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν, κυρίως εἶναι σάρκα ἡ αἷμα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἃ ἡ τὰ συμβεβηκότα σώζεται αὐτῷ, τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀσθενείᾳ συγκαταβατικῶς τοῦτο χαριζομένῳ τῷ κυρίῳ. πῖνε μὲν πρότερον ὁ ἱερεὺς ὁ οἶνος γίνεται ἀφιερώμενος· τῷ Θεῷ, ἡ ἅγιος, ἡ θεῖον δῶρον πρὸ τῆς μεταποιηθῆναι, ἐκ τῆς ἐφιξῆς φανερωθήσεται.

Ὁ ἱερομένος γὰρ ἄρτος ἡ κοινὸς ἄρτος ἡ ὁ οἶνος, ὅταν εἰς τὸ θυσιαστήριον προσαχθῇ, τότε ὁ ἱερεὺς προσδεδυμένος τὴν ἱερὰν στολὴν, λαμβάνῃ

Quare neque adorantur, neque coluntur, nec veneratione afficiuntur; sed laudantur, vt pulcrum Dei opus. Secundum verò honorem & dignitatem ex participatione susciuntur, cùm sanctæ mensæ addicta fuere, & à Sacerdote benedicta ac consecrata. Tunc non sunt ampliùs, panis & vinum, vt antea, sed sancta, & donum venerandum ac diuinum, materiaque idonea, ac necessariò ac definitè futura proprium Christi corpus & sanguis, seruatis illorum substantiâ & accidentibus. Propterea rectè adorantur, meritòque honorantur, & hymnorum, lampadum, ac suffituum cultu afficiuntur absque præiudicio. Tertiam autem dignitatem, & honorem ineffabilem recipiunt ratione transsubstantiationis, cùm propriam cibi substantiam omnino exuunt, & in Christi carnem & sanguinem transubstantiata sunt. Ideò non simpliciter adorantur; sed adorantur Latriæ cultu, & ab omnibus orthodoxis creduntur esse propriè caro & sanguis Christi Dei nostri: etsi remaneant illorum accidentia, accommodatè ad humanam imbecillitatem hoc largiente Domino. Quo quidem modo dictus panis & vinum fiant Deo consecrata & sancta, ac munus diuinum, priusquàm transubstantientur, ex iis quæ sequuntur manifestum erit.

Simplex igitur & communis panis præfatus & vinum, cùm ad altare allata sunt, tunc Sacerdos sacrâ indutus stolâ, panem sumit,

& eumdem tenens, ſigno crucis viuificæ ſupra ſigillum eum conſignat ter dicens, *In memoriam Domini, & Dei, & Seruatoris noſtri Ieſu-Chriſti*, & hoc ter dicto lanceam ſanctam rectà infigit à dextrâ panis parte, in quâ extat ſignaculum, & ſecans dicit. *Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt.* Deinde ſcindens à ſiniſtrâ parte dicit, *& tanquam agnus innocens coram tondente ſe mutus, ille non aperit os ſuum.* Tertiò in ſuperiori parte ſignaculi ſecans dicit, *in humilitate eius, iudicium eius ſublatum eſt.* Quartò ſecans in inferiori parte ait. *Rurſus generationem eius quis enarrabit?* Tunc attollens ſignaculum dicit. *Quoniam tollitur à terrâ vita eius.* Et illud ponit in ſancto diſco. Et factis iis omnibus quæ rubrica docet, ferèque ad finem perductis cunctis quæ Eccleſiæ traditio de Paſſione Domini tradit: tunc ſacerdos inclinato capite admodum reuerenter, orationem hanc Deo & Patri profert dicens.

O Deus Deus noſter, qui cæleſtem panem totius mundi cibum Dominum noſtrum & Deum Ieſum Chriſtum emiſiſti, ſeruatorem, & redemptorem, benefactoremque, benedicentem, & ſanctificantem nos, ipſe benedic hanc propoſitionem, & eam ſuſcipe in ſupercæleſte tuum altare. Memento vt bonus & benignus eorum qui modò obtulerunt, & propter quos obtulerunt; noſque inculpatos conſerua, dum myſteriis tuis diuinis ſacratè operamur: quoniam ſanctificatum & glorificatum eſt pretioſiſſimum atque magnificum nomen tuum Patris & Filij

αὐτὸν, ᾧ κατέχων αὐτὸ σφραγίζῃ διὰ τῦ σημείυ τῦ ζωοποιῦ σταυροῦ ἐπάνω τ̃ σφραγίδος τῆς λέγων, εἰς ἀνάμνησιν τῦ κυρίυ ἡμῶν Θεῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῦτο εἰπὼν τῆς σφ̃ηγυσι τ̃ ἁγίας λόγχης κατ' αὐθέαν ἐκ τῦ δεξιῦ μέρυς τῦ ἄρτου, ὃ ὢ ἡ σφραγὶς, καὶ τέμνων φησὶν, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη. εἶτα ἐκ τῦ ἀειστεροῦ μέρους τέμνων λέγει, καὶ ὡς ἀμνὸς ἄμωμος ἐναντίον τῦ κείροντος αὐτὸ ἄφωνος, ὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτῦ. εἶτα ἐκ τῦ ἄνω μέρυς τῆς σφραγίδος τέμνων φησὶν ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτῦ ἡ κρίσις αὐτῦ ἤρθη. εἶτα ἐκ τῦ κάτω μέρυς τέμνων αὖθις φησι. τ̃ δ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται. τότε ἐπάρων τ̃ σφραγῖδα λέγει ὅτι αἴρεται ἀπὸ τ̃ γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. ᾧ πάθοιν αὐτ̃ ἐν τῷ ἁγίῳ δίσκῳ, ᾧ ποιήσας πάντα ὅσα ἡ ἑρμηνεία διδάσκει, καὶ σφόδρα ἐμφράκτως τελέσας ὅσα ἡ παράδοσις ἔδωκε τ̃ ἐκκλησίας περὶ τ̃ πάθος τῦ κυρίυ, τότε ὁ ἱερεὺς τ̃ κεφαλὴν κλίνας πανευλαβῶς τ̃ εὐλογοφοραναφέρει τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ λέγων.

Ὁ θεὸς, ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ τ̃ ὑγιὲς ἄρτον τ̃ προφορὰν τ̃ παντὸς κόσμυ τ̃ κύριον ἡμῶν καὶ θεὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξαποστείλας, σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν, καὶ εὐεργέτην, εὐλογοῦντα, καὶ ἁγιάζοντα ἡμᾶς, αὐτὸς εὐλόγησον καὶ τ̃ προθεσιν ταύτην, καὶ πρόσδεξαι αὐτ̃ εἰς τὸ ἐπουρανιόν σου θυσιαστήριον. μνημόνευσον ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος τ̃ πεσόντων καὶ τ̃, καὶ δι' ὓς προσήχαμεν, καὶ ἡμᾶς ἀκαταιρίτους διαφύλαξον ἐν τῇ ἱερουργίᾳ τ̃ θείων σου μυστηρίων. ὅτι ἡγίασται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, πατρὸς καὶ τ̃ υἱῦ

Ex. ca. 53.

ᾧ τῷ ἁγίῳ πνεύματος, νῦν ᾧ ἀεὶ ᾧ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

Ταύτης οὖν τῆς εὐχῆς πληρωθείσης, εὐθὺς γίνεται ἀφ' ἑνὸς τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, ὁ αὐτὸς κοινὸς, καὶ ἁπλοῦς, αὐτὸς, καὶ οἶος, ἰδικὸς καὶ ἅγιος· ἰδικὸς μὲν, ὅτι οὐ τοῖς πᾶσι γευστὸς· ἅγιος δὲ καὶ δῶρον τίμιον, ᾧ θεῖον ᾧ ὕλη εὐδιεχυμένη, καὶ εἰσμένη ἀναγκαίως μεταποιηθῆναι εἰς σάρκα Χριστοῦ καὶ αἷμα, πρὸς διαφορὰν τῆς πρώτου αὐτῷ τιμῆς τῆς φυσικῆς. Ἀφ' οὗ τοῦτο δικαίως καὶ εὐλόγως πιστεύεται, καὶ προσπίπτειν, καὶ ὑμνεῖται ὑπὸ πάντων τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν οὐχ ὡς σάρκα ᾧ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλ' ὡς δῶρον ἅγιον, ᾧ ὕλαν ἀναγκαίαν γενέσθαι εὐθὺς ἀφ' ἧς ἐπικλήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος αἷμα καὶ σῶμα Χριστοῦ.

Ὅτι δὲ ταῦτα λέγονται ᾧ εἶναι δῶρα τίμια ᾧ ἄφθαρτα πρὸ τῆς μεταποιηθῆναι, ὁ θεῖος Ἰάκωβος, ὃς ᾧ πρῶτος ἱεράρχης ὑπ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἐχειροτονήθη, σαφῶς παρίστησι· πρὸς τούτοις ᾧ ἁγία τῶν ἀποστόλων ἐκκλησία οὕτω κηρύττει. Χρυσόστομός τε ᾧ Βασίλειος, οἱ τῆς οἰκουμένης φωστῆρες, οὕτω διδάσκουσι. Γερμανὸς ὁ θεῖος τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ᾧ Μάξιμος ὁ σοφὸς ὕστερον μεμαρτύρηκε.

Λέγει γοῦν ὁ ἅγιος Ἰάκωβος μετὰ τὸ εἰσελθεῖν εἰς τὸ θυσιαστήριον. ὁ κύριος εὐλογήσαι πάντας ἡμᾶς, ᾧ ἁγιάσαι, ὅτι τῇ ὑσόδῳ ᾧ ἱερουργίᾳ τῶν θείων ᾧ ἀχράντων μυστηρίων.

& Spiritus ſancti, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

ladelphiensi Antistite in libros suos retulerit, quàm Claudius. Nam quod fidem omnem superare videtur, de scriptoris, qui nunquam ad manus suas peruenit, ingenio & doctrinâ, iudicium ferre non reformidat. Et quia illius autoritate premi se persenserat, eum in omnes formas versat. Modò ait, modò negat, & nulli conueniens secum ipse dissidet. Transubstantiationem, adorationemque Cardinalis Perronius verbis apertissimis Gabrielis probauerat, quæ Autor perpetuitatis fidei Catholicæ de rebus Eucharisticis, P. Nouetus Iesuita, ac demum Arnaldus in opera sua transtulerunt; sed Claudius cuneos latebrasque captans, ad suspicandum aliquid sinistri de hoc Gabrielis testimonio ducitur, quòd Perronius prætermisso contextu Græco, versionem duntaxat illius Gallicam produxerit. Objicientibus autem Arcudium aliquid Græci contextus attulisse, in quo vox μετουσίωσις appareat, respondet Arcudium non tam verba Gabrielis proferre, quàm eorumdem paraphrasim, neque contextum ipsius reddere, cùm ad oram libri non rejiciatur; sed Gabrielis mentem fusiori expositione declarare. Præterea ne quid illius censuram fugiat, conuitiis & maledictis impetum facit in Gabrielem, velut in hominem imperitum, qui dum vocem μετουσίωσις vsurpat, Patrum suorum fidem, &, vt illius verbis vtar, fensum communem eiurauerit. Mox tamen quasi pœnitentiâ ductus, & quid sit argumentum, & quid conuitium distinguens, vocabulum μετουσίωσις Latinorum transubstantiationem non exprimere in contextu Gabrielis conatur ostendere; imò nec id fieri potuisse contendit, nisi Gabriel mente captus, vel impius fuerit. Denique quod vix credibile est, idem Gabriel mirâ Claudij arte in hominem Caluinianum transformatur, & si verbis illius fidem adhibeamus, Gabrielis μετουσίωσις siue « trãsubstantiatio, mutatio non est, « quæ panis substantiam destruat; « sed est mutatio, quâ idem panis « gratiam consequitur. Μετουσίωσις « siue transubstantiatio est virtutis « & gratiæ; non verò qualem com- « menta est Ecclesia Romana. Simi- « liter Philadelphiensis Antistes de « Latriæ cultu, qui simpliciter & « absolutè ad symbola referre- « tur, nunquam cogitauit; sed de « eo solùm qui Christum extra « symbola respiciat. Sed non est cur hæc & alia eiusdem naturæ non pauca in præsentiâ confectemur; nam Græcum Gabrielis exemplar omnium oculis subiicimus. Illius verò sententiam de Metropolita Philadelphiensi in pauciora cõtractam consultò produximus, vt certissimo monimento apud omnes testatum esset, quo ingenio, quave arte, & quibus argutiis Carentonianus Minister res Religionis tractauerit.

Digitized by Google

2. *Contra eos.* Duplex apud Græcos altare, nimirum Prothesis, & sacrificij. Primum minus, alterum maius appellare possis. Illud tamen magis propriè mensam dici, quàm altare sentit P. Goar, cùm pani tantùm proponendo, non verò sacrificij confectioni dicatum sit. Verùm parui refert quo modo appelletur, si rem ipsam teneas. Nomen προθέσεως, Latinè propositionis, ex eo sumptum videtur, quòd πρόθεσις seu propositio, idem sit atque præparatio, quasi dixeris primam panis positionem: quandoquidem reuera panis & vinum in eo altari prius reponi solent, quàm ad maius in quo peragi debet consecratio, deferantur. Alij ita dictum volunt ex similitudine panum propositionis, quos Moses Hebræorum Legislator sanciuerat. Ibi diuersis honoribus & precationibus quas Liturgia Græca repræsentat, symbola ista afficiunt, tuncque Sanctorum ac Diuinorum munerum Nomenclaturam sortiuntur, & populus demissè se inclinans dona illa venerabundus colit, iisque prosequitur honoribus, quos hîc fusiùs Gabriel describit. Eosdem planè ritus obseruant Moscouitæ referente Guagnino Veronensi. *Panem,* inquit, *ad sacrificandum hoc modo sacrificant. Vnus eorum præparatum panem ad sacrificandum in patena super capite per minorem portam de sacrario egressus portat; alter verò coopertum calicem vino repletum, cæteris Diaconis vel Sacerdotibus imagines sanctorum Petri, Pauli, Nicolai, vel Michaelis Archangeli magnâ circumstantis populi acclamatione & veneratione præferunt. Quidam ex circumstantibus acclamant vulgari oratione, Domine miserere. Alij fronte terram gentili more percutiunt. Quidam si signo crucis frequentiùs caput inclinando, muniunt. Varia denique veneratione ac cultu circumlata signa venerantur.* Gens scilicet Ruthena quidquid habet ceremoniarum à Græcis, quibus acceptam fert fidem suam, hausit. Sed mirari subit vnde ritus ferè similes quidam Monachi in Æthiopiâ commorantes acceperint. Franciscus Aluarez dum in suis peregrinationibus illorum Monasterij structuram describit, simul eorum ceremonias & modum celebrandæ Missæ attingit. Ex quibus nonnulla quæ ad præsentis argumenti, & eorum quæ sequuntur, illustrationem aliquid conferre possunt, excerpere nobis visum est; quia hæc non omnibus sunt obuia. Itaque Aluarez peregrinationum suarum capite 11. in versione Italicâ, postquàm processionis cuiusdam ceremonias exposuit, hæc statim subiungit. *Compito questo (che dura gran pezzo) salvano limagine, & poi vanno a una Casetta, ch'è verso tramontana, & quella parte doue si disse l'Euangelio secondo la nostra Messa, è fuera del circuito; nella quale fanno l'hostia, che essi chiumano corbon, & portano croci, turriboli & campanelle: & diquiui cantano*

In descript. sacrm. de Relig. Moscou.

uano vna focaccia di farina di formento azima fatta alhora, molto bianca & molto bella, di grandezza & rotondita di vna gran patena, in questo Monasterio che vi è poca gente. Ma nelli altri Monasteri & chese che ne sono assai fanno questa focaccia grande & piccola secondo il numero delle genti perche tutti si communicano: & secondo la grandezza cosi fanno la grosseza di mezzo dito, odi vn dito, odi piu del dito grosso, & portano questa focaccia nel bacile piccolo, che è vno di quelli dell'altare, coperta con vn panno, con la croce & turribolo, auanti sonando la campanella. Di dietro alla chiesa, doue è quel choro, in quel circuito, che tengono come clausiro, non puo stare alcuno che non sia di ordine sacrato, ma tutti debbono star auanti la porta principale, doue è vn altro circuito grande, che hanno tutte le chiese, & questo circuito è come clausiro, ma non è coperto, & vi puo stare ogni huomo che vuole. Entrando in processione con questa focaccia, tutti quelli che stanno nella chiesa, & nel circuito come odono la campanella, abbassano la testa, fino che la campanella tace, che è quando la mettono sopra l'altare nel bacile piu piccolo, posto come si è detto nel bacile piu grande, & vi mettono di sopra vn panno negro a guisa di corporale, & con le bande del detto panno le cuoprono, &c. Deinde vniuersam Liturgiæ conficiendæ rationem declarat, quam non istis Monachis peculiarem esse, vt & alias, quarum ibidem meminit Aluares, ceremonias, ostendunt ea quæ mox subjicit, nimirum: *La maniera che tiene questo picciolo Monastero, che non a piu di xx o xxv fratti, si osserua in tutti li Monasteri & chiese grandi & picciole.*

Sed vt ad intermissum de ritu, quem Græci ad mensam propositionis seruant, sermonem redeamus; qui plura de illo rescire voluerint, Germani Patriarchæ Constantinopolitani, Nicolai Cabasilæ, Simeonis Thessalonicensis, aliorumque Liturgiæ Græcæ explanatorum libros, nec non P. Goar notas in Rituale Græcum euoluant. Nos quod instituti nostri est, agamus. Philadelphiensis Antistes, vt verbis suis satis apertè testatum facit, hunc Ecclesiæ suæ ritum aduersus nonnullorum, maximè Latinorum conuitia & maledicta conatur asserere, à quibus illa nomen Idololatræ, quasi panem nondum consecratum latriæ cultu adoraret, reportauerat. Ruthenos in simili causâ vellicauit Ioannes Sacranus Cracouiensis Ecclesiæ Canonicus, de quorum erroribus hæc habet. *Ante præparationem calicis incensis cereis panem consecrandum cum vino & aquâ calidâ in calicem fusâ, velut dictum est cum reuerentiâ summâ spectandum populo offerunt, & circumferunt, vbi populus pronus cadit, veneratur, & idololatrat, & post in altari positum & consecratum nemo veneratur, neque eleuatur.* Eadem Ruthenis, & iisdem omnino verbis objicit Ioannes de Lasko Archiepiscopus Gnesnen- Eiv. 20.

sis. Similiter Petrus Scarga Iesuita Vilnensis apud Lituanos, eosdem Ruthenos cum Græcis in pari causâ consscindit. Neque minus durè habuit Græcos in hoc negotio Antonius Caucus Patricius Venetus & Archiepiscopus Corcyreensis. Sed hos omnes præsens Philadelphiensis Antistitis Apologia penitus enecat. Eam siquidem deditâ operâ: & vt quorumdam malè feriatorum hominum garriendi impunitatem, vt ipse testatur, reprimeret, conscripsit. Ita vt malè Claudius illorum testimoniis, quorum numerus eum nimiùm delectat, Græcos latriæ cultu Eucharistiam non adorare confici existimet. Gabriel siquidem strenuissimus hac in parte rituum Ecclesiæ suæ defensor, illorum errores detegit. Difficile autem non est assequi, vnde factum fuerit, vt Latini homines Græcis, quasi panem & vinum reapse adorarent, molestiam exhibuerint. Illi siquidem Ecclesiæ Romanæ ceremoniis omnino intenti, dum Græcos summis honoribus symbola nondum consecrata prosequi, eadem verò iam consecrata vix salutare animaduertunt, non potuere quin prorumperent in conuitia, eosq; velut idololatras traducerent. Itaque non ἁπλῶς seu simpliciter & absolutè Latini Græcos vocant in iudicium; sed κατά τι solùm, & comparatè ad Ecclesiæ suæ ritus; & ita fit, vt cultum quem donis iam consecratis ipsi deferunt, ad eum, quo eadem nondum consecrata afficiunt, transferant: quia scilicet maximus est honoris illius, qui panem & vinum mensæ propositionis applicata, comitari solet, apparatus, & omnium oculos splendore suo perstringit; alter verò qui proprius est, & ad Christum symbolis præsentem refertur, si pompæ exterioris habeatur ratio, ferè nullus est, & vix percipi potest. Quare mirum profectò videri non debet, si Latini ritus amantissimi homines, dum in eo penitus defixi sunt, & minùs ad id quod Gentilitia Græcorum ferebat consuetudo attendentes, in eosdem præcipiti cogitatione, velut in idololatras impetum fecerint, quasi adorationem Christi corpori & sanguini debitam, illi præposterâ ratione nudo pani & vino rependerent, de adorando autem Christi corpore & sanguine nullatenus cogitarent. His accedit istos disputatores, qui aliarum Gentium errores notant, haud infrequenter non tam quid illæ loquantur, vel quid sentiant reprehendere, quàm consequentias, quas ex earum sententia cum aliquâ probabilitatis specie deduci posse arbitrantur. Id autem potissimum occurrit, vbi scriptores pro aris decertant; tunc enim omnia in suas partes trahere conantur. Sed, inquies, fieri ne potuit vt viri religiosissimi, quibus veritas & Ecclesiarum concordia pergrata erat, ex immoderatâ cu-

Digitized by Google

piditate & solâ contradicendi libidine, falsa & iniqua pro veris assumere ausi fuerint? Quis talia præsertim de Cauco Corcyræensi Archiepiscopo qui ex mandato Gregorij 13. Græcorum errores in suos codices retulit, cogitet? Hæc sunt profectò quæ subdolè Claudius simplicioribus obtrudit, vt eos hac arte faciliùs decipiat. Sed de ipsomet Cauco & aliis qui Græcorum aliarumque nationum Orientalium errores chartis commiserunt, audiatur doctissimi vtriusque Ecclesiæ conciliatoris iudicium. *Adhuc*, inquit, *nec Caucus, nec Prateolus, nec Castro, quorum fundus, isque mendaciorum feracissimus, Guido quidam Carmelita est, cessant malè de Græcis meteri, & me iamdudum ad exitum properantem retinent.* Si fidem Claudius Allatio renuat: res ipsa loquitur. Adeò multa sunt in eorum libris, quæ falsò Ecclesiæ Orientali tribuuntur. Saltem eâ de re credat Gabrieli, cuius testimonium eò locupletius est, quòd à Sede Romanâ diuulsus fuerit, quales ipse testes desiderat.

Leo Allat. lib. 4. de perp. Conf. cap. 17. col. 1334.

Rei huiusce exemplum etiam in præsenti causâ locupletissimum nobis sufficit Petrus Arcudius, quodque animaduersione dignum est, illud Claudium iugulat. Ille siquidem Græcos & nominatim Gabrielem Philadelphiensem λατρολατρείας καὶ οἰνολατρείας reos facit, quasi reuera ipsi latriæ cultum pani & vino nondum consecratis præberent, iisdem verò consecratis nullum, saltem minimum. Quâ in re Arcudius parum idoneum conciliatorem se ostendit, etsi aliàs multa feliciter assecutus fuerit, sed Arcudio minùs æquum se præbet Claudius qui verbis illius deceptus & rectum eorumdem sensum aspernatus, quasi iam triumphatum esset de Ecclesiâ Romanâ, primę Responsionis parte 3. in has voces erumpit. *Hac de re Arcudius Corcyræensis Presbyter Ἀντίφρων aduersùs Græcos valde conqueritur, dum iratus Gabrielem Philadelphiensem rogat, cur muneribus consecratis sacerdos caput non inclinet, neque adoret, nec ad terram se prosternat, nullumque prorsus reuerentiæ testimonium exhibeat, &c. Quis iam*, vt addit idem Claudius, *dubitare queat Græcos panem etiam consecratum respicere veluti germanam substantiam?* Sed quis potius Claudium non suggillet, qui dimidiatam Arcudij sententiam referat? Hic enim paulo post, sermonem istum emolliens, Græcos non secùs atque Latinos Eucharistiæ Sacramentum summâ adoratione prosequi liberè confitetur. Verùm quod extremæ temeritatis est, postquàm Arnaldus, eum verborum Arcudij partem malignè resecuisse demonstrauit, vt illius sententiam hac arte suæ conformaret, id à se iure optimo fieri potuisse contendit, quia non est ex secta Romanensium, & vt fucum faciat, se hæc in re duci exemplo Arnaldi affirmat, qui non aliâ ratione Autores Caluinianos *cap. 8.*

Digitized by Google

appellet. Discat ipse ductus exemplo Arcudij inutiliter Sacrani, Scargæ, Cauci, & consimilium aduersùs Eucharistię adorationem testimonia produci; quippe quæ non ex veritate, sed ex stomacho profecta fuerint. Et si res penitiùs introspiciatur, illi præposteram duntaxat Græcorum adorationem comparatè, vti diximus ad Ecclesiæ suæ ceremonias improbant. His autem Philadelphiensis Antistes, simulque Claudio plane os obstruit. Aptissimè siquidem, cultum, qui donis nondum consecratis defertur, ab eo quo eadem Symbola iam consecrata afficiuntur, distinguit. Primum enim per simplicem προσκύνησιν adorationem seu venerationem denotat; alterum verò per λατρείαν seu veram & propriam adorationem, quæ vulgo latria appellatur. Sed de his iterum infra dicendi locus erit commodior, vbi Gabriel idem argumentum de industriâ pertractat, & adorationē quâ Græci cùm symbola altari propositionis addicta, tum Christi Corpus symbolis in altari sacrificij præsens venerabundi prosequuntur, fusiùs declarat, notato simul vtriusque adorationis discrimine.

3. *Hymnus Cherubicus.* Quid sit hymnus Cherubicus, ipse Liturgiarum contextus aperit. In Liturgia quæ nomen D. Iacobi præfert hæc habentur, vnde facili negotio cur ita dictus fuerit hymnus ille, colligere liceat. Σιγησάτω πᾶσα σὰρξ βροτεία, καὶ στήτω μετὰ φόβου, καὶ τρόμου, καὶ μηδὲν γήϊνον ἐν ἑαυτῇ λογιζέσθω. ὁ γὰρ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν προέρχεται σφαγιασθῆναι, καὶ δοθῆναι εἰς βρῶσιν τοῖς πιστοῖς. προηγοῦνται δὲ τούτου οἱ χοροὶ τῶν ἀγγέλων μετὰ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, τὰ πολυόμματα Χερουβὶμ καὶ τὰ ἑξαπτέρυγα Σεραφὶμ τὰς ὄψεις καλύπτοντα καὶ βοῶντα τὸν ὕμνον ἀλληλούϊα, ἀλληλούϊα, ἀλληλούϊα. *Sileat omnis caro mortalis, stetque cum metu & tremore, atque nihil terrestre apud seipsam cogitet. Rex enim regnantium, & Dominus Dominantium Christus Deus noster progreditur immolandus, dandusque in cibum fidelibus. Illum verò antecedunt chori Angelorum cum omni principatu & potestate, Cherubim multoculi, & sex alarum Seraphim velata facie clamant Alleluja, Alleluja, alleluja.*

Quid verò significet hymnus Cherubicus prolixè docent mystici Doctores Germanus Constantinopolitanus, Nicolaus Cabasilas, Simeon Thessalonicensis, & omnium recentissimè inter Latinos P. Goar. Sed vt in eiusmodi rebus quisque pro suopte ingenio venatur mysteria: ita illorum commenta referre operæ pretium non esse existimaui. Satis est in præsentiâ annotasse, hymnum hunc magno apparatu, populorumque frequentiâ cantari, statimque sancta munera, relictâ Prothesi, ad majus siue sacrificij altare deferuntur. Tunc omnes qui solemni huic

Digitized by Google

pompæ interfunt, diuina illa munera ſummis proſequuntur honoribus. Quo autem in primis tempore ille donorum cultus, hymnuſque Cherubicus in Eccleſiam Græcam introducta fuerint ſubtiliùs diſquirere videtur ſuperfluum. Id in confeſſo apud omnes debet eſſe, priſcis Eccleſiæ temporibus Chriſtianos minus ceremoniarum, plus verò pietatis habuiſſe; tamen Canticorum, Orationumque vſum pariter, Scripturarum lectionem, inde iam ab illius exordio in ſynaxibus ſeu fidelium congregationibus extitiſſe. Quâ in re vt arbitror Chriſtiani, Iudæorum ritus in celebrando Paſchate, imitati ſunt. Poſteà, cùm aliorum inuentis, ſua quoque addere commenta difficile non ſit, Epiſcopi quò major eſſet Liturgiæ apparatus, plebeiorumque hominum erga ſanctiſſimum myſterium reuerentia excitaretur, prioribus canticis & orationibus alia adiunxere. Ex quo tandem ceremoniarum multitudo ita accreuit, vt oneri eſſe cœperint, & Chryſoſtomus ac Baſilius, vt autor eſt Proclus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus Liturgias contractiores facere coacti fuerint (ſi tamen Chryſoſtomi & Baſilij verè ſint, quæ ſub eorum nominibus circumferuntur Liturgiæ, & fragmentum de traditione Miſſæ, quod vulgò tribuitur Proclo, reapſe ab illo profectum fuerit.) Immò eò vſque progreſſa eſt temeraria, ſi ita loqui fas eſt, ſacerdotum quorumdam pietas, vt ab ipſa penè Eccleſiæ Infantiâ, non alias in Miſſâ, quàm à ſeipſis compoſitas orationes recitarent. Cui tandem malo Eccleſia occurrit. Similiter Gregorius cognomento magnus peruerſam illam conſuetudinem probare non potuit. *Valdè mihi*, inquit, *inconueniens viſum eſt, vt precem, quam Scholaſticus compoſuerat ſuper oblationem diceremus, & ipſam traditionem quam Redemptor noſter compoſuit, ſuper eius corpus & ſanguinem taceremus.* Sed vt redeamus illuc vnde diuertimus, euoluenti Syricas Maronitarum Neſtorianorumque & aliarum plagæ Orientalis nationum Liturgias, nulla mihi occurrit, quæ hymnum Cherubicũ precationeſq; quæ in menſa propoſitionis ſuper ſancta munera funduntur, & magnum illum veneration apparatum exhiberet. Conſtat autem illas è Græcis deſumptas fuiſſe, adeóque firmiſſimum hinc duci poteſt argumentum, ſolennem illum hymni Cherubici ritum, tunc nondum in Liturgiarum Græcarum corpus inuectum fuiſſe, cùm ſuas alij Orientales populi ab iſtis hauſerunt. Et quod id negotij planè conficit, liturgia Chaldaïca D. Iacobi, quam liber Miſſalis Maronitarum exhibet, è Græca ferè ad verbum conuerſa eſt, nec ea tamen quidquam huiuſce apparatus continet; ſicuti nec alia eiuſdem D. Iacobi, ſed contractior Miſſa, quæ manuſcripta & eodem ſermone

Epiſt. ad Ioan. Epiſc. Syrac.

Digitized by Google

Chaldaico seu Syrico exarata asseruatur in Bibliothecâ Sorbonitarum. Quibus addi posset Missarum Latinarum consensus, quæ à primæuâ Missalis officij simplicitate minus quam Græcæ degenerarunt. Leo Allatius vir Græcorum κριτικώτατος, iam à temporibus Germani Patriarchæ Constantinopolitani, sub initium videlicet octaui seculi ritum hunc apud Græcos inualuisse probat ex illius Theoriâ. Sed id argumenti minùs firmum pleriſque videbitur, etiam non diffitente Allatio, qui de autore illius Theoriæ lites moueri agnoscit, & à multis in dubium verti, vtrum illa ab antiquo Germano, an verò à recentiore scripta fuerit, putatque hanc *Syllogen*, quæ hodie sub nomine Germani Patriarchæ legitur à Morelio Græcè edita anno 1560. & habetur Græcè & Latinè in Bibliothecâ Patrum, *non ab vno, sed à pluribus auctam, tandem ab vno in idem corpus redactam.* Et id profectò res ipsa loquitur, quæ manifestò declarat, illud opus à diuersis scriptoribus, temporibus diuersis concinnatum fuisse. Tamen quominus illius ceremoniæ antiquitati detrahatur, impedimento est verus & nullis interjectionibus interpolatus codex manuscriptus ejusdem Theoriæ, qui ex bibliothecâ Metropolitæ Ephesini Parisios asportatus ad nostras manus peruenit. Ille Basilij magni nomen præfert, & bene multa quæ in exemplaribus hactenus editis extant, minimè repræsentat, quæ haud dubiè recentiori manu assuta sunt. In eo autem quæ ad hymnum Cherubicum eiusque ritum pertinent, illa magnâ ex parte conspiciuntur: adeóque etsi Theoriæ Germani editio quæ in omnium manibus versatur, opus illud Germani Patriarchæ Constantinopolitani ætatem vix attingere posse arguat; non inde tamen efficitur, ceremoniam de quâ agitur eo posteriorem esse, cùm liber manuscriptus, quem producimus, vulgatis omnibus exemplaribus, quæ lucem aspexerunt, sit antiquior. Deinde quæ habentur in vita sancti Stephani junioris strenuissimi imaginum defensoris apud Surium, & ad calcem operum Damasceni, idem confirmant. Ille siquidem cum Imperatore Constantino Copronymo pro cultu imaginum generosè decertans, hæc illi objicit. *Quid? an tu quoque corporis & sanguinis Christi antitypa ab Ecclesia proscribes, vt quæ imaginem ac veram illorum figuram teneant? quæ adoramus & osculamur, & eorum perceptione sanctitatem consequimur.* Noui quidem Albertino & Claudio persuasum esse, Stephanum ibi loqui de Symbolis jam consecratis, neque etiam ab his clarissimum fidei Ecclesiæ Romanæ defensorem in hac parte recedere; sed ne in eorum sententiam abeam, vetant locutiones tunc imaginum assertoribus vsurpatæ: quippe vocabula antitypi, figuræ, & imaginis rebus Euchari-

De Ec. Orien. & Occid. perp. Conf. N. 1128.

Digitized by Google

ſticis applicatæ, ſemper & conſtantiſſimè apud illos divina munera nondum conſecrata, ſignificant; fieri tamen poteſt vt hæc verba non ſint Stephani; ſed illius qui ſcripſit vitam Stephani; de quo non cogitarunt viri aliàs eruditiſſimi. Georgius Cedrenus hiſtoriarum compendio ad Iuſtinii imperatoris & Hormiſdæ Romani Pontificis tempora hymni Cherubici inſtitutionem reuocat. Fieri quidem potuit, imò neceſſe videtur, vt prius ille vſu publico receptus fuerit, quàm liturgiarum codici inſereretur. Præterea veriſimile eſt illum apparatum initio minùs ſolennem fuiſſe, ſed paulatim, vti fieri ſolet, diuerſas precationum formulas acceſſiſſe: & ſi quid conjectura in re obſcurâ aſſequi valeat, illius originem inde primò ſumptam fuiſſe crediderim, quòd panem oblatitium Græci in aliquo loco ad id dicato aſſeruauerint, poſteaque factum eſt, vt ille panis, quia ſacrificio peragendo deſtinatus erat, ad altare ſine ceremoniâ delatus non fuerit, præeunte ſcilicet proceſſione; ſicut antea de gente Æthiopicâ obſeruatum eſt. Denique vt Græci ceremoniarum ſunt amantiſſimi, res eò deuenit, vt pleriſque in hac modum non tenere viſi fuerint. Rectè autem ſuſpicatur Cabaſilas maximam eorum qui huic ceremoniæ interſunt, venerationem, ex ritu præſanctificatorum irrepſiſſe: nec ab eo diſſentit Leo Allatius, qui eiuſmodi cultum retinendum, nec è Liturgiâ expungendum eſſe exiſtimat. *Cultus ille,* inquit, *non pani; ſed Chriſto futuro tributur, ideo nec mutandus ritus ille videtur, quo Diaconus in magno introitu, vt iam diximus, ſuper caput patinam defert cum pane non conſecrato. Cùm non heri aut nudius-tertius; ſed abhinc multis annis ita obſeruatum ſit in eâ Eccleſiâ, vt ex Germano in Theoria, & Cabaſila in expoſitione Miſſæ, & aliis diſcimus.* Et mox hæc ſubiungit. *Si dicant populum pereleganti illius cultu ac magnifico decipi, motumque eâ veneratione panem & vinum minimè adorandæ plus æquo adorare; ideoque ἀρτολατρείας & οἰνολατρείας, panis & vini latriam, imperitè nimis committere; dicerem tunc populum corrigendum, non ritum & ceremonias immutandas; neque enim propter malè ſanas aliorum opiniones erroreſque puériles, quibus ſæpè ſæpius vulgus ignarum decipitur, dicta Sanctorum expurganda ſunt, vel ritus inueterati optimique abdicandi.* Quibus verbis notat profectò Arcudium, qui libro 3. concordiæ pluribus hunc ritum proſequitur, & ibi autor eſt, vt ille penitus auellatur, multisque conuitiis & maledictis Gabrielem Philadelphienſem illius vindicem acerrimum impetit, cuius rei impatiens P. Goar notis in Euchologium, Gabrielis partes aduerſus Arcudium tuetur, & jure optimo ait. *Erudienda eſt certè ruſticæ plebis illius fides, deuotio nuſquam extinguenda.* Et mox, *Compeſcatur me iudice,*

De Miſſa præſanctificatorum.

Digitized by Google

& Arcudio, si eius est mens, assentiente, corrigatur, inquàm, & resecetur quod abundat: quod æquum verò est, à maioribus acceptum, quodque summus Pontifex in Græcis Romæ degentibus, & dona sacra quolibet teste venerantibus aut approbat, aut tolerat, laudetur, excipiatur, sartum tectumque asseruetur. Contra verò Claudius qui ex libris Allatij & Goari probè nouerat, Gabrielem iniquissimè ab Arcudio vellicari, fædè illius errores multiplicat. Si mansuetum placidumque huic negotio afferre voluisset ingenium, Arcudij ipse amarulentiam castigasset, minimè ignarus multa isti conciliatori inter disputandum excidisse, quæ vir frugi & veritatis studiosus reformare debeat. Sed de his plus satis dictum fuerit. Nunc ob materiæ affinitatem, de hymno quoque Trisagio & triumphali nonnulla adiungemus, vt ex iis appareat, quid in liturgiarum contextum recentiùs inuectum fuerit. Scriptores Græci vulgò existimant hymnum ter sanctum in Ecclesiâ Orientali Procli Patriarchæ Constantinopolitani temporibus primùm cantari cœpisse. Longam de eo Ioannes Damascenus scripsit epistolam Iordani Cænobiarchæ, & libri tertij de Orthodoxa fide caput 10. inscribitur, περὶ τῦ τρισαγίυ, *de Trisagio*, vbi ait. Φασὶ μὲν οὖν καὶ οἱ τῆς ἐκκλησιαστικὴν ἱερεῖαι συνταξαντες, ὅτι λιτανεύοντος τῦ ὁ Κωνσταντινοπόλεως λαὸν ἀφ' ἁρπαγῆναι ἀπειλὴν ὑπὸ θεόκλυτε τῦ Αρχιεπισκόπου γεγενημένου, συνέβη ἁρπαγῆναι παιδίον ἐκ τῦ λαῦ, ὑφ' ὅτου μικροῦ ὑπ' ἀγγελικῆς τινὸς διδασκαλίας τὸν τρισάγιον ὕμνον ἄγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς. καὶ αὖθις ὑπήραφέντος τῦ παιδίου καὶ τὸ μνηθὲν ἀπαγγείλαντος, ἅσαι τὸν ὕμνον ἅπαν τὸ πλῆθος, καὶ ὅτω κατάσαι τέλω ἀπειλήν. Καὶ οὕτω μὲν ἡ μεγάλη ὑ οἰκουμενικὴ τετάρτη συνόδω τῆ ἐν Χαλκηδόνι φημὶ, ὅτως ὑμνῆσαι ὁ τρισάγιος οὗτος ὕμνος παραδέδοται. *Aiunt autem qui historiam Ecclesiasticam ordinarunt, quòd cùm Constantinopoli supplicationes faceret populus ob minas quasdam diuinitùs sub Proclo Archiepiscopo factas, contigerit, vt puer è populo raptus fuerit, & ita didicerit Angelis quibusdam Magistris hymnum ter sanctum, sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis miserere nobis. Deinde cùm redditus fuisset puer, & quod didicerat annunciasset, vniuersa multitudo hunc hymnum cecinerit, & hoc pacto minæ quieuerint. In sancta quoque & magnâ atque vniuersali Synodo quartâ, quæ videlicet Chalcedone coacta est ita cantatum fuisse hunc hymnum ter sanctum traditione accepimus.* Iam si vera sint quæ Græci historiæ Ecclesiasticæ scriptores de Trisagio, & de ætate quâ cæpit, referunt, apprimè distinguendus erit hymnus ille ter sanctus, ab eo quem ὑπήκοον, Latinè triumphalem appellant. Illum si quidem iam priscâ Patrum ætate receptum fuisse, & Liturgiarum codici insertum demonstrant Constitutiones, quæ sub nomine Clementis leguntur, & Cyrilli Hieroſoly-

Digitized by Google

ſolymitani Catecheſes. Vt ij autem à pleriſque confunderentur fecit hymnorum ſimilitudo, & vox, ſanctus, quæ in vtroque occurrit. Aliquid tamen inter vtrumque eſt diſcriminis: nam iis verbis quæ modo adduximus, hymnus ter ſanctus concluditur, & non longè ab exordio miſſæ ante lectionem Epiſtolæ canitur; Triumphalis verò antiquiſſimam Liturgiæ partem occupat, quæ vulgò dicitur præfatio: huic enim ſubjicitur: neque ex occaſione retundendæ peruerſæ Hæreticorum doctrinæ, ſicuti *ter ſanctus*, natus eſt; ſed ab ipſâ ferè Eccleſiæ infantiâ in libris miſſalibus continetur. Vnde factum fuit, vt reliquarum Gentium Liturgiæ, à quibus abeſt Cherubicus eum repræſentent.

4. *Pictam Domini Imaginem.* Γραπτὴν de induſtriâ, ſiue pictam appoſuit Gabriel; quia Græci à ſculptis imaginibus planè auerſi ſunt. Mediâ tamen planâque ſculpturâ, quòd hæc ad picturam accedat, vtuntur. Cruces quoque venerantur in ligno inciſas, non quidem abſoluto Latriæ cultu, vt pote qui Deo ſoli conueniat; ſed σχετικῶς ſeu relatiuè, & ad πρωτότυπον reſpicientes. Eaſdem quoque odoribus incenſis, aliiſque id genus honoribus proſequuntur. Plurima à Patribus ſeptimæ Synodi de hoc argumento animaduerſa ſunt. In Synaxariis dies recenſetur quo publicè memoria eorum, qui Synodo Nicænæ 2. interfuerunt celebratur, Κατὰ τὴν δυσσέβειαν καὶ ἀμαθίαν καὶ ἀσυνεσίαν ἐκκλησίαν τῶν θεῶν εἰδωλολατρεῖν εἰπόντων, καὶ τὰς σεπτὰς καὶ ἁγίας εἰκόνας καταβαλλόντων, *Contra eos qui impiè & imperitè ac non circumſpectè dicunt ſanctam Dei Eccleſiam eſſe idololatram, & venerandas ſanctaſque imagines euertant.* Ibidem ſubjicitur Patrum eiuſdem Concilij ſanctio, quâ ſtatuitur; Οτι μὴ προσκυνεῖν τὰς ἁγίας εἰκόνας εἶναι ἀλλότριος ἀπὸ τῆς ὀρθοδόξων πίστεως, καὶ ὅτι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ βαίνει εἰς τὸ πρωτότυπον, καὶ ὅτι ὁ προσκυνῶν καὶ ἐν αὐτῇ τῷ εἰκόνι, προσκυνεῖ ἐν αὐτῇ τῷ ἐγγεγραμμένῳ τῷ ὑποστάσει. *Eum qui non adorat ſanctas imagines, alienum eſſe ab orthodoxorum fide, & honorem imaginis transferri ad prototypum, & eum qui adorat honoratque imaginem, in ea adorare perſonam eius qui depingitur.* Similiter Græci die 10. Auguſti celebrant, Τὴν ἀείμνηστον τῆς ἐν Ἐδέσσῃ ἀχειροποίητου μορφῆς τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκ τῆς Ἐδεσσηνῶν πόλεως εἰς ταύτην θεοφύλακτον πόλιν ἀνακομιδήσης, *Memoriam ingreſſus non manufactæ imaginis Domini & Dei ac ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti ex Edeſſenorum vrbe in hanc diuinitus ſeruatam vrbem tranſportatæ.* Vbi etiam Abgari Edeſſæ principis hiſtoria, & iſtius imaginis miracula fuſiùs contexuntur, quorum tamen omnium fides ſit penes Græculos. Verùm Claudius, cui Sanctorum imagi-

Lib. 3. Reſp. ad Arm. cap. 10.

Digitized by Google

nes multùm diſplicent, Græcorum in hac parte à Latinis diſſenſionem amplificat: quandoquidem illi hos velut idololatras exagitant, quòd ſculptas etiam imagines venerentur. Sed ſi quietum & placidum iſti controuerſiæ ingenium afferre voluiſſet; Græcos cum Latinis in gratiam facili negotio reuocaſſet. Eccleſia ſi quidem Orientalis non ἁπλῶς, ſiue ſimpliciter, vel aliqua ſuperſtitione adducta, ſtatuas reiecit; ſed quia Græcorum ſeu Gentilium erant: vti rectè Græcorum omnium, qui ſculptas imagines reſpuunt, teſtimonio comprobari poteſt. Ioannes Damaſcenus a quo reliqui Græci toti dependent libro 4. fidei orthodoxæ ſanam de imaginum cultu ſententiam Baſilij verbis primò declarat, ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, *Imaginis honor ad prototypum refertur.* Deinde addit, Τὰ μὲν τῶν Ἑλλήνων γλυπτὰ ἐπὶ δαιμόνων ἦσαν ἐξεικονίσματα ὑπ' ἐλπίδα τε καὶ ἀπηρτισμένα τυγχάνουσι. *Græcorum quidem ſculptilia, quia Dæmoniorum erant ſimulacra, reiectanea ſunt atque prohibita.* Sculptilia, vt videre eſt, Damaſcenus Græcorum, ideſt Gentilium, damnat. Quare ſublato præpoſtero ſtatuarum abuſu purus ac legitimus earumdem vſus ſuccederet. Et id profectò Ioannes Calquit, *ſe putant ſi; Deum non ſculpant, dum in picturis licentioſiùs, quàm vllæ aliæ gentes laſciuiant.* Græcos ſi quidem, non minùs quàm Latinos, argumentis ſuis premi exiſtimat. Sed grauiſſimè hallucinatur, dum iiſdem rationibus Chriſtianorum imagines conuellit, atque Gentium ſimulacra; quaſi etiam Chriſtiani, ſicut Ethnici, vim aliquam Diuinitatis ijs ineſſe imaginarentur. Chriſtianæ Reipublicæ nationes vniuerſæ, ſi nouatoribus credamus idololatrant, quod in imbecillitatis ſuæ ſubſidium, ſigna quædam ſibi ponant ob oculos, quæ eorum animos acriùs in ſtudium pietatis impellant. Nam ad id ſolum inſtitutæ videntur imagines, vt Diuini alicuius erga nos beneficij aut virtutis egregiæ memoriam repræſentarent. Porro imaginum cultus res eſt diſciplinæ. Idcirco priſcis Eccleſiæ temporibus, non eâdem planè ratione, atque in poſterioribus obtinuit. Qui etiam noſtrâ ætate de illo contentioſiùs diſputant, conturbatâ Eccleſiarum pace, diſſenſionibus infinitis viam aperiunt. Audiendi ſunt Patres Concilij Tridentini, qui prudentiſſimè ſtatuerunt, imagines Chriſti, Virginis, & Sanctorum in templis retinendas; credendum tamen non eſſe in ijs virtutem aliquam ineſſe, propter quam colendæ ſint, neque in iis fiduciam figendam, velut olim fiebat à Gentibus: quandoquidem honos

Sanct. lib. 2. cap. 23. uinus animaduerterat, qui ineptam vocat hac in re Græcorum cautionem *Quæ bellè defuncti ſis*, in

ſeſſ. 25.

qui eis exhibetur referturad prototypa, quæ illæ repræsentant. Deinde addunt abusus, si qui irrepserint, omnino remouendos esse, tollendam superstitionem, & omnem quæstum turpem eliminandum. Vtinam sapiens illud Patrum Concilij Tridentini decretum Caluiniani homines animaduertant, ne in posterum purum sanumque Imaginum vsum, & Ecclesiarum omnium suffragio comprobatum maledictis suis & mendaciis conscindant. Affirmare siquidem ausim, multa quæ de imaginibus in controuersiam vocãtur, inanissimam esse λογομαχίαν. Patres cùm Græci tum Latini in vnam eamdemque sententiam de hoc argumento conspirant. Diuinam Gregorij Magni in præsenti materiâ Theologiam Ecclesiæ omnes amplectuntur. Ille Sereni Massilienſis Episcopi κακοζηλίαν castigans hæc scribit. *Indico dudum ad nos peruenisse, quòd fraternitas vestra quosdam imaginum adoratores aspiciens, eadem Ecclesiæ imagines confregit atque proiecit. Et quidem zelum vos, ne quid monumentum adorari posset, habuisse laudamus; sed frangere eadem imagines non debuisse indicamus. Idcirco enim pictura in Ecclesiis adhibetur, vt hi qui literas nesciunt, saltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent.* Et paulò post. *Quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus.* Iterum in alia quam scribit eidem Sereno epistola cultum qui imaginibus deferri debeat ritè intra suos limites concludit. *Aliud est enim*, inquit, *picturam adorare, aliud per picturæ historiam, quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus.* Denique paucis interiectis. *Frangi verò non debuit, quod non ad adorandum in Ecclesia, sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum.* Itaque duce beato Gregorio imagines sunt velut idiotarum libri. Et huic succinturiant apu dGræcos Basilius magnus & Ioannes Damascenus. Præstantissimi quoque vtriusque Ecclesiæ Theologi, si quid in historiâ, quæ in imaginibus describitur, à veritate alienum deprehensum fuerit, illud censoriâ notant virgulâ, veluti Christianæ Religionis puritate indignum. Ita non paucis displicuit illa Beatæ Virginis Christum parientis effigies, in quâ sanctissima Dei genitrix aliatum puerperarum more in lecto decumbens & parturientium dolore laborans depingitur. Quod dudum in Heluidio improbauit Hieronymus. *Nulla*, inquit, *obstetrix, nulla mulierecularum sedulitas intercessit. Ipsa & mater & obstetrix fuit.* Similiter Balsamon exponens canonem 83. Synodi sextæ in Trullo eos reprehendit qui, Τὴν ἀπόῤῥητον καὶ σωτήριον τοῦ σωτῆρος γέννησιν τοῦ Κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀφ' ἁπαλῶν καὶ φαιλῶν ζωγραφημάτων, καὶ

τὰ ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν, ἀνθρωπίνοις δάκτυλοις μιμούμενοι ἀγιογράφοντες, *Qui ineffabilem & salutarem in antro generationem Domini & Dei ac seruatoris nostri Iesu Christi, per puerum toro stratum exprimunt, & quæ sunt supra rationem & intellectum humanis studiis describunt:* vtrum autem legitima sit Balsamonis reprehensio in præsentia non anquiro. Licet igitur Græci in iis quæ ad imagines pertinent, in minutioribus quibusdam à Latinis discrepare videantur; re tamen ipsa, si vera illarum ratio consideretur, perfectè & per omnia inter se consentiunt & æqualiter pugnant cum recentiori Protestantium Theologiâ.

Hist. Conc. Flor. scil. 4. cap. 31. Neque aliter intelligenda sunt Sguropuli verba quæ Claudius à vero & Germano sensu in prauum & hypothesi inseruientem detorquet; quasi Græculus iste nullum sanctis Ecclesiæ Romanæ cultum deferendum esse, statueret, cùm picturarum duntaxat modum rejiciat, Ὡς ἐγὼ, inquit, ὅταν εἰς ναὸν εἰσέλθω Λατίνων, ὑ προσκυνῶ τινὰ τῶν ἐκεῖσε ἁγίων, ἐπὶ ὕδε γυναῖκα τινά. Τὸν Χριστὸν ἴσως μόνον γυναῖκα, ἀλλ' ὑδ' ἐκεῖνον προσκυνῶ, δι' ὃν οὐδὲ οἶδα πῶς διατρέφεται. *Quoties in templum Latinorum ingredior, nullum adoro Sanctorum qui in eo sunt, quia neminem eorum agnosco. Christum fortasse solùm noui, sed neque ipsum adoro, quòd non nouerim quomodo depingatur.* Ita apud Sguropulum Gregorius quid loquitur de Latinorum imaginibus, quas minùs probat ob formam tantùm picturæ: rem verò ipsam, atque illius cultum, quæ modò quærimus, manifestò approbat. Sicuti non desunt etiam inter Latinos, qui D. Hieronymi Cardinalitiâ veste induti & Christophori gerentis Christum in humeris picturas derideant. Iam quod ex illa imaginum Sanctorumque cultus apud Græcos recepti exceptione, inferri posse Claudius arbitratur, id infrà fusiùs, vbi in formulam fidei professionis quæ extat apud Posseuinum inquisitum est, refutabimus. Hæc autem de imaginum Sanctorumque cultu subiungere nobis visum fuit, quòd idem Claudius hoc argumentum moderatè & sincerè, vt erat consentaneum, non tractauerit, & Theologi Protestantes multa de eo confinxerint quæ imperitæ multitudini obtrudunt, vt illius animo ab Ecclesiâ Romanâ auerso, viam omnem conciliationis præcludant.

5. *Panis qui debet offerri.* Quo studio Græci panes oblatitios, seu altaris sacrificio destinatos parauerint, Autor exponit. Eadem, sed explicatiùs obseruat Christophorus Angelus homoritus Græcanici libello quem Græcè scripsit de præsenti Ecclesiæ suæ statu. Hæc enim habet sectione 14. quæ inscribitur de pane sacro. *Quæ ad sacramenta conficienda pertinent præparat, panemque accipit (Sacerdos) quem vir*

Ex versione Latina Fabricij.

Digitized by Google

vel mulier aliqua, modo purus idem, mundaque eadem fuerit die antecedenti parauit. Hoc est quilibet homo cui tantummodo die præcedenti cum vxore res non fuit, aut mulier quæ à congressu maritali abstinuit. Hoc est quibus nec nocte quam dies Saturni insecuta est, nec altàs à vespera diei Veneris vsque ad tempus matutinum diei Saturni coniugalis intercessit cohabitatio. Ille siue illa subacta farina panem illum, Saturni, aut alia quacunque die conficit. Qui enim panem illum parare vult, purus sit necesse est. Antequam verò panis ille excoquatur, signaculum illi prius ligno aliquo cui literæ hæ insculptæ, Iesus-Christus vincit, imprimunt. Non minus olim studij in parandis istis Panibus à Latinis adhibitum fuisse, eruditè obseruauit scriptor politissimus Iacobus Sirmondus ex Concilio Toletano, cuius hæc verba refert disquisitione de azymo. *Vt non aliter panis in altari benedictione sacerdotali sanctificandus proponatur, nisi qui studio fuerit præparatus*, & exemplo Reginæ Radegundis, quæ oblatas manibus suis factas sacris locis dispensabat. Quibus pariter Humberti Cardinalis verba de azymis contra Græcos disputantis subjicit, ex quibus liquet, eos solùm panes ad sacramentum corporis Dominici conficiendum idoneos fuisse, qui religiosè & decenter à Diaconis vel Subdiaconis, etiam ipsis Sacerdotibus cum Psalmorum melodiâ parati & è secretario producti fuissent. Oblatæ autem fiebant ex pugillo farinæ à feminis; & id adhuc apud Ruthenos obseruari testatur Guagninus. *Mulieres autem*, inquit, *apud Ruthenos panem ad sacrificandum Proscura dictum conficere solent. Seligntur autem ad id mulieres prouectæ ætatis, quæ mensibus patiendis amplius non sunt obnoxiæ, præcipuè verò viduæ Sacerdotum relictæ id muneris obire solent.* Vbi verò contigit, vt Laïci non amplius singulis diebus communicarent: tunc paulatim secum oblatas afferre desierunt; sicque Sacerdotes & Diaconi ostiatim per vicos discurrere, pugillumque farinæ propter communionem petere coacti sunt: ex quibus pugillis Diaconus oblatas pinsebat. Quimos ad nostram vsque ætatem in Græciâ seruari dicitur; nec non in Hispaniâ pro tempore Paschatis. Doctissimus Albaspinæus in tractatu Gallico quem de rebus Eucharisticis conscripsit, frumenta Christi corpori confiscendo destinata in templis antiquitus asseruata fuisse suspicatur. Franciscus Aluarez quem supra appellauimus, peregrinationum Æthiopiæ capite 12. artem qua gens Æthiopica suas oblatas præparet ita describit. *Il modo col quale si fa la sopra detta focaccia, è questo. La Casa doue la fanno in tutte le chiese & Monasterij è posta verso la parte doue si dice l'Euangelio, fuori della chiesa & del*

In lib. cit.

Digitized by Google

circuito coperto che è come clausſtro in tutte le chieſe, & Monaſteri, & dell' altro circuito di fuori, che non è coperto, ſi ſeruono per cimiterio. Queſta caſa è quaſi grande come il choro dietro l'altar grande, ò poco piu: & in tutte le chieſe & Monaſteri non ſi tiene quiui altra coſa, ſe non quel che è queſto è neceſſario, cioe vn baſtone, da cauare il formento fuori delle ſpiche, & vno ſtromento da macinare la farina: percioche la fanno molto bianca come è conueniente per tal effetto: concioſia coſa che non fanno detto ſacramento con farina, ò con formento, nel quale ſe femine habbi a poſte le mani. Hanno piatti di terra, oue impaſtano la farina, & fanno la paſta piu dura che non facciamo noi. Hanno vn fornello come ſarià da lambiccare acque, & ſopra quello vno ſſoglio di ferro (& altre chieſe l'hanno di rame, alcune di terra cotta) che è tondo, con aſſai buono ſpatio, & diſotto vi mettono il fuoco, & come caldo, lo nettano con vn panno groſſo, & poi mettono di ſopra, vn buon pezzo di quela paſta, & la diſtendono con vn cochiario di legno, di quella grandezza che la voglion fare, andandola ritondando molto bene. Et come la paſta è appreſa, la leuano via, & la mettono da banda & ne fanno vn altra per il medeſimo modo: & queſta ſeconda, come è ſimilmente appreſa, pigliano la prima, & la gettano ſopra quella, cioè quella parte che era di ſopra, la mettono di ſotto, & coſi tutte due queſte paſte reſtano inſieme, come quaſi vna focaccia, & non fanno in tanto altro che andarla ritondando, & girando intorno à queſto ſſoglio, tanto che eſſe ſi cuochino diſotto & diſopra & dalle bande: & coſi ne fanno quante ne vogliono.

Neſtorianis quoque, vt ab Elia Preſbytero Babylonienſi tunc Pariſiis degente accepi parandarum oblatarum modus eſt peculiaris. Quippe Sacerdos miſſam celebraturus ſurgit mediâ nocte, & panes ex farinâ quæ in Eccleſiæ Sacrario aſſeruatur, hac ratione facit. Primò viginti & ampliùs Pſalmos recitat, deinde ſumpto farinæ illius pugillo, paululum fermenti benedicti ei admiſcet, & admoto Thuribulo libum efficit, quod foculo applicat, ſtatimque eidem ſigillum imprimit ac recitat orationem *Rex Regum*, &c. Poſtea libum alterum foculo applicatum ad latus illius **dexterum** collocat, dicitque *ad latus eius dextrum fidelis crucifixus eſt.* Similiter libo tertio ad ſiniſtrum latus foculi repoſito, dicit. *Iuſidelis ad latus ſiniſtrum crucifixus eſt*, & ſic deinceps alios panes oblatitios conficit, & foculo applicatos ſuis notat ſigillis. Sed horum omnium fides ſit penes Autorem.

6. *Formentatur.* De fermentatipanis vſu in altari apud Græcos nulla extat controuerſia. De azymo autem Latinorum maxima, præſertim poſt libellum de hoc argumento ab eruditiſſimo Ieſuita Iacobo Sirmondo con-

Digitized by Google

scriptum, in quo contendit azymorum consuetudinem Photianis temporibus nondum in Ecclesiâ Latinâ receptam: cùm ipse Photius qui multò leviora Latinis obiecit, nullam omnino litem de azymis moverit; vti posteà à Cerulario primùm excitata est, & ab aliis deinde Græcis, qui panes azymos Latinorum scriptis suis acerrimè impugnarunt. Verùm illud fusiori & accuratiori disquisitione eget, quàm vt in notas referri queat. Pleræque autem nationes Christianæ plagæ Orientalis, vt à Græcis ritus suos magnâ ex parte hauserunt; ita neque ab illis in hoc negotio discrepant. Secta Iacobitarum oblatis fermentatis, quæ sale & oleo condiuntur in peragendo sacrificio vtitur. Ad calcem Missalis manuscripti Nestorianorum describitur solennis ritus consecrandi seu innouandi fermenti, cuius formam saltem secundum partes præcipuas hîc producimus.

Ille inscribitur חודת חמירא קדישא *Innouatio* seu *consecratio* fermenti sancti. Ad huius verò confectionem adhibent סמירא רכיא *similam puram*, & ומלחא *salem* ותלת ומשחארויתא *& oleum oliuæ* טופא שבא *& tres guttas aquæ.* Deinde חברין להון על דפנא דתציבתא דקצתא וסימין לצליבא ולאוגנליון בית תצבית וכשדין קדיש קדיש ושרכא ואבון דכשמיא צלותא לך מלכא רפלא ושרכא

Ex miss. MS. Nestor. Vatic.

Commiscent ista super tabulæ ad id ornatæ extremitatem: & ponunt crucem atque Euangelium super ornamentum, & incipiunt dicere Sanctus, Sanctus, & cætera. Pater noster qui es in cælis, orationem tibi Rex Regum, & cætera.

Deinde eodem contextu variæ precationum formulæ subjiciuntur, quarum aliæ generales sunt; aliæ verò speciales. Eas solùm quæ sunt præsentis instituti, ne latiùs quàm par est vagemur, publicabimus. Itaque sacerdos ita deprecatur diuinam gratiam.

מריא אלהא חילתא פישא לְמחילותי בטרחמנותך ומערנותא דטיבותך אשוני למקרב ולכרשם ולמשמשו ולמקדשו למלואא הנא דנהוא לרושמא ו לשומליא דנבילתא דפנרא דמרן ישוע משיחא חשא ובכל זכן ורשם על מלואא ועניך אמין:

Domine Deus potens adiuua imbecillitatem meam per misericordiam tuam, & per auxilium gratiæ tuæ, Dignum me facias, qui offeram & consignem ministremque ac sanctificem hanc massam, vt sit in signaculum & perfectionem formationis corporis Domini nostri Iesu Christi, nunc & omni tempore. Et consignat massam. Et respondent, Amen.

Mox idem Sacerdos supplex iterum in hanc precationem se effundit.

וישאלינן ומפיקנן מנך דתקדשוהי ותשמליוהי למלואא הנא במציעתא דעבדך בצירא וחלשא ודויא בענא מנך בחסוהי דיחידיך מרן ישוע משיחא דתשרא טיבותארוחא

Digitized by Google

דקודשא והכרך ותקדש למלואא
הנא דנהוא לשולמיא ולרושמא
דגבילהא דפנרה דמרן ישוע משיחא
בשם אבא וברא ורוחא

Petimus & obſecramus te, vt ſanctifices atque perficias hanc maſſam interuentu minimi ſerui tui abiecti & contempti. Rogo te per miſericordiam vnigeniti tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt illabatur gratia Spiritus ſancti, & benedicat, ſanctificetque hanc maſſam, quæ ſit in perfectionem, & ſignaculum formationis corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, in nomine Patris & Filij & Spiritus.

Denique eâdem maſsâ conſignatâ, Euangelium ſancti Ioannis recitat vſque ad hæc verba, *& tenebræ eam non comprehenderunt*, & ſtatim ſumit מן חמירא עתיקא *ex vetere fermento*, & ait.

מתרשם מלואא הנא קדישא
דאתיבל לותן מן אכהין קדישא
כרי אדי ומרי מארי וכרי תאמא
שליחא טובנא מהלמרנא דפניתא
הרא דמרנחא עלהודיהא שרירתא
דבלהון שליחא טובנא ואכהין
קדישא מלפנא שרירא יתיא וסוריא
בשם אבא וברא ורוחא.

Conſignatur hæc maſſa fermento hoc ſancto, quod traditione accepimus à Patribus noſtris ſanctis Domino Adeo, & Domino Moareo, & Domino Thoma Apoſtolis beatis, Doctoribus Regionis huiuſce Orientalis in Confeſſione vera omnium Apoſtolorum beatorum, Patrumque noſtrorum ſanctorum, Doctorum verorum Græcorum & Syrorum in nomine Patris & Filij & Spiritus.

Cæterùm vtrum hæc ceremonia ſemel duntaxat per annum ſolenni apparatu habeatur, vel toties in vſu ſit, quoties Sacerdos Diuinis Myſteriis operatur, compertum mihi non eſt neque exploratum. Ab Elia quidem Babylonienſi Preſbytero didici fermentum ſingulis annis renouari, ex quo poſtea panes oblatitij fermententur; ſed vt conjiciam hæc de oblatis intelligenda eſſe, facit vniuerſa contextus ſeries inprimis verò verba Eliæ. *Sumit Sacerdos ex vetere fermento, &c.* Neque his obeſt חורת ſiue innouationis vocabulum: quandoquidem vox illa etiam pro qualibet conſecratione vſurpari poteſt. Res enim tunc innouari dicuntur, cùm ab vno ſtatu in alium tranſeunt, præſertim quando vſum profanum veluti exuentes, ſacrum induunt, & rebus diuinis ſpecialiùs addicuntur. Sed quidquid ſit de illo diſcrimine, quod minoris profectò eſt momenti, conſtat gentem Neſtorianam fermentatos panes oblatitios magno ſtudio paratos ad ſacrificium adhibere, non ſecus ac Græcos, Iacobitas, Melchitas aliaſque orbis Orientalis nationes, ſi paucas exceperis quæ azymis vtuntur. Armeni ſi quidem & Maronitæ cum Latinis in hac parte. Conſentiunt, quibus etiam Æthiopes adiungi poſſunt, ſi Franciſco Aluareſio rei huiuſce teſti locupletiſſimo fides habeatur:

nam

nam libro 7. Thomæ à Ieſu de conuerſione omnium Gentium procurandâ legimus Preſbyterum quemdam è Prouinciâ Xeua Regni Æthiopiæ & Monachum ordinis S. Antonij in declaratione coràm ampliſſimis Cardinalibus Romæ factâ anno 1594. rogatum, *An Æthiopes celebrent in pane fermentato, vel in azymo, & quid ſentiant de celebrante in azymo*, reſpondiſſe. *Æthiopes in fermentato celebrant, & illi qui in azymo celebrant, conficiunt etiam. Et nos in totâ Æthiopiâ feriâ quintâ in cœna Domini ſingulis annis in huius rei memoriam in azymis celebramus.* De Armenis ſimiliter Thomas à Ieſu eiuſdem libri capite 18. Scribit illos in eo errore verſari, *Sacramentum Euchariſtiæ non in azymo, ſed ſolùm in fermentato confici.* Prætereà libri illius parte ſecunda, in qua de Maronitis eorumque doctrinâ & ritibus plura coniecit, Maronitarum Patriarcha ita loquens inducitur capite 5. Parag. de Euchariſtia. *De ſanctiſſimo Sacramento verò miſſæ primò nos miſſam celebramus in ſolo azymo.* Capite autem ſequenti *quod inſcribitur, propoſitiones aliquot excerptæ tum è quibuſdam libris Maronitarum, dum expurgarentur à legatis Apoſtolicis &c.* Sectione de Euchariſtiâ contrarium affirmatur his verbis. *Primò panis fermentatus tantùm conſecrandus debet neceſſariò eſſe recens, & illo die coctus, quod ſi huiuſmodi non adſit, omittatur Sacramentum.* Sed quis intra pauciores paginas loquenti pugnantia fidem adhibeat? Nunc Maronitas in peragendo ſacrificio panes azymos adhibere, eſt extra controuerſiam, & id Scriptor ætatis noſtræ clariſſimus rectè annotauit, dum ex vitâ D. de Chaſtueil qui rei huiuſce teſtis oculatus fuerat, refert in hoc Maronitas cum Latinis conſentire, quòd azymis pariter vtantur. Sed idem poſtea minùs conſtans eoſdem Maronitas Græcis, Moſcouitis, ac Neſtorianis in hoc negotio adiungit, & illos adhuc in altari panem fermentatum adhibere aſſeuerat, deceptus forſan verbis excerpti illius quod in opus ſuum Scriptor parum accuratus Thomas à Ieſu tranſtulit. Quæ ſit autem eâ de re Maronitarum ſententia, ex Abrahamo Echellenſi, qui & ipſe Maronita è monte Libano, diſcere poſſumus. Ille doctiſſimo Ioanni Morino, qui eum rogauerat per literas, num Gentis Maroniticæ Sacerdotes fermentati adhuc cum Græcis, an verò azymorum cum Latinis vſum retinerent, hæc reſpondit. *In azymis, vt Latini (Chriſti corpus conficiunt.) At nemini ſuſpicandum eſt morem huiuſmodi nuper introductum fuiſſe, vt quidam falsò putarunt. Etenim antiquiſſimus fuit mos iſte apud duas Orientales nationes, nempe Maronitas & Armenos. Hinc Azymitæ à quibuſdam ſcriptoribus Græcis dicti & appellati ſunt. Chriſtum autem Dominum, cuius exem-* Epiſt. MS.

plum ſinguli ſequi exiſtimant, ſuum inſtituiſſe corpus in azymis teſtatiſſimum eſt apud Maronitas. Vide nunc quæ hac de re, etſi præter propoſitum attulimus ex capite 10. libri Conſtitutionum eiuſdem Eccleſiæ Maronitarum in noſtris notis ad tractatum de ſcriptoribus Chaldæis pagina 144. Sed profectò nihil aliud frequentius occinitur in officio feriæ quintæ de inſtitutione huius Sacramenti, quàm Chriſtum Dominum in azymis ſuum confeciſſe corpus. Animaduertendum tamen eſt formam ſeu figuram panis Euchariſtici ab aliquibus annis commoditatis gratiâ immutatam fuiſſe & figuram Latini introductam: vnde falsò arbitrati ſunt nonnulli cum figura immutatam quoque fuiſſe qualitatem, nempe panis fermentati in azymum: quia antiqua panis vſualis & fermentati ſpeciem referebat. Verba autem illa libri conſtitutionum relata pag. 144. notarum. Et accepit tunc ex illo pane azymo, *rectè opponuntur Iacobitarum & Neſtorianorum verbis, quæ vel in ipſo Miſſæ Canone ſic leguntur.* Et accepit, ex illo pane fermentato. *Hoc de argumento variæ ſunt inter Orientales controuerſiæ, &c.* Verùm mirari ſubit, qua ratione Abraham Echellenſis multa hîc aſſeueranter enuntiet, quæ parum certa eſſe videntur. Primò enim quæ habet de Canonæ Miſſæ Neſtorianorum falſa eſſe euincit MSS. eorũ Codex Miſſalis quem præ manibus habeo. Ipſiuſmet Neſtorij anaphora eadem in canone præfert quæ Græcę & aliç Orientalium Liturgiæ, נסב הוא לחמא עלאדוהי קדישתא דלא מומא *Accepit ipſe (Chriſtus) panem in manus ſuas ſanctas immaculatas, &c.* Similiter in Canonè Miſſę Theodori cognomento Interpretis legimus, בלליא הוא דאשתלם הוא עבדארא הנא דבא רבא ודחילא וקדישא ואלהיא כדשקל לחמא ובריך וקצא ויהב לתלמידוהי; *Ipſa nocte qua ſeipſum trædidit eſt fecit myſterium hoc magnum tremendumq; & ſanctum atque diuinum: quando tulit panem & benedixit ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, &c.* Neque etiam aliud exhibet canon Miſſæ Neſtorianorum regni Mallabarici apud Indos, quæ è Syrico ſermone in Latinum conuerſa extat in Bibliotheca Patrum. In his omnibus nudum panis vocabulum reperitur, quod ſi pro fermentato ſumendum eſſe Abraham exiſtimauerit, eadem omnino ratione dixerim Maronitas, etiam noſtra ætate vti fermentatis oblatis; quòd eamdem in anaphoræ canone vocem vſurpent. Secundò neque ea quæ producit de mutata apud Maronitas panis figura, ſeruata illius qualitate, puto apud omnes pro indubitatis & exploratis futura; ſicut & illa quæ ſubjicit de Maronitis & Armenis, qui apud reliquos Orientales Azymitarum nomen conſecuti fuerint. Nam vt apud Gentes iſtas recentem non eſſe azymorum vſum, haud inficiasierim; ita nec omnibus perſuaſum arbitror, cõ-

To. 6. edit. Pariſ.

Digitized by Google

ſuetudinem hanc vetuſtiſſimam eſſe, priuſque receptam, quàm in obſequium ſedis Apoſtolicæ ſe dediſſent. Quandoquidem cùm Maronitæ, tum Armeni dudum fidem Eccleſiæ Romanæ amplexati, diuerſis temporibus pro diuerſa rerum ſuarum conditione, non ſemel ab ea defecerunt. Fieri autem potuit, vt iam inde à primæ vnionis initio azymorum vſum à Latinis hauſerint, qui poſtea conſtanter ab illis ſeruatus fuerit. Poſtremò, vt in præſentia nihil dicam de antiquitate libri cui titulus eſt *Conſtitutiones Eccleſiæ Maronitarum*, contextus Arabicus ad verbum ita debet conuerti. *Et accepit tunc ex iſto pane qui fuit ſuper illa menſa azymus*: Ita enim habent Arabica ואבר חיניר מן דלך אלכבז אלדי באן עלי תלך אלמאידה אלפטיר. Recentiori autem manu adjici potuit hæc pericope, *qui erat ſuper illa menſa azymus*, niſi cum Abrahamo vocem אלפטיר *azymus*, quaſi nihil interjiceretur, τῷ אלכבז ſiue pani adiungas.

COROLLARIVM.

ADmiranda prorſus planèque ſtupenda eſt Claudij doctrina, qui probationes opinione ſuâ potentiſſimas ſufficit, vbi ne alij quidem per ſomnium probationis vmbram deprehendere potuiſſent. Reſponſionis ſuæ parte 3. capite octauo, in eo totus eſt, vt demonſtret Græcos inter diſputandum cum Latinis de argumento azymorum, vbique & ſemper in ſcriptis ſuis, veluti diſputationis ſuæ fundamentum ſupponere, in pane etiam conſecrato quidquid eſt ſubſtantiæ ſaluum & integrum remanere. Sed has partes ita frigidè ac ieiunè exequitur, vt ſatis ſit ad refellendas quas in hunc locum fuſiùs congeſſit argutias, rem ipſam de quâ Latinos inter & Græcos agitur omnium oculis ſubjicere. De materia Sacramenti Euchariſtiæ, vt loquuntur in ſcholis, dudum Græci cum Latinis diſputant. Vtrique panem ad confectionem ſacrificij adhibendum eſſe conſentiunt, ſed de panis illius qualitate maxima lis eſt. Græci panem fermentatum in altari offerendum eſſe contendunt; Latini verò azymum. Itaque cum tota controuerſiæ ratio circa materiam ſacrificij occupetur, & de panis effectionibus inter Eccleſiam Orientalem & Occidentalem orta fuerit dubitatio; nemini profectò mirum videri debet, ſi in hoc argumento quod de pane exiſtit, panis azymi & fermentati nomina ſæpius audiantur. Imò fieri non poteſt, quin ſæpiſſimè vſurpentur. Inanis eſt igitur Claudij λογομαχία, qui vt Græcos in tranſubſtantiationis negotio Latinis contrarios oſtendat, locutiones objicit, quæ ad id negotij nullatenus pertinent.

Digitized by Google

In Græcorum Triodio, inquit, apud Allatium hæc legere eſt ὄρα δὲ ὅτι ἄρτον λέγει τὸ σῶμα αὐτοῦ, ὃ μὲν ἄζυμον, αἰσχυνέσθωσαν οὖν οἱ τῇ θυσίᾳ ἄζυμον προσφέροντες. *Videas panem à Chriſto appellari corpus ſuum, non azymum. Itaque confundantur qui ad ſacrificium azymum offerunt.* Similiter addit ex Gennadio manifeſtum eſſe, hanc loquendi formulam Græcis frequentiſſimam eſſe, etiam vbi de pane iam conſecrato ſermo eſt; Græcos prætereà Latinis inuidiam facere, quòd cum Iudæis panes azymos comedant. Quæ, & alia eiuſdem naturæ, ſi credamus Claudio, minimè explicari poſſunt, ſi eadem apud Græcos ſymbolorum conuerſionis fides, quæ apud Latinos teneatur. Sed hæc ſiculnea eſſe ipſimet ſcriptores quos in ſententiæ ſuæ defenſionem producit, apertè euincunt. Nicetas ſiquidem Pectoratus in ipſo tractatu quem ſuis partibus fauere arbitratur Claudius, veram panis in Chriſti corpus mutationem lubens agnoſcit. Nam poſtquàm Latinos cum Iudæis in azymis conſentire verbis prolixioribus declarauit, etiam aliud agens, vt Claudio os obſtrueret, de Symbolorũ conuerſione loquitur. Verbaillius referre non erit à præſenti inſtituto alienum; præſertim cùm vnus ille pro Græcis omnibus ſufficiat, eumque præ cæteris Claudius veluti ſententiæ ſuæ approbatorem appellauerit.

Hæc itaque habet Nicetas non longè ab initio Diſſertationis ſuæ contra Latinos, quam Cardinalis Baronius ad calcem tomi vndecimi Annalium adtexuit. *Qui ergo azyma comedit, in tenebris legis ambulat, & quomodo habebit ſocietatem cum Chriſto, qui eſt in lumine noui ſui teſtamenti & gratiæ? nam qui in lumine ambulant, gratiæ panem comedunt, qui eſt corpus Chriſti, & bibunt ſanguinem immaculatum eius, & ita habent ad inuicem & cum Chriſto ſocietatem purificati, ſicut dictum eſt, ab omni inquinamento. Azymum autem non eſt panis, neque enim compoſitus, neque per ſe ipſum perfectus, eſt, ſed indigens, ſemique perfectus indigens plenitudine fermenti. Panis autem compoſitus per ſeipſum perfectus eſt, & pleniſſimus, ſicut ille qui totum habet in ſeipſo plenitudinis. Animaduertite & attendite, quia in azymis nulla eſt viuens virtus: mortua enim ſunt. In pane autem hoc eſt corpore Chriſti, tria ſunt viuentia & vitam præbentia eis qui ea dignè comedunt, Spiritus, aqua & ſanguis, ceu & ipſe qui ſuper pectus Chriſti in cæna recubuit Ioannes conteſtificatur in eo verbo. Tres ſunt qui teſtimonium dant Spiritus, aqua, & ſanguis, & hi tres vnum ſunt, videlicet in corpore Chriſti, quod & ſecundum tempus dominicæ crucifixionis declaratum eſt, cùm aqua & ſanguis ex immaculata coſta ipſius effluxit lancea percuſſa carne ipſius; ſanctus autem Spiritus viuificuſque in deificata carne eius permanſit: quam comedentes in pane qui immuta-*

Digitized by Google

tus est per spiritum, & effectus corpus Christi, viuimus in ipso tanquam viuam & deificatam carnem edentes, &c.

Ista quidem fusiùs adduximus; sed appositè, & ad præsentem materiam consentaneè: quia in his ea quæ prolixiùs hìc profert Claudius, in pauciora contrahuntur, simulque refelluntur. Quorsum enim tendit hæc illius obiectio? Græcos inter disputandum cum Latinis de pane quiad sacrificij rationem adhiberi debeat, eiusmodi locutionem vsurpare, *Christum panem dixisse corpus suum, non verò azymum.* Hoc si quidem ipso illius rationes funditùs euertuntur: quippe vt ex Nicetæ verbis liquidò constat de materia solum sacrificio idonea lis mouetur; minime verò de Symbolis iam cõsecratis. Si panis adhuc nomenclatura seruetur, donis iam consecratis, id non fit absolutè, sed comparatè solùm ad quæstionem quæ agitatur, nimirum, vti diximus, ad sacrificij materiam. Imò Nicetas de pane locutus, hanc exceptionem deditâ operâ adiunxit, *qui est corpus Christi*, vt panem iam tum naturam suam exuisse ostenderet. Vnde & paulò post iterum hæc subiungit, *in pane autem hoc est corpore Christi*, quibus verbis significat nomina quidem panis post consecrationem, adhuc retineri ob argumenti necessitatem; sed illum reuera in Christi corpus transiisse.

Quando verò dicunt Græci panem à Christo appellari corpus suum, non azymum, hinc firmissimum putant sibi suppetere argumentum pro vsitato pane seu fermentato. Vtraque enim Ecclesia in hoc conspirat, vt agitatæ de pane azymo & fermentato quæstionis enodatio sumatur ex Christi cæna cum suis discipulis. Iam Græci pugnacissimè tuentur, Christum tunc fermentato vsum fuisse, cùm in Euangelij contextu legamus Christum *accepisse panem &c.* non verò azymum. Ita Ieremias Patriarcha Constantinopolitanus qui eamdem, qua Latini, vti posteà fusiùs constabit symbolorum transubstantiationem confitetur, primi responsi ad Theologos Vitembergenses capite 10. statim ab illius exordio, vt Ecclesiæ suæ consuetudinem de fermentato adstruat, verba Christi profert: *notate illa qua tradebatur accepit panem &c.* Deinde hæc subjicit. Οὐ τοῦτο εἰπών ἐστιν ἄζυμον, ἢ τύπος τοῦ σώματος, ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, ἢ τὸ αἷμά μου. *Non dixit hoc est azymum aut typus corporis, sed hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus.* Et paulò ante dixerat, panem qui conuertitur in Christi corpus, debere esse fermentatum, non azymum ὀφεῖλ μου ὄντος ἐνλαδὴ τοῦ ἄρτου, ἢ οὐκ ἄζυμου, nimirum ob verba Christi diuina institutionis mysteria: contra verò Latini affirmant dictionem panis promiscuè vsurpari posse, cùm pro

azymo, tum pro fermentato; Christum verò tunc necessariò azymum adhibuisse. Hi iisdem planè locutionum formulis atque Græci in illâ disputatione vtuntur, nec minùs frequenter in eorum dissertationibus de materiâ Sacramenti Eucharistiæ, panis azymi & fermentati voces legere est, quàm in Græcorum libris. Itaque nihil omnino Claudius contra Latinorum transubstantionem ex Græcorum locutionibus conficere potest, quin idem simili prorsus ratione cadat in Latinos. Adeo parum illius probationes cum principiis, ex quibus deductæ sunt, cohærent. Et reuera nisi sæpius, quid ex his velit concludere palam asseueraret, idque non semel inculcaretur, vix in quam partem tendat, affirmet ne, an neget, etiam qui sunt acutioris ingenij deregere potuissent. Sed ad propositum redeamus.

Eiusdem farinæ est objectio, quam ducit ex epistola Ioannis cuiusdam Russiæ Metropolitæ ad Romanum Pontificem, & habetur in commentariis rerum Moscouiticarum sectione quæ inscribitur *Religio.* Ioannes ille multis debacchatur in Ecclesiam Romanam; sed inprimis illam exagitat quòd diuina mysteria in azymis celebret. Hæc autem illius verba à reliquo contextu diuulsa, vt rem magis obscuret producit Claudius. *Neque azyma illis, sed panem dat, cùm dicit ecce panis quem ego do vobis.* Sed si ea quæ antecedunt non reticuisset, illis modò supersederemus. Nunc autem iuuat eadem retexere, vt in quem sensum illa debeant adduci omnibus innotescat. *Quia azymi à Iudæis fiunt in memoriam liberationis eorum fugæ ex Ægypto; nos autem semel Christiani sumus, nunquam in labore Ægyptiorum fuimus, & huiusmodi Iudæorum de Sabbatho, azymis, & circuncisione obseruationes nobis omittendas esse mandatum est. Etsi aliquis sequatur vnum ex illis, sicuti dicit Sanctus Paulus, tenetur totam legem implere, eodem Apostolo dicente. Fratres ego accepi à Domino quod & tradidi vobis. Quia Dominus in qua nocte tradebatur accepit panem, benedixit, sanctificauit, fregit, & dedit Sanctis discipulis dicès, accipite & manducate &c. Considera quid dico. Non dixit Dominus accipiens azyma; sed panem, quòd illo tempore nec azymi erant nec Pascha fiebat, nec Dominus tunc comedebat Pascha Iudæorum, vt daret azyma Apostolis, probabile est per hoc quòd Iudæorum Pascha stando fit & comeditur, quod in Christi cæna non fiebat, vt scriptura dicit. Recumbentibus eis cum duodecim. Item & discipulus recubuit super pectus ipsius in cæna. Nam quod ipse dixit: Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, Iudæorum Pascha non intelligit, quod ante semper comedebat cum ipsis. Neque cum dicit, hoc facite in meam commemorationem, necessitatem faciendi tanquam Iudæorum esset*

Digitized by Google

Paſcha, inponit, neque azyma illis; ſed panem dat, cum dicit. Ecce panis quem ego do vobis.

Ex his apertè liquet iſtum Ruſſorum Metropolitam de materia tantùm quæ ad ſacrificij confectionem adhiberi debeat ſermonem inſtituiſſe. Neque enim aliò trahi poſſunt probationes quas deſumit ex Chriſti verbis apud Euangeliſtam & Apoſtolum, vbi de prima cænæ inſtitutione agitur, & ex azymorum defectu, quando Chriſtus cum ſuis diſcipulis ritum Paſchatis obſeruauit. Nec his obeſt, quòd panis & azymorum appellatio, etiam poſt conſecrationem adhuc retineatur, quia vti iam animaduerſum eſt, id non fit in præſenti negotio ἁπλῶς ſeu ſimpliciter & abſolutè; ſed ad id quod in controuerſiam venerat σχετικῶς ac comparatè. His accedit vtriuſque Eccleſiæ tam Orientalis, quàm Occidētalis ſcriptoribus familiare eſſe, & veluti domeſticum, vt pani etiam conſecrato nomen panis tribuant. Neque tamen eiuſmodi locutio Latinorum tranſubſtantiationi quidquā officit: quia frequentiſſimè eadem in eorum ſcriptis reperitur, qui tranſubſtantiationem verbis apertis & abſque vllis ambagibus aſſeruerunt. Cuius rei teſtes ſunt locupletiſſimi Gabriel Philadelphienſis, tractatu de Sacramento Euchariſtiæ, quem latinum fecimus, & Agapius montis Athos Monachus, qui in opere iam laudato panem tranſubſtantiatum ſæpius panem appellat, id tamen ponit diſcriminis inter hunc & panem nondum conſecratum, quòd primum interdum vocet ἄρτον ἐπίγειον quaſi dixeris terrenum & materialem; alterum verò ἐπουράνιον ſive cæleſtem; quia videlicet beneficio illapſus Spiritus ſancti in propoſita dona, quod terrenum eſt, euadit in diuinum ac cæleſte. Eumdem quoque haud infrequenter panem ſimpliciter & abſque addito, vti loquuntur, appellat, nimirum ob ſigni & rei ſignificatæ analogiam: quia reuera Chriſti caro ſub ſymbolis deliteſcens non minùs propriè cibus dici poteſt, quàm panis qui paſcendis corporibus deſtinatus eſt. Hæc igitur habet Agapius de pane iam tranſubſtantiato libri ſui parte 2. Τίς τὰ ἐξηγήσηται τὸ τοιοῦτον τοῦτο τοῦ ἄρτου τῶν ἀξιότητα. *Quis vt decet explicare queat illius panis dignitatem?* Deinde ea quæ ſubdit paucis interiectis oſtendunt, illum panis ſpecies ſeu accidentia, vti vulgo loquuntur, & panem pro vno & eodem accepiſſe, quando ait Chriſtum Dominum. Κατὰ ἀλήθειαν εἰς αὐτὸ τὸ εἶδος τοῦ ἄρτου καὶ οἴνου ὠφείσκεται ὑποδοῦς. *In ipſa panis & vini ſpecie ſubſtantialiter inueniri.* Sed de his plus ſatis. Dies ſi quidem me deficeret, ſi ea omnia quæ præſentem cauſam illuſtrare poſſunt, vellem contexere. Quam-

obrem euaneſcant neceſſe eſt argumenta omnia, quæ apud Claudium hiſce locutionum formulis inniuntur. Neque nos infra pudebit diuerſa Liturgiarum Orientalium proferre exemplaria, in quibus nomen panis, etiam poſt verba conſecrationis, conſpicitur. Nunc reliqua quæ ibidem parum feliciter attigit, expendamus.

In eo operam omnem ac ſtudium ponit, vt ſolertia ſua & ſubtilitatibus ex Dialectica petitis materiam de quâ diſputatur obſcuret. Vrget hanc Græcorum pro tuendo pane fermentato ratiocinationem ex Anonymi cuiuſdam verbis petitam, cuius tractatus habetur tomo 4. Bibliothecæ Patrum edit. 4. Pariſiis, ſub nomine tractatus contra Græcos. *Paſcha Chriſtianorum non cum azymis; ſed cum fermentato pane, quod ſignificat Chriſti profectionem, fuit celebratum. Nam Chriſtus Dominus duas naturas in vnam perſonam ſibi vniuit, & ſicut Diuina eſt ſimpliciſſima; ita humana eſt compoſita ex anima & corpore ſine carne. Sicut ergo in Chriſto fuit & eſt diuinitas, anima & corpus; ita in myſterio Sacramenti noſtri, quod ex perfecto pane id eſt fermentato perficitur ſimiliter tria reperiuntur, ſcilicet forma, fermentum, & aqua: veſtrum autem Sacramentum, non ſolùm non eſt verum ſacramentum, ſed nec Sacramentum quidem, quod tantùm diſcrepat à veritate.* Quæ Græcorum argumentatio Claudium ita delectat, vt eamdem iterum ex cuiuſdam Patriarchæ Antiocheni epiſtolâ ad Aquileiæ Epiſcopum producat. Sed non eſt cur fuſiori illius recitatione detineamur: quippe haud inuiti agnoſcimus Cerularium, Nicetam Pectoratum, alioſque Græcos inter diſputandum cum Latinis de pane qui ad ſacrificij confectionem adhibendus eſſet, fermentati panis excellentiam præ azymo iiſdem Latinis oppoſuiſſe. Sed quâ ratione id argumenti contra receptam tranſubſtantiationis perſuaſionem afferri poſſit minimè percipio. Nam, vti iam ſæpius inculcauimus, tam Græcorum, quàm Latinorum locutiones, de pane fermentato & azymo, etiam cùm eas vſurpant poſt conſecrationem, σχηματῶς ſiue comparatè ad materiam ſacrificij de qua ſolùm diſputatur, intelligendæ ſunt. Ex eo autem quod panis & vini proprietates facta tranſubſtantiatione remaneant, fit vt eadem panis & vini retineantur vocabula, in hoc præſertim negotio vbi de materia tantùm Sacrificij agitur. Si quis autem Græcorum eâ de re ſententiam velit expiſcari, adeat loca in quibus de Symbolorum in Chriſti corpus & ſanguinem conuerſione differunt. Id tamen animaduerſione dignum eſt, quòd Nicetas ipſe Pectoratus, quem partium ſuarum fautorem Claudius exiſtimat, diſſertatione quam ſupra lau-

Digitized by Google

laudauirtus, etiam vbi eiusmodi panis fermentati præstantiam commendat, illius in Christi corpus conuersionem firmissimo & euidenti decreto adstruit.

Itaque si liberum & ab omni antecepta opinione alienum præsenti controuersiæ ingenium afferre velimus, Græcorum de pane fermentato & azymo loquendi formulæ non aliud sonabunt, quàm illæ, quas & ipsi Latini vsurpant, dum anquirunt rationem symboli, panis videlicet, cur illud potiùs, quàm aliud Christus selegerit, sub cujus vmbrâ siue speciebus corporis sui Sacramentum manducandum nobis offerret. Hi si quidem statim ad analogiam quæ inter vtrumque cibum, animæ scilicet ac corporis existit recurrunt: ita vt, si Dialecticis etiam subtilitatibus contra Latinos pugnare velit Claudius, eadem prorsus in his atque in Græcis negatæ transubstantiationis fundamenta deprehensurus sit; vt pote qui consimiles de pane vsuali loquendi formas imitentur. Itaque de materiâ celebrandis mysteriis magis idoneâ Latini & Græci inter se decertant. De panis substantiâ nihil est inter eos discrepantiæ; sed de illius tantùm affectionibus. Deinde inter signum & rem significatam debere aliquid esse similitudinis, vtrique constantissimè asseuerant. Verùm Græci, hanc in pane duntaxat fermentato perfectè reperiri, contendunt: quia nimirum, vt autor est Antiochenus ille Patriarcha, quem hic appellat Claudius, panis azymus sale & fermento destitutus, mortuus est atque inanimus, adeóque Christi corpus verè animâ dotatum, quale reuera in Eucharistiæ Sacramento exhibetur, repræsentare nequit. Huc reuocari necesse est quidquid Græci in argumentatione de quâ agitur, Latinis objiciunt. Iam quis præter Claudium & illius sequaces, Latinorum transubstantiationem destrui, ex his confici posse putauerit? Quidni similibus quoque argutiolis Latinos innectit, quibus nec desunt, quas vocant congruentiæ probationes, vt azymorum præstantiam extollant. Sed his omnibus, quæ ad propositum nullatenùs inseruiunt, valere iussis, cum Autore tractatus contra Græcos, cuius iam post Claudium meminimus, genus illud argumentationis inter delirantium commenta reponendum esse duxerim. Ne autem ampliùs illo detineatur Claudius, eiusdem Scriptoris responsionem subjiciam, vt ex eâ manifestò appareat, in quem sensum accipi debeat. Hoc igitur pacto rationem Græcorum, quæ mirè Claudio arridet, resoluit. *Ad id quod sequitur, quoniam illa tria quæ sunt in Christo scilicet corpus & anima & diuinitas; si ista fabula aliquo modo digna esset responsione, possumus dicere, quòd præter illa tria aliæ*

duæ proprietates possint in suo fermentato assignari. Eſt enim in farinâ fermentata sal, aqua & ignis, sine quo nunquam panis ad essentiam suam poteſt peruenire; & ita non ternarius vt ipſi mentiuntur, sed quaternarius & quinarius numerus in pane inuenitur fermentato. Deinde vno eodemque tenore hæc ſubiungit. *In noſtro verò ſacramento in quo nihil eſt ſuperfluum, etiam ſecundùm ſignificationes ſuas tria tantùm reperiuntur, ſcilicet farina, aqua, & ignis, mediante qua farina & aqua coniunguntur. Farina ſupponit pro carne; aqua pro anima; ignis verò pro diuinitate; quæ vtraque aſſumpſit in vnitatem perſonæ. Sed quid nobis de iſtis fabulis vetularum!* Iam vtrum hæc Græcorum argumentatio inter fabellas reponi debeat in præſentiâ non inquirimus: Id enim eſt extra propoſitum. Agitur duntaxat de germano verborum ſenſu, quæ ſibi fauere perperàm exiſtimat Claudius. Illa autem non alium præ ſe ferunt, quàm eum quem ſupra notauimus; nimirum Græci de ſigno, quod aptiùs rem ſignificatam referat, diſputant, & contendunt panem duntaxat fermentatum id obtinere. Quid amabo ex his, Latinorum tranſubſtantiationi afferri poteſt detrimenti? Multò ſatius ad ea quæ in eodem Anonymi tractatu aduerſus Græcos ſubjiciuntur ex beati Gregorij Dialogis Claudius debebat attendere. Ibi ſiquidem Autor dialogorum obſeruat Romanam Eccleſiam panes azymos in ſacrificio offerre, *quia Deus ſine vlla commixtione carnem ſuſcepit*; fermentato autem Alexandrinam, Hieroſolymitanam & Antiochenam Eccleſias vti, *pro eo quòd verbum Patris indutum eſt carne & eſt verus homo.* Sed vt ibidem ſubiungit, tam ex pane fermentato in Eccleſiis Orientalibus, quàm ex azymo in Romana verum Chriſti Domini corpus efficitur.

Prætereà vrget Claudius, illum Anonymi tractatum non ſecus ac Gregorij 1 x. Epiſtolam, quam produxit Arnaldus, manifeſtò ſupponere diſputationem de azymis inanem prorſus eſſe, ſi tranſubſtantiatio admiſſa fuiſſet. Sed dicere & non probare, vt vulgò aiunt, delirare eſt. Cur verba vnde hoc confici poſſe exiſtimat, nõ retulit? Cùm ſæpiſſime longam teſtimoniorũ ſeriem, quæ nihil ad quæſtionem faciunt, contexat. Ea igitur proferre neceſſe eſt, ne temerariis ſuis decretis, ſimplicioribus imponat. Ad id enim ſolùm reſpexiſſe videtur, vt omnia turbata & confuſa cerneret. Hæc ita referuntur. *Si igitur diuina virtus ſiue Deus tranſmutat propoſita dona in corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti, ſuperfluum eſt contendere, vtrum ex azymis ſiue fermentis fuerit, ſiue album ſiue rubeum forſitan vinum, & huius modi quaſdam ſtultas curioſitates de metuendis & tremendis myſteriis perſcrutari.* Ita loquitur Autor tractatus contra Græcos, qui

Digitized by Google

tantum abeſt à Claudij partibus aſſerendis, vt eum penitus confodiat. Dicit reuera diſputationem de azymis & fermentatis inanem eſſe λογομαχίαν; quia ſcilicet non minùs ex pane fermentato quàm azymo Chriſti corpus in ſacramento Euchariſtiæ conficitur: ita vt verba illa, *Si igitur diuina virtus &c.* nihil aliud ſonent, quàm: *Cùm igitur diuina virtus &c.* Quaſi dixerit fruſtra tot concertationibus de materiæ ad ſacrificij rationem adhibendæ qualitatibus, res Euchariſticas obſcuramus, cùm de eo quod præcipuũ eſt, videlicet de panis in Chriſti corpus tranſmutatione, perfecta ſit inter Eccleſias conſenſio: Sicuti de vino, quod in vſum eiuſdem ſacrificij venire debeat, lis nulla mouetur; quia non minùs album quàm rubeum Chriſti ſanguini, conficiendo, idoneum eſt. Simili prorſus ratione intelligenda ſunt, quæ habentur in epiſtolâ Gregorij IX. apud Raynaldum, quæque hoc modo concipiuntur. *De conficiendo in azymo ſacramento adijcit Romanam Eccleſiam B. Petri exemplum imitari: verùm ſiue in fermentato, ſiue in azymo Sacramentum conficiatur, in Dominicum corpus diuinitus conuerti: ſed vterque panis ſimplex ante ſacrificium panis eſt, tranſubſtantiatione verò factâ per verba Dominica panis non eſt, & ideo nec fermentatus nec azymus dicti poteſt; ſed ille potius creditur eſſe panis viuus, qui de cælo deſcendit & tribuit vitam mundo.* Itaque, non vti confingit Claudius, ex Gregorij verbis, tranſubſtantiatione ſuppoſitâ, quæſtio de azymis inutilis exiſtit; ſed ex principiis communibus, quæque apud vtriuſque Eccleſiæ homines in confeſſo erant, agitatæ quæſtionis vanitatem arguit ſummus ille Pontifex, & iure optimo contendit fruſtra de panis affectionibus diſputari; cùm, quâcumque ratione ille affectus fuerit, ſiue fermento, ſiue azymo, in vnam eamdemque Eccleſiæ omnes de ſymbolorum conuerſione ſententiam conſpirent. Quare de minutioribus quæ ritum duntaxat ſpectant, diſputare videtur ſuperfluum. Neque aliud profectò ſentiunt, quicunque apud Græcos paulò cordatiores & moderatiores extitere. Cuius rei fidem faciunt teſtes locupletiſſimi in Iure Orientali.

Anno 1238. Num. 4.

Eodem capite octauo libri 3. Claudius, vt imperitis fucum faciat, profert ex Allatio Ioannis cuiuſdam cognomento Citrij verba dicentis, *Fermentatum panem atque perfectum, αἰτὶ τῦ κυριακῦ σώματος, In locum (vt ipſe vertit) Corporis Dominici offerimus*; Ex quibus concludit ſub Symbolis verum Chriſti corpus non extare. Sed fruſtra Græcam particulam αἰτὶ obtrudit; quaſi illa rei præſentiam excludat. Vt enim diuerſos illius ſignificatus non attingam, haud dubiè præferenda eſt in hoc loco Leonis Allatij interpretatio quæ

Allat. lib. 3. de perp. conſ. Cap. 12.

Digitized by Google

habet ad literam, *fermentatum panem atque perfectum in sacrificium pro Dominico corpore offerimus.* Eorum autem sensum hunc esse *fermentatum panem offerimus pro dominico corpore*, id est vt fiat, vel qui fiat, seu ad faciendum corpus Domini, res ipsa loquitur. Ibi Ioannes ille Citrius appositè distinguit ea quæ sunt Theologici dogmatis, ab iis quæ ad ritus & consuetudines pertinent. τὰ μὲν ἔκφυλα, inquit, τῶν Λατίνων δόγματα προσδοκίπεσθαι, ἢ φεύγειν ὡς μάλιστα ὑποσον δύναμις ἔχει· ἀφ' ὧν δὲ ταῦτα καὶ τῆς τύπων ἀποδιεστάμεθα κοινωνίας. τὰ δ' ἔθη μὴ τοσοῦτον βδελυκτὰ ἡγητέον. ἀλλὰ καὶ τὰ ἱερουργούμενα παρ' αὐτῶν ἄζυμα, οὐ μεταλητέον μὲν ἡμῖν, ἀλλ' οὐδὲ κοινὰ ἡγητέον· ἡ γὰρ τῶν κυρίων διάλυσις σφαλεῖ ταῦτα, καὶ λα τῶν θείου Ιακώβου τοῦ ἀδελφοθέου ἱερὰ ἐπάσματα τῶν λειτουργιῶν αὐτοῖς ὡς μαθήσεσθε ἱερολογίαι. Quæ ita conuertit Leo Allatius. *Aliena Latinorum dogmata despicere fugereve, æque atque grangræum totis viribus debemus. Per ea enim ab eorum consortio separamur. Consuetudines autem non ita esse execrandas existimamus. Immo quæ ab ipsis azyma consecrantur à nobis assumenda non sunt; non tamen communia pollutaque existimanda. Precatione enim Dominicâ consignantur, & Diuini Iacobi fratris Domini precibus super ea recitatis, vt audiumus, perficiuntur.* Obseruanda sunt in primis Citrij verba de azymorum beneficio consecrationis perfectione: ea siquidem, vt infra fusiùs constabit, idem planè significant, atq; eorūdem azymorū in Christi corpus cōuersionē. quippe Græci donorum in Christi corpus & sanguinem transformationē plerisq; in locis non aliâ ratione explicant, quàm eâ quæ in Citrij sermonibus apparet, cùm precationi super ea recitatæ vim & efficientiam tribuit illa perficiendi. Quare si præsens Citrij testimonium pensiculatiùs consideretur, eo fidem Catholicam firmissimè adstrui deprehendemus. In hoc Sacramenti Eucharistiæ negotio Græcanicus ille Scriptor, nihil omnino esse differētiæ, si ritus solū exceperis, manifestò supponit.

Iam plus satis dictum est de consequentiis quas falsò deducit Claudius ex Græcorum Latinorumque de azymo & fermentato disputationibus. Si quæ supersint quibus recensendis supersederimus, modò ad illa, quæ stabiliuimus fundamenta, revocata fuerint, statim corruent. Itaque cæteris omnibus quæ præsentis sunt argumenti, valere iussis, vnius Balsamonis testimonium in quo libri 3. capite sexto triumphat, expendemus. Inde si quidem azymorum controuersia quam frequentissimè Claudius obiectat, non parum lucis acceptura est. Balsamon ad Canonem 70. eorum qui vulgo Apostolorum nomen præferunt, in quo animaduertitur contra illos qui Iudæo-

Digitized by Google

rum ieiunia dieſque feſtos ſectantur & ab iis ſumebant azyma, hæc ſubiungit per modum expoſitionis, Εἰ γὰρ τὸ ἁπλῶς φαγεῖν ἄζυμα Ἰουδαϊκῆς ἑορτῆς, καθαίρεσιν ἐπάγει καὶ ἀφορισμὸν, τὸ μεταλαμβάνειν αὐτῶν ὡς κυριακοῦ σώματος, καὶ θεσμοίας ἐκείνοις ἀλλ' οὐ τούτοις, τὸ πάσχα ποιεῖν, πόσαι ὄψει ἔχει καταγνῶσιν ἢ κόλασιν. *Si enim ſimpliciter comeſſe Iudæorum feſti azyma, depoſitionem & ſegregationem inducit, eorum tanquam Dominici corporis eſſe participes, & illis conſimiliter cum his paſcha facere, quam non habebit condemnationem & animaduerſionem?* Vim inprimis facit Claudius in particula Græca ὡς *tanquam*, gallicè *comme*, quam *extenuantem* appellat. Eamdem loquendi formam ex Blaſtarij verbis apud Arcudium, in quibus ſimiliter particula ὡς *tanquam* legitur, illuſtrat. Deinde hanc particulam in duplici claſſe conſtituit, nimirum particula ὡς, vel eſt comparationis, vel identitatis, ſi ita loqui fas eſt, vel vti dicunt Iudæi Grammatici, alia eſt ſimilitudinis; alia verò affirmationis. Hanc quæ in Balſamonis teſtimonio reperitur ad comparationis & diminutionis particulam reuocari contendit; adeóque non verè Chriſti corpus Symbolo panis ineſſe, ex hac locutione concludi poſſe exiſtimat. Sed argumenta quibus de veritate Chriſti Corporis per eiuſmodi particulam aliquid diminutum putat, ita ſunt euanida, vt ab homine ſolùm, qui calumniâ nititur, non ratione, proficiſci potuerint. Quare iuuat rem iſtam à principio repetere, vt quæ germana fuerit Balſamonis, & qui nullatenus ab eo in hac parte diſcrepat, Blaſtarij, ſententia, aperiatur. Priſcis Eccleſiæ tẽporibus Chriſtiani magis infenſos ſibi non experti ſunt aduerſarios, quàm Iudaicam gentem. Vnde eiuſdem ſanctionibus ſapientiſſimè cautum eſt, ne quid cum ea in ceremoniis Fideles haberent commercij. In hoc potiſſimùm verſatur 70. canon Apoſtolorum cuius hæc verba ſunt. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν ἑσπέροις μετὰ Ἰουδαίων, ἑορτάζοι μετ' αὐτῶν, ἢ δέχοιτο παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια (οἷον ἄζυμα, ἢ τι τοιοῦτον) καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεσθω. *Si quis Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex Clericorum catalogo ieiunat cum Iudæis, vel cum ipſis feſtos dies agit, vel ab ipſis feſti xenia accipit, ſicuti azyma, vel quid ſimile, deponatur; ſi verò laicus, ſegregetur.* Iam poſt quàm Græcos inter & Latinos grauiſſima orta eſt de azymis diſpuratio, Græcorum non pauci garriendi impunitate & calumniandi licentia ex eo canone Latinis inuidiam apud reliquas orbis Catholici nationes creare conati ſunt, quaſi reapſe panis azymus, quem ipſi in myſteriis adhibent, damnaretur. Theodorus verò Balſamon ad id

reſpiciens, huic canoni interpretationem ſuam addidit. Illud quidem ſuſpicatus fuiſſe videtur, Claudius, dum Reſponſionem Alnaldi præſentiens ait, illum haud dubiè reſponſurum ibi Latinos à Balſamone impugnari, adeóque eius verba, ſicut & particulam Græcam ὡς comparatè ad horum mentem exponenda eſſe: ſed quia in hoc omne ſtudium ſuum ponit, vt veritatem obſcuret, affirmat neque Balſamonem, neque Blaſtarium ibi de Latinis cogitare, ſed generalem contra azymorum in celebrandis myſteriis vſum, conſtitutionem afferre. Verùm hæc penitus falſa eſſe res ipſa loquetur. Latinorum in Balſamonis annotatione nullam fieri mentionem ex eo probat, quòd eorum nomen in illâ minimè appareat. Sed pari ratione dixerim illius Patriarcham Ioannem Caluinum hæreticorum numero adſcriptum non fuiſſe à Synodi Tridentinæ Patribus, quòd vbique ſimiliter nomen illius reticeant. Si Latinos ibi non perſtringit Balſamon, de quibus intelligenda ſit illa παρέκβασις, ſeu à propoſito digreſſio, quam expoſitioni iſtius canonis ſubiungit, nobis indicet Claudius. Ἀπὸ μὲν τοι τὸ καθαιρεῖσθαι ἢ ἀφορίζεσθαι τοὺς λαμβάνοντας ἐξ Ἰουδαίων τὰ τῆς ἑορτῆς αὐτῶν ξένια, τὰ ἄζυμα δηλαδή, ἢ τὰ λοιπὰ λέγουσιν οἱ πολλοὶ ἀλίσκεσθαι τοὺς τοιούτους ἀφ' ἁζύμων τῶν μωσαϊκῶν θυσιῶν. *Ex eo quidem quòd deponantur vel ſegregentur ij qui ex Iudæis feſtorum xenia accipiunt, azyma, & cætera, dicunt multi eos argui qui per azyma myſticum ſacrificium faciant.* Latinos extra controuerſiam his verbis, *eos qui ſacrificium myſticum faciunt*, notare voluit, aliorum tamen placita referens; quia tunc temporis Græci plerique inter diſputandum cum Latinis moderatius ingenium afferebant: Ita vt, niſi etiam ipſe animi quodam impetu in Latinos concitatus fuiſſet, hoc canone in eos qui in peragenda liturgia azymis vtuntur, animadueriſum fuiſſe, ex aliorum ſententia minimè obſeruaſſet: ſed cum Demetrio chomateno Bulgariæ Archiepiſcopo dixiſſet in canone 70. Apoſtolorum, non ſecus ac in 37. & 38. Synodi Laodicenæ, & 60. Carthaginenſis, de Latinorum azymis nihil prorſus extare. Placet Archiepiſcopi illius verba ex libro quinto iuris Græco-Romani, qui Reſponſorum primus eſt, producere, vt hæc cum Balſamonis interpretatione collata, verum illius ſenſum patefaciant. Conſtantinus Cabaſilas Dyrrachij Archiepiſcopus Demetrium, quem iam appellauimus, multa per literas rogauerat, præſertim de Latinorum aymis quæſierat; Πῶς λογίζοιτο τὰ παρὰ τῶν Λατίνων ἱερευόμενα ἄζυμα, κοινὰ, ἢ ἅγια; *Quo iure cenſentur conſecrata à Latinis azyma, profana, an ſancta?*

Digitized by Google

Demetrius respondit, Ο μὲν ὁ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων κανὼν καὶ ὁ λζ'. καὶ ὁ λή. τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου, καὶ ὁ ξ'. τῆς ἐν Καρθαγένῃ ἀζύμων μέμνηται τῆς ἰουδαϊκῆς καὶ ἑορταστικῆς, περιπεμφθεὶς τοῖς πιστοῖς ἐπὶ τῆς ἀφέσεως καὶ ἀπηρτίσθαι καὶ τὸ λαμβάνειν ταῦτα καὶ τὸ συνεορτάζειν αὐτοῖς τοὺς πιστούς. Λατινικῶν δὲ ἀζύμων ἐδὲν ἐδαμοῦ κανὼν μέμνηται· οἷα ἕτερον, ὡς ἔοικε, τῶν ἀζύμων ἔθος ἐν τῇ τῶν Ρωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐπεισκωμάσαντος. ἐξ ὧν μὲν τοι τὸ τοιοῦτον ἔθος αἱρέσεψε, πολλοὶ τῶν ἡμετέρων, καὶ ζῆλον ὑφαλλόμενα, συγγράμμασιν ἰδίοις καθ' ἑαυτοὺς ὡς ἔκφυλον τοῦτο ἀπεσκευάσαντο. οὐ μέντοι δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκεῖ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος τοῖς Λατινοῖς δογματιζόμενον, ἀσεβὲς καὶ ἀπεμφαῖνον πανταχοῦσιν ἤλεγξαν· καὶ πολλὰ ὅσα ἕτερα ἐπὶ τούτῳ, ὡς τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ μὴ ἀκολουθοῦντα, βδελυκτὰ ἐλογίσαντο, καὶ ἀπώσαντο. ἑνὸς μήν τοι φιλευθρωπότερον τῷ σφάγματι χρησάμενοι, ὅτι μὴ τοῖς ἄλλοις συγκατέβησαν αὐτοῖς, τὸ τοῦ ἔθνους ἰδιότις σκληρὸν καὶ ἀγέραστον καὶ βαρβαρικὸς, ὡς τὰ πολλὰ συναναχεωνύμενον ἤθεσιν, ὅτι μάλα, ὃ τῷ ἐκεῖ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπορεύσεως ἐδαμῶς συγκαταβήσεσθαι καὶ συνήνεσαν, ὧν εἷς ὅτι καὶ ὁ σοφώτατος Βουλγαρείας ὁ μακαρειώτατος θεοφύλακτος. Id est *Sanctorum quidem Apostolorum* 70. *canon.* & 37. & 38. *Laodicenæ Synodi* & 60. *Carthaginensis, azymorum meminerunt Judaicorum, & festivorum quæ mittuntur Fidelibus ab hæreticis, & dehortantur Fideles ista sumere, & simul cum illis dies festos celebrare. Latinicorum autem azymorum nullus canon usquam meminit. Quippe quòd posteriùs, ut videtur, mos azymorum Romanæ Ecclesiæ se luxuriosè insinuaverit. Ex quo verò talis mos emersit, multi nostrorum magno zelo adducti scriptis suis per se ipsos hoc ut alienum reprobaverunt. Neque id modò, sed & quod de Spiritus Sancti processione à Latinis traditur, absonum dissentaneumque omnimodò arguerunt, & multas eorum alias consuetudines, ut Ecclesiæ Catholicæ non convenientes, abominandas reputaverunt & reiecerunt. Aliqui tamen benignius rem aggressi in aliis quidem in eamdem cum iis sententiam descenderunt, nationis, duritiem & superbiam cognoscentes, & frequentem barbaricorum morum contagionem. In solo autem articulo de Spiritus sancti processione nullatenùs convenerunt ac consenserunt. E quorum numero est sapientissimus ille & beatissimus Bulgariæ Archiepisc. Theophylactus.* Iam ex his plura contra Claudij responsionem confici posse pro comperto & explorato habemus. Nam quod nimiâ confidentiâ de Balsamonis mente pronuntiauit, quasi de Latinis in suâ animaduersione nunquam cogitasset, id apertè falsitatis coarguitur. Eadem enim Demetrius de 70. Apostolorum & aliis canonibus, atque Balsamon obseruat, cum eo solùm discrimine; quòd Demetrius in eorum sententiam ire nolit, qui illos canones Latinis applicant.

Digitized by Google

Balſamon verò non tam quid ipſe ſentiat, quàm aliorum coniectanea exponit. Nihil enim ex ſuopte profert ingenio; quid aliis duntaxat de iſtis canonibus viſum fuerit referens, & quo pacto Græcorum bene multi eoſdem ad Latinorum azyma extenderint. Verùm in quamcunq; partem verba eiuſmodi canonum pertrahantur, conſtans eſt Græcorum aſſeueratio, eorum nomine, qui panes azymos ſacrificij rationem adhibent, alios notari non potuiſſe, quàm Latinos, & idcirco inanem prorſus eſſe Claudij exceptionem, quâ putat nullam ibi de Latinis mentionem fieri. Balſamoni ſuccenturiat Blaſtarius cuius teſtimonium ex Arcudij concordiâ producit. Poſtquam enim conciliator iſte Blaſtarij verba, quæ in hunc locum tranſtulit Claudius, recenſuit, ſtatim hæc ſubiungit. *Sic Matthæus Blaſtares blaterat: ſed reuera mirum eſt, ſi Latini Iudaizare dicendi ſunt; quia panem azymum in ſacrificio adhibent &c.* Itaque contraria ſimul affirmat Claudius, cùm illos ſolùm qui in myſteriis pane azymo vtuntur à Balſamone & Blaſtario generatim notari exiſtimat; eoſdem verò de Latinis vnquam cogitaſſe pernegat; quaſi Græcis cum alia gente, quàm Latinâ de azymis negotium tunc fuiſſet. Quare vt ad particulam Græcam ὡς *ſicut*, quâ potiſſimùm nititur Claudius, redeat oratio, dicimus manifeſtum eſſe ex iis quæ fuſiùs allata ſunt, hanc non eſſe ſimilitudinis ſeu comparationis, ac diminutionis particulam, vt perperàm arbitratur; ſed identitatis, ſi ita, loqui fas eſt, ſiue affirmationis & veritatis. Vno verbo de azymis ibi ſermo inſtituitur, vel eorum qui azymorum ſunt participes, ὡς κυριακῦ σώματος, *In quantum reuera ſunt Domini corpus.* Ita vt particula ὡς de rei veritate nihil diminuat, ſed eamdem potius adſtruat: quandoquidem Græcos inter & Latinos de rei ipſius veritate nihil erat controuerſiæ; ſed tantùm de adiuncto. Fruſtra igitur Claudius tot concluſiunculas innectit, vt oſtendat Græcorum poſtulata de azymis contra Latinos iniqua penitus eſſe, & digna quæ omnium ſibilis excipiantur, ſi vtrique in ratione tranſubſtantiationis inter ſe conſenſerint. Imò dixerim hactenus inauditum fuiſſe, vt de minutis quibuſdam, & quæ ſunt rituum duntaxat, acerrimè diſputaretur; de iis verò quæ in eodem argumento præcipua ſunt, eademque maximi momenti, nihilominus ſit controuerſiæ: quando reuera in his diſſenſiones atque diſcordiæ reperiuntur. Hæc autem Balſamonis Blaſtarij, aliorumque Græcorum qui panis azymi vſum Latinis obiectant, argumentationis ſumma eſt. Chriſtiani qui contra Domini inſtitutum panes azymos in perfi-

Digitized by Google

perficienda Liturgia adhibent, pœnam longè atrociorem ſuſtinere debent, quàm qui antiquitùs de Iudæorum azymis participabant. Quia videlicet Chriſtianorum azymi Sacramento corporis Chriſti addicti ſunt; minimè verò Iudaïci.

7. *Is præ ſe fert ſignaculum.* Quid hîc ſonet apud Græcos σφραγὶς, Latinè, ſignaculum, dilucidè explicat Leo Allatius de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ conſenſione libro 3. his verbis. Σφραγὶς *eſt pars illa panis ſignaculo crucis pro more Græcorum aut quadrato aut circulari obſignata, in quo eſt ſignum crucis cum literis Græcis* Ιησους Χριστὸς, *abbreuiatis* IC. XC. NIKA. *Ieſus Chriſtus vincit. Græci etenim cùm panem ad ſacrificandum conficiunt, vtplurimum non rotundant; ſed in quatuor ramos ad modum crucis extendunt. Poſteà ſigillum iam dictum imprimunt in medio crucis & in ramorum extremitatibus Sacerdos celebraturus in prothoſi acceptum panem in partes diuidit; ita tamen vt ſingulæ partes ſigillum integrum habeant, vocanturque illæ partes* σφραγῖδες *ſignacula &c.* Philadelphienſis noſter vtramq; illius ſigilli formam ad libri marginem reſtitit. Idem præſtitit P. Goar, ſimulque ipſius panis figuram cum ſuo ſignaculo depingi curauit notis in Euchologium. His P. Sirmondus diſquiſitione ſuâ de azymo formas crucium quæ in oblatis Syrorum & Alexandrinorum apparent, adiunxit. Illa autem ſignacula multum inter ſe diſcrepant, apud Chaldæos maximè Neſtorianos, vt ex preſbytero Babylonienſi didici. Habetur ratio dignitatis illius qui offert. Aliud ſiquidem eſt ſigillum Preſbyteri, & aliud Epiſcopi, & Patriarchæ. Illud quod eſt Preſbyteri, non tot diſtinguitur latereulis & crucibus, quot in Epiſcoporum Patriarcharumque ſigillis exhibentur.

8. *Igitur panis ille &c.* Hîc Gabriel Caluiniani ritus hominibus nullum tergiuerſandi locum relinquit. Adeò manifeſtè tranſubſtantiationem adſtruit. Illi quidem haud inuiti agnoſcunt, Patres conuerſionem panis & vini in Chriſti corpus in ſuis operibus indicaſſe ſub nominibus tranſmutationis, tranſformationis, tranſelementationis, & ſimilibus, Græcè μεταβολὴς, μεταποιήσεως, μετασκευάσεως, μεταρρυθμίσεως, & μεταστοιχειώσεως, quæ paſſim apud ipſos reperias. Verùm per hanc ſymbolorum conuerſionem nihil aliud ſignificari exiſtimant, quàm panem & vinum non amplius cibos eſſe communes, & ad paſcendum ventrem deſtinatos; ſed in iis ſpiritualem cibum ac potum exhiberi: vel, vt loquitur Salmaſius, panis benedictus, ſanctificatus, conſecratus tranſit in ſacramentum corporis Chriſti: quia ſcilicet tota Euchariſtiæ ratio poſita eſt in panis & vini ele-

mentis benedictione consecratis. Hæc Caluinianorum effugia Philadelphiensis Antistes verbis suis penitus tollit : nam, vt & ipsi, panem communem distinguit à pane benedicto & sanctificato; ac præterea puram putam Theologorum Ecclesiæ Romanæ transubstantiationem adiungit; vnde fiat vt verum Christicorpus, non quocunque, vt antea, sed latriæ cultu adoretur. Ne verò in posterum Caluinistæ cuneos latebraſque caprent, nouo quidem & inaudito Patribus vocabulo rem ipsam denotat, dum quod alij μετὰ ποίησιν, μετὰ ϐολὴν, vel quid simile appellant; id ipse per dictionem μετουσιώσεως, quæ ad literam sonat transubstantiationem, exprimit. Immò vocem illam sæpius & vsque ad nauseam inculcans, Latinamque locutionem imitatus, nihil omnino subſtantiæ panis & vini, sed sola accidentia remanere asseuerat. Cùm enim Latinas non minùs quàm Græcas loquendi formulas calleret, vtraſque in Eucharistiâ explicandâ adhibuit, vocibus μετὰ ποίησιν, & μετουσίωσις promiscuè vsurpatis, vt perfectum vtriusque Ecclesiæ hac in re consensum ostenderet. Euanescat itaque necesse est quidquid in contrarium Albertinus, Claudius & alij illius sectæ homines effutire ausi sunt. Nouerint non solùm Græcos; sed & vniuersam Ecclesiam Orientalem aliquid præter δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, siue virtutem & efficaciam carnis Christi in Eucharistiæ Sacramento confiteri. Nupera non est illa totius orbis Catholici persuasio, neque recens Ecclesiæ Romanæ, &, vti Lutherus loquitur, Thomisticæ inuentum: Sed ab ipsa Ecclesiæ nascentis infantiâ, transubstantiationis doctrina extitit, etsi nondum nomen illud vsurparetur: Sed res ipsa verbis postea explicarioribus concepta est. Dudum fidem hanc Cyrillus Hierosolymitanus apertissimè declarauit. Ἐν τύπῳ, inquit, αἵτινι δίδοταί σοι τὸ σῶμα, καὶ τὸ τίμιον αἷμα δίδοταί σοι τὸ αἷμα. *In specie panis datur tibi corpus, & in specie vini datur sanguis.* Paulo post.

Μὴ τοίνυν ὡς ψιλοῖς τῷ ἄρτῳ καὶ οἴνῳ σῶμα γὰρ καὶ αἷμα Χριστοῦ κατὰ τὴν τοῦ Μυστ. Κατηχ. 4.
Μυστ. Κατηχ. 4.

Eamdem catechesim claudit his verbis.

Πληροφορηθεὶς ὡς ὁ φωτόμυδος ἄρ-

τος οὐκ ἄρτος ἐστὶν, εἰ μὴ τῇ γεύσει ἀνθητός, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ· καὶ ὁ φαινόμενος οἶνος οὐκ οἶνός ἐστιν, εἰ καὶ ἡ γεῦσις τοῦτο βούλεται, ἀλλ' αἷμα Χριστοῦ.

Perſuaſus panem hunc, qui apparet non eſſe panem, quamuis guſtus panem ſentiat, ſed eſſe Corpus Chriſti & vinum, quod apparet vinum non eſſe, licet guſtus id ſuadeat, ſed Sanguinem Chriſti.

Quibus Cyrilli verbis, vt Gregorium Nyſſenum, Ioannem Chryſoſtomum, alioſque Eccleſiæ Græcæ Patres in præſentiâ ſileam, nihil dilucidius, & ad hanc cauſam conducibilius excogitari potuit. Gabriel Cyrilli mentem ἀδιαφθόρως & vocibus ad ſuam ætatem magis accommodatis expoſuit; dum in Eucharistiæ Sacramento nihil prorſus panis & vini ſubſtantiæ retineri affirmat, ſymbolaque omnem cibi rationem exuiſſe, vt Chriſti Corpus & Sanguinem induerent; tamen accidentia, vt vulgo loquuntur, remanere, τῇ αἰθερίᾳ καθειμένῃ συγκαταβατικῶς, *per condeſcenſionem ad imbecillitatem humanam.* Voces quidem quæ in ſcholis potiſſimùm vigent, vſurpat; ſed his fidem patrum ſuorum declarat. Haud abſimiliter ante Synodum Nicænam Patres minùs diſtinctè Filium Patri ὁμοούσιον, ſeu conſubſtantialem fecerant; introducto autem ſemel in Eccleſiam conſubſtantialis nomine, tunc omnis hæreticorum tergiuerſatio ſublata fuit. Et quamuis eadem ſemper fidei forma extitiſſet; vſus tamen poſterior, verba & locutiones, quæ prior ætas neſciuerat, ſuffragiis ſuis comprobauit. Itaque nihil cauſæ eſt cur μετουσίωσις & tranſubſtantiatio Nouatoribus diſpliceant: ipſa ſi quidem illorum peruicacia ad cudendas voces iſtas nos adduxit; vt earum beneficio omnis cauillandi occaſio illis præriperetur. Vbi noua magiſque accurata, res Theologicas pertractandi methodus in orbem Latinum inuecta eſt, mirum profectò videri non debuit, ſi res ſpecialiùs, & vt ita dicam, minutatim definiri cœperint. Igitur rectè Cardinalis Perronius, neque minùs appositè fidem huius ſecutus Arnaldus, præſentem Græcorum fidem de rebus Euchariſticis perfectè & in omnibus cum Romanâ conſentire, Gabrielis Philadelphienſis autoritate demonſtrarunt. Malignè verò Claudius de Perronij ingenio ſuſpicatus eſt, quaſi Gabrielem ἐπιβολιμαῖον ac ſuppoſititium produxiſſet, quòd Græca verba deſiderarentur. Guillelmus Forbeſius & ipſe Proteſtans, ingenium longè modeſtius ad res controuerſas attulit, vbi Græcos recentiores in causâ tranſubſtantiationis à Latinorum partibus ſtare ingenuè agnoſcit; cuius rei fidem facit ex Niceta Euthymio, Nicolao Methonenſi, Samonâ Gazenſi, Nicolao Cabaſilâ, Marco Epheſio, Beſſarione,

Actis Concilij Florentini, Hieremiâ Patriarchâ, Græcis qui tum Venetiis degebant, Sandio, & aliis, quorum omnium testimonia Arnaldus suæ aduersùs Claudium defensioni longè fusiùs inseruit. Ioannes quoque Iuellus in suis disputationibus contra Hardingum quas ex Anglico Latinas fecit Witakerus, & alij non pauci inter heterodoxos quibus aliquid nasi & eruditionis fuit, Græcorum recentiorum, quos sibi contrarios sentiebant, autoritatem aspernati sunt: Ità vt mirum sit quomodo Caluinistis quibusdam, etiam nunc in mentem venire queat, Græcos hodiernos Latinis in hoc negotio minimè conformari, & quod portento videtur simile, plerosque eorum quos modò nominauimus sententiæ suæ se habere suffragatores. Sed quid ab illis expectari potuit, qui etiam nomen transubstantiationis ad opinionem suam pertrahi arbitrati sunt, nisi peruersè, vt aiunt, & stultè Romanenses ad suum dogma illud accommodassent: quâ in re ab Albertino, & Claudio qui totus ab hoc pendet, grauissimè peccatum est. Quare existimauimus non parum lucis huic controuersiæ accessurum, si iis quæ Albertinus in fine operis sui de Eucharistiâ, dum more suo tergiuersatus, fugâ sibi viam quærit, subdolè tractauit, manum medicam adhibeamus. Hac arte inanes Claudij argutiolæ, quibus simplicioribus solet imponere, penitùs reuincentur.

Primò itaque callidus iste simulator fingit se nescire vtrùm concordes in hac materiâ extiterint Nicolaus Methonensis, Cabasilas, Marcus Ephesius, Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus. Coniicit plerosque à Damasceni sententia vix discrepare: Sed quæ fuerit Damasceni sententia Gabriel ipse infra aperiet, qui ab eo sæpissime, non modò sententiam, sed & ipsa vocabula mutuatur. Secundò Hieremiæ verba perfidè à Perronio truncata fuisse conqueritur. Vnde eadem integra proferre ei visum est, vt sanius de eiusdem Hieremiæ mente iudicium ferri posset. Sed gladio suo seipsum iugulat. Quis enim ita fungus, vt Patriarcham ita loquentem, Caluinianum existimet?

Δοξάζει ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, ὅτι μετὰ τὸν ἁγιασμὸν, ὁ μὲν ἄρτος μεταβάλλεται εἰς αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· ὁ δὲ οἶνος εἰς αὐτὸ τὸ αἷμα διὰ πνεύματος ἁγίου· συζύμου ὄντος δηλαδὴ τοῦ ἄρτου καὶ οὐκ ἀζύμου.

Statuit Ecclesia Catholica mutari facta consecratione, panem quidem in ipsum Corpus Christi; vinum verò in ipsum Sanguinem per Spiritum Sanctum, qui panis videlicet fermentatus sit, non azymus.

Postea declarans quid Christus, accepto pane, eodemque benedictione suâ sanctificato, discipu-

Digitized by Google

lis ſuis dederit, hæc ſubiungit.

Οὐ τοῦτο εἰπών ἐστι ἄζυμον, ἢ τύπος τοῦ σώματος, ἀλλὰ τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, ἢ τὸ αἷμά μου.

Non dixit hoc eſt panis azymus, aut figura corporis; Sed hoc eſt corpus meum, & hic eſt Sanguis meus.

Bellè profectò Hieremias conſenſit cum Caluiniſtis, qui inficietur Chriſtum dixiſſe, *hoc eſt panis, aut figura corporis.* Sed vim in primis facit Albertinus & poſt illum Claudius in hiſce verbis quæ ſequuntur.

Οὔτε μὴν τότε διθείσης ἢ σαρκὸς τοῦ κυρίου, ἣν ἐφόρει ἐν βρώσει τοῖς Ἀποστόλοις, ἢ τοῦ αἵματος ἐις ποσιν, ἢ νῦν ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ κατα θεμιστος τοῦ κυριακοῦ σώματος ἐξ ὑφαντοῦ. βλασφημον γάρ. ἀλλὰ ἢ τότε, καὶ νῦν μεταποιεῖ μόνον ἢ μεταβαλλομένου ἢ ὑπικλήσει ἢ χάριτι τοῦ παντοδυνάμου ἢ τελεταρχικοῦ πνεύματος, ἁγίου τοῦ θείου ἢ ἱεροῦ, ὠχοῦ ἢ λογίου, τοῦ μὲν ἄρτου εἰς αὐτὸ τὸ τοῦ κυρίου σῶμα, τοῦ δ' οἴνου εἰς αὐτὸ τὸ τοῦ κυρίου αἷμα.

Neque tunc data eſt Caro Domini quam geſtabat, Apoſtolis comedenda, nec Sanguis bibendus: Neque etiam in ſacro hoc ritu deſcendit Corpus Dominicum de cælo (id enim blaſphemum:) ſed & tunc & nunc, inuocatione & gratia omnipotentis illius & ſacrorum rituum antiſtitis Spiritus, interuentu ſacrarum Precum & Dominorum Oraculorum, panis quidem in ipſum Domini corpus; vinum autem in ipſum Domini ſanguinem conuertitur & tranſmutatur.

Hæc ſunt Patriarchæ verba quorum prætermiſſionis reus tenetur Perronius, & ob quæ in violatæ fidei crimen adducitur. Ex illis verò colligit Albertinus manifeſtò apparere, quâtum prænominatus Patriarcha à doctrina Latinorum alienus fuerit. Sed longè veriùs dixiſſet nihil prorſus ex Hieremiæ reſponſo produci, quod non totidem verbis Eccleſiæ Romanæ Doctores in ſcripta ſua retulerint. Demiror profectò hominem qui tempus & operam perdidit in euoluendis Scholaſticorum libris, vt aliquam inter eos diſſenſionem in rebus de quibus abſque fidei diſpendio altercantur, reperiret, non animaduertiſſe illos eaſdé prorſus, atque Hieremias, de Chriſti corpore in Euchariſtiâ locutiones vſurpaſſe. Quin & Patres Concilij Tridentini non aliter loquuntur. *Docet*, inquiunt, *Sancta Synodus* Sſſ. *& apertè ac ſimpliciter profitetur in* 13. *almo ſanctæ Euchariſtiæ Sacramento,* c. 1. *poſt panis & vini conſecrationem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum verum Deum atque hominem, verè realiter ac ſubſtantialiter ſub ſpecie illarum rerum ſenſibilium contineri: nec enim hæc inter ſe pugnant, vt ipſe Saluator noſter ſemper ad dextram Patris in cælis aſſideat, iuxta modum exiſtendi naturalem; & vt multis nihilominus aliis locis ſacramentaliter præſens ſuâ ſubſtantiâ nobis adſit, & exiſtendi ratione, quam etſi verbis exprimere vix poſſumus, poſſibilem tamen eſſe Deo cogitatione per fidem illuſtrata aſſequi*

possumus, & constantissimè credere debemus. Præterea nihil frequentius apud Doctores Scholasticos reperitur, quàm non eodem modo Christi carnem in cœnâ Fidelibus proponi, quo illam inter cœnandum cum discipulis ipse gestabat. Hoc sensu verè dictum fuit ab Hieronymo: *Dupliciter intelligitur caro Christi & sanguis in Ecclesia, vel Spiritualis illa atque diuina de quâ ipse ait: caro mea verè est &c. vel caro quæ crucifixa est, & sanguis qui militis effusus est lanceâ.* Verùm quia maximi momenti est Hieremiæ Patriarchæ autoritas in eâ quam nunc tractamus controuersiâ, illiusque responsa ad Theologos Witembergenses perquàm rara fuisse iam suâ ætate conqueſtus est Cardinalis Perronius, iuuat illius mentem ex ipsismet actis Vvitebergæ Græcè & Latinè editis expiscari. Primò itaque Lutherani Doctores quorum studio & operâ acta illa in lucem prodierunt, quibusque non minùs, quàm Caluinistis exosa est Ecclesiæ Romanæ transubstantiatio, ipsismet verbis quæ fauere sibi putat Albertinus, hanc notam ex vna parte *transubstantiatio*, & ex alterâ è regione Græci contextus μετουσίωσις in libri margine apposuerunt: adeò manifestè Hieremias transubstantiationem verbis suis stabiliebat. Hinc liquet Hieremiæ idem prorsus extitisse μεταβολὴν, atque Gabrieli μετουσίωσιν, etiam in illorum sententiâ, qui nihil non moliti, vt Augustanam confessionem in iuniorem Græciam promouerent; quâ in re hæc ab illâ discreparet, sedulò & κατ' ἀκρίβειαν expenderunt. Secundò Patriarchæ eiusdem responsi capite 13. iterum τῷ τοῦ Δόμνου εἰς τὸ θεῖον σῶμα καὶ αἷμα μεταβολὴν, siue *donorum in Diuinum corpus & sanguinem conuersionem inculcat.* Et mox ne spiritualem moralemve, qualem Nouatores commenti sunt transmutationem admittere videatur, hæc subjicit de pane: „καὶ μεταβάλλεται τῇ ἀληθείᾳ, *& verè transformatur.* Et sub finem eiusdem capitis illam conuersionem appellat μεταβολὴν τοῦ θείου σώματος καὶ αἵματος, *Diuini corporis & sanguinis transmutationem.* Theologis autem Vvitembergensibus ita persuasum fuit Hieremiam non aliud ab Ecclesiâ Romanâ de transubstantiatione sensisse, vt eam responso suo ad primum Patriarchæ responsum iisdem verbis, quibus ille hanc defenderat, impugnauerint, ita locuti.

Τὸ δὲ τοῦ κυρίου σῶμα καὶ τὸ αἷμα ὄντως παρεῖναι τῷ κυριακῷ δείπνῳ πιστεύομεν, ὃ μὴ τοι τὸν αὐτὸν μεταβάλλεσθαι εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα ὑπολαμβάνομεν.

Corpus autem & sanguinem Domini reuerè in cœna Domini adesse credimus; nec tamen in corpus Christi panem transmutari existimamus.

Lutheranis Doctoribus, vt ex his patet, μεταβολὴ καὶ μετουσίωσις,

Digitized by Google

ſynonima ſunt, quibus vocabulis Græci Latinorum tranſubſtantiationem exprimunt. Summæ itaque temeritatis fuerit, verba tam aperta, & nullatenus impedita, in alienum & de quo ne per ſomnium quidem auctor cogitauit, ſenſum detorquere: Præſertim cùm Theologi Vvitebergenſes, qui omne ſtudium & operam in id conferebant, vt Græcorum fidem cum ſuâ conciliarent, Hieremiam in tranſubſtantiationis negotio ſibi contrarium eſſe fateantur. Quapropter argutiolis Albertini, & Claudij valere iuſſis, apud cordatiores pro comperto eſſe debet, Græcos recentiores, nihil aliud per μεταβολὴν, μετατύπωσιν, μετασυνχείωσιν, & ſimilia vocabula, quæ olim vetus Græcia vſurpauit, intelligere, quàm Latinorum tranſubſtantiationem, cui tandem Gabriel Philadelphienſis, vt eam meliùs & κυριώτερον exprimeret, μετουσιάσεως nomen tribuit. Tertiò Albertinus fiduſque illius interpres Claudius opponunt Græcorum Venetorum ad Cardinalem Guiſium reſponſionem hiſce verbis conceptam. *Credimus & confitemur panem in Chriſti corpus, ac ſimili ratione vinum in Chriſti ſanguinem ita mutari, vt neque panis neque ipſius ſubſtantiæ accidentia maneant; ſed in diuinam ſubſtantiam commutentur.* Ex quibus conſequi putant Græcos iſtos de tranſubſtantiatione, qualis hodie à Latinis defenditur, nunquam cogitaſſe. Sed vtrùm iſti faueant Caluiniano dogmati ipſi viderint. Sciendum eſt itaque tranſmutationem panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti Græcorum animis adeo infixam eſſe, vt qui res Philoſophicas minùs callent, nihil prorſus panis ſupereſſe malint aſſerere, quàm in Lutheranam vel Caluinianam hæreſim incidere. Si quando colloquium cum Eccleſiæ Orientalis hominibus, habere tibi contingat, id vnum inde reportabis, quòd cùm noſtris locutionibus non aſſueti ſint, ſi rogantur ſuam eâ de re ſententiam, ſtatim & indubitatè reſpondeant panem & vinum in corpus Chriſti & illius ſanguinem, perficiente Spiritu ſancto, omnino tranſire: ſi verò vrgeas ſaltem remanere accidentia, iterum, quia non ſatis aſſequuntur, quid ſit accidens, reponunt, nihil omnino panis & vini retineri. Sed poſtquàm exemplis quibuſdam, quid accidentium nomine intelligendum veniat, declaratum eſt, tunc manibus pedibuſque, vt aiunt, deſcenduntin Latinorum ſententiam. Imo veniam precantur, ſi minùs peritè mentem ſuam de præſenti argumento explicent: quia ſcilicet eiuſmodi controuerſiæ in ſuis Eccleſiis non agitantur. Id toties expertum me eſſe profiteor, quoties eum illis ſermonem conferre licuit. Igitur tam Græcos quàm reliquos Orientales in du-

Digitized by Google

plici classe constituendos esse arbitror, quorum alij in rebus Philosophicis exercitati sint; alij verò minimè. Hi quorum profectò maior est numerus, de rebus Eucharisticis admodum crassè loquuntur; illi verò, maximè si Latinorum scholas frequentauerint, fidem Romanam, & verbis, & re ipsâ, tenent: sin minùs; licet non verbis, reuera tamen conueniunt; eodem fere modo quo ætatis nostræ Nestoriani Romæ, vti apud Strozam legere est, vbi fidei suæ dogmata cum Latinorum persuasione contulerunt, vtramque verbis tantùm, non autem verborum sensu differre certiores facti sunt. Ita quoque Philippus à SS. Trinitate itinerarij sui Orientalis libro 5. præcipuis Armenorum Schismaticorum erroribus notatis, hæc subjicit: *Quartus tandem & maximus est circa Christum, in quo non duas, sed vnicam fatentur esse naturam: sed hic error, vt ipsi explicant, potius in Theologia, quàm in fide est, ex ignorantia tamen ipsorum procedens.* Igitur Theologiæ quæ apud nos viget ignoratio quidem tribui potest Græcis cæterisque plagæ Orientalis hominibus, non verò error, qui veram in fide discrepantiam secum afferat. Quartò producunt Cyrillum Lucarim Patriarcham Constantinopolitanum. Sed quis ignorat Cyrillum istum patriæ fidei desertorem ad Caluinistarum castra confugisse, & à suis gentilibus, quòd in Nouatorum gratiam scripsisset, damnatum? Istius transfugæ historiam Leo Allatius contexuit lib. 3. de Eccles. Occid. & Orientalis perpetuâ consensione; nouissimè autem Arnaldus eamdem in responsione suâ ad M. Claudium fecit Gallicam. Verùm etsi historia Cyrilli adhuc in obscuro maneret, illa fidei confessio, quam sub eius nomine Geneuenses Græcè & Latinè accurarunt, satis illius ingenium prodit: quippe totus in Caluinum transformatus, vbique eius locutiones imitatur. Sicuti de re Sacramentariâ ita loquitur cap. 15. *Credimus Euangelica Sacramenta esse in Ecclesiâ, quæ Dominus instituit in Euangelio, & ipsa esse duo. Ampliorum Sacramentorum numerum non habemus, quia institutor non plura numerat.* Deinde cap. 17. postquàm nonnulla de Eucharistiæ Sacramento attigit, hæc addit. *In cuius administratione præsentiam veram realem Christi Domini confitemur & profitemur; at illam quam fides nobis offert, non autem quam excogitata docet transubstantiatio &c.* Sed nemo est, nisi in Caluinianis libris planè hospes fuerit, qui statim non deprehendat, hæc ex Caluinianâ fidei confessione ferè ad verbum desumpta fuisse. Quæ fuerit Græcorum de Sacramentis Ecclesiæ sententia ante Caluini Cyrillique tempora, palam faciunt Simeonis Thessalonicensis, Hieremiæ

Digitized by Google

remiæ Patriarchæ Conſt. Gabrielis Philadelphienſis, aliorumque libri qui ſeptenarium Sacramentorum numerum, non minùs quàm Latini eâdem diſpoſitione repræſentant. Cæterùm ſimili ratione Latinis opponi poſſent Nathanael & Gerganus, vterque Græciâ oriundus, quorum ille Cretenſis Amſtelodamenſibus pollicitus eſt, ſe Caluinianiſmum in Eccleſiam Orientalem introducturum, facturumque Græcas Ioannis Caluini inſtitutiones, modò certa pecuniæ ſumma ſibi conferretur. Hic verò Artenſis, Catechiſmum ſcripſit linguâ vernaculâ, Lutheri erroribus vbique refertum, cuius mendacia Matthæus Caryophilus Archiepiſcopus Iconienſis egregiè refutauit. Talium rabularum teſtimoniis vti liceat Caluiniſtis, qui veritatis medicinam rejiciunt. Nos eiuſmodi teſtes mercede conductos aſpernamur. Denique Albertinus præſidium ſibi quærit ex Miſſâ Chriſtianorum Regni Mallabarici apud Indos Orientales, quæ in verbis conſecrationis hæc præfert, *accipite & comedite ex hoc pane omnes vos*, quibus adiungit Ieſuitæ Alphonſi teſtimonium de Liturgiâ Æthiopum, qui eam veluti erroribus plenam caſtigat: Inprimis quòd verba, vt loquitur Sacramentalia ita concipiantur. *Hic panis eſt corpus meum.* Sed panem etiam conſecratum adhuc poſſe appellari panem vno ore confitentur Theologi; quia ſcilicet quandiu remanet panis ſpecies cum eiuſdem accidentibus, tandiu nomen panis retineri poteſt. Si verò caſtigandam hac in parte Æthiopum Liturgiam Ieſuita Alphonſus iudicauit, prudens id fecit, non tamen illius animaduerſionis primus autor extitit, cùm ipſimet Æthiopes qui notulis quibuſdam Miſſam Æthiopicam Latinè conuerſam & Romæ editam anno 1549. illuſtrarunt, hanc cenſuram verbis conſecrationis appoſuerint. *Non te moueant, candide lector exemplaria Æthiopica, ſi vnquam forte in ea incideris, quòd in iis ſcriptum ſit, hic panis eſt corpus meum; quia vetuſtiſſimi & emendatiſſimi codices Cophtitarum ſeu Ægyptiorum a quibus, vt diximus, magnam Religionis partem maiores noſtri acceperunt, habent, hoc eſt corpus meum, vt videri poteſt in Bibliothecâ Vaticanâ, quo dicendi modo Syri quoque & Arabes vtuntur.* Similem quoque præſe fert conſecrationis formulam Liturgia S. Dioſcori Patriarchæ Alexandrini, quam ex vetuſto Liturgiarum Æthiopicarum codice mſ. Clariſſimi Pocokij ad calcem Lexici Æthiopici Ludolfiani edi curauit Wanſlebius. Sed hæc & alia eiuſdem naturæ ab iis ſolùm objici poſſunt, qui veris demonſtrationibus deſtituuntur. Conſultò tamen & prudentiſſimè cautum eſt à Cenſoribus, vt verba illa primæ formæ redde-

rentur, quam non modò Copthitarum, Syrorum, Arabumque Liturgiæ exhibent; sed Græcæ inprimis, vnde vniuersus orbis Orientalis ritus suos maximâ ex parte desumpsit: quandoquidem Protestantes falsâ religionis suæ opinione erecti, verba illa à germano suo sensu abducta, ad peruersum & dogmatibus suis accommodatum possent adducere, quæ tamen constat ab antiquâ formâ degeneraſſe. Hac arte non modò pristino statui restituuntur; sed & Christi ipsius hoc Sacramentum instituentis sermonibus conformata perfectam, cum eo omni, quod vbique Liturgiarum existit, consensionem obtinent. Hactenus Ecclesiæ Græcæ fidem quam Caluiniani ritus Ministri Albertinus & Claudius iniquissimè vellicauerant ex omni parte cum Latina conspirare ostẽdimus. Superest vt paucis perstringã malignam Roberti Creygthonis animaduersionem, qui notis in historiam Concilij Florentini scriptam à Sguropulo, Græcorum fidei peruersè insidiatur. Nam quia Græci cum Latinis deprecatione, quâ etiam post verba consecrationis Spiritum sanctum inuocant, vt suo illapsu panem & vinum in Corpus & Sanguinem suum conuertat, acerrimè disputant, homo iste malè feriatus ex his bellam hanc conclusionem elicit. *Ergo diuersus est Canon tam D. Basilij, quàm D. Chrysostomi à Canone Romano, vt noster hic autor & omnes viri cordati sentiunt. Diuersum etiam Græcorum Sacramentum à Pontificio, vel in duobus ex hoc loco patet. Primò Græci de transubstantiatione nunquam cogitarunt, ne per insomnia quidem, operati semper in pane vulgari & fermentato, nec ipsi Pontificij altiùs rem intellexerunt ante Idololatricum ἄζυμον: hostia sine fermento primitus transubstantiationem peperit, & illa hostiam stabiluit. Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me. Hæc est nuda simplexque veritas &c.* Immò pura puta sunt hominis nullius omnino iudicij mendacia. Longè veriùs dixisset, Græcorum Liturgiam à Latinâ verbis solùm, non reipsa discrepare, Ecclesiam vtramque de rebus Eucharistiæ perfectè consentire, exceptis panis quiad sacrificandum adhiberi debeat, qualitatibus, vtrùm videlicet azymo, an fermentato vtendum sit, & verbis in quibus forma consecrationis posita sit; denique Græcos non minùs quàm Latinos transubstantiationis fidem tenere: cùm de eâ disputare, ne per insomnia quidem cogitauerint. Nunc eiusdem fidei consensum reliquorum Orientalium testimonio, quantum in nobis erit, suffulciamus.

Has quidem partes iam Clar. Arnaldus gnauiter executus est, sed quæ ipse aliud agens non attigit, per modum supplementi adjiciemus. Itaque primò Litur-

Digitized by Google

giæ aliquot quas partim manuſcriptas, & partim nunquam Latio donatas legimus, deberent præmitti; ſed infra longè commodiùs vbi de inuocatione Spiritus ſancti agendum erit, ſuo quaſque ordine perſequemur. Præſentem de tranſubſtantiatione controuerſiam, tractatus, quem Monachi ſancti Antonij nationis Cophitarum qui ſunt Dioſcoriani ſeu Monophyſitæ de Sacramento Euchariſtiæ ante annos 180. Arabicè conſcripſerunt, ita expreſſè definit, vt nullam prorſus dubitationem reliquam faciat. Ex eo Abraham Echellenſis in opus ſuum, quo primatum ſummi Pontificis contra Ioannem Seldenum aſſerit, multa tranſtulit, quæ Caluinianorum cauillatiotibus apprimè occurrunt. Primum tractatus illius caput vniuerſæ Eccleſiæ fidem de Sacramento Euchariſtiæ proponit, quæ nimirum vnâ conſpiratione agnoſcit, אן אלקרבאן אלמקדס נסר סידנא אלמסיח: *Oblationem ſiue Euchariſtiam ſanctam eſſe corpus Domini noſtri Chriſti*: Quod probatur ex ipſiuſmet Chriſti verbis inſtituentis illud Sacramentum: quibus interjectis ſubitò eodem capite hæc ſubjiciuntur. וינב עלי כל מומן יתנאולה אן יכון צאדק אלאימאן באלקלב ואלעתראף באלסאן אן אלדי תנאולה קד צאר נסר סידנא אלמסיח ודמה אלכרים בוסאטה תקדיס אלכאהן וטלבאתה וחלול אלרוח אלקדס עלי *tem eſt vt omnis fidelis qui ſumit illud (corpus Chriſti) ſit verè fidelis in corde, & lingua confiteatur illud quod accepit, iam factum eſſe corpus Domini noſtri Chriſti, & ſanguinem eius pretioſum interuentu ſanctificationis Sacerdotis, illuſque precum & deſcenſionis Spiritus ſancti.* Caput verò 2. exponit modum, quo panis & vinum in Chriſti corpus & ſanguinem tranſmutentur, ſumptâ comparatione ex nutrimento animalium eâdem omnino ratione, ac plerique Patres Græci, inprimis Damaſcenus, cuius ſententia ἀξίωμα & ad verbum in hoc opus tranſlatum eſt. Et mox eadem ſymbolorum tranſformatio his verbis declaratur. ואלרוח אלקדס אלצאנע אלגסר אלמקדספי אלאחשא אלבתוליה מן אלמואר אלמרימיה אלתי אצלהא אלכבז ומזאג אלכמר ומקדסהא הו אלצאנע הדא אלכבז והדא אלכאס נסר סידנא ודמה אלזי ומקדסהמא ואלקוה אלאלאיה אלבארקה אלעא דה פי אנשא אלנסר אלאיסועי פי אלאחשא אלמקדסה מן גיר זריעה אנסאן הי אלצאנעה אלמעני אלאן פי תתויל אלכבז ואלכמר נסר סידנא ודמה; *Et Spiritus ſanctus efficiens corpus ſanctum in vtero Virginis ex materiis Mariæ, quorum fundamentum eſt panis & mixtura vini, & ſanctificans eos, ipſe idem eſt qui efficit hunc panem & hunc Calicem corpus Domini noſtri & ſanguinem eius puriſſimum, eaque ſanctificat & Diuina virtus tranſcendens conſuetudinem in producendo & nutriendo corpus Ieſu in vtero ſanctio*

ſine humano ſemine, ea eſt quæ nunc miraculum operatur in conuerſione panis & vini in corpus Domini noſtri, & ſanguinem eius. Denique capite 9. eiuſdem tractatus exponuntur variæ diuerſarum gentium circa res Euchariſticas conſuetudines, quarum hæc ſumma eſt; alias Chriſti corporis Sacramenta pane fermentato, alias verò azymo conficere; & ex illis non deeſſe quæ ſalem & oleum fermentato admiſceant; aliquas etiam vinum aqua non temperare: ſed illarum conſuetudinum diuerſitatem vnitati fidei nullatenus officere. אסתלפת אלטואיף אלנצראניה פי כיפיה אלקרבאן אלמקרס מע אתפאקהם עלי צחה אלעתקאד פיה *diſſenſerunt nationes Chriſtianæ in qualitate ſanctæ Euchariſtiæ; quamuis conueniant circa ipſam in fide &c.* Recenſitis autem diuerſis nationum Chriſtianarum ritibus, hæc in formam concluſionis ſubiunguntur, ואעלם אנה מע צחה אלאימאן אלמסתקים ואלאעתקאד פי אלקרבאן אלמקרס אנה נכר סידנא אלמסיח לה אלמגד ודמה אלכרים לא תכרה אכתלאף אלאראא פי כיפיתהמן אן יכון נסר סידנא ודמה אלכרים; *Et ſcias ſtante veritate fidei rectæ & credendi firmitate, ſanctam Euchariſtiam eſſe Corpus Domini noſtri, cui gloria, & Sanguinem eius pretioſum, non obſtare varietates conſuetudinum circa eius qualitates, quin ſit corpus Domini noſtri & ſanguis eius pretioſus.* Vnum autem hîc omnes monitum velim, vniuerſam Eccleſiam Orientalem, ſpiritualem illam ac moralem qualem commenti ſunt Caluiniani, mutationem, nullatenus agnoſcere; ſed veram, realem & Phyſicam, vti ſimilitudinibus quibus ſeipſam explicat, apertè euincit. Cauendum tamen ne plus æquo & acriore contentione illæ ſimilitudines vrgeantur; quaſi res comparata in omnibus ad ea quibus comparatur, reſpondere debeat: verùm ſingula benignè & ad rei propoſitæ exigentiam accommodatè exponenda ſunt. Secundò conſtitutiones Maroniticas ab Arnaldo protuenda Orientalium fide laudatas, ſuppoſititium opus non eſſe, probat epiſtola, quam Abrahamus Echellenſis Romæ tum degens miſit ad doctiſſimum Morinum anno 1644. in qua vniuerſam illarum conſtitutionum diſpoſitionem complexus, ſingula earum capita, & ſectiones Arabicè & Latinè deſcripta attigit; ſimulque ibidem animaduertit, eas legi Syriacè in Eccleſiis Maronitarum. Vtrùm verò illæ tantam præ ſe ferant antiquitatem, quantum illis cum ſuis gentibus tribuit Echellenſis, non leuis eſt controuerſia: conſtat ſi quidem Maronitas, vt reliquos Orientales præteream, longè maiorem, quàm par eſt, ſcriptoribus ſuis vetuſtatem affingere. Rei huiuſce fidem facit eruditiſſimus Morinus in annotationibus quas Syr. *Epiſt. Mſ.*

Digitized by Google

rorum ordinationibus subiecit: ibi enim egregiè & perquàm eruditè refellit Abrahami Ecchellensis sententiam de quodam Ioanne Darensi Episcopo, quem notis in libellum Hebed-Iesu Seculo 4. in Dionysium, qui vulgo Areopagita audit, commentarios lingua Syriaca scripsisse dixerat. Longè recentiorem esse Darensem illum, neque vnquam sancti Ephrem discipulum extitisse, vti Maronitarum vulgus sentit, ritè demonstrat, à quo nec ipse Ecchellensis dissentire visus est, in epistola quam Morino scripsit ea de re anno 1654. Epist. mss. Postquàm enim multa de Ioannis illius antiquitate attulit, hæc subiungit. *Scio non deesse doctos & Criticos viros quibus hæc neque probantur, neque placent: at ego lecta refero, & aliorum scripta, non iudicium fero.* Quæ criticæ studiosis apprimè obseruanda sunt: docent enim viros etiam eruditissimos frequenter non tam quod ipsi sentiunt, quàm vulgi placita referre, quæ tamen postea, quasi verè ab illis profecta fuissent, laudantur. Simili ratione, idem Morinus in dissertatione quam præmisit Maroniticis ordinationibus ea quæ vulgo Maronitæ de suo Marone eiusque antiquitate iactant, improbat: & quia Echellensis in suâ ad eum epistolâ, vim maximè in Maronis huiusce libris fecerat, regulam profert præsenti controuersiæ valde necessariam, quâ secerni queat, quid veri, quidve falsi in hac materia reperiatur. *Deinde, in scripta illa inquirendum esset genuina ne sint, an supposita: & suppositionis condemnanda quæcunque sunt Arabica, nisi forsan constaret esse translata: nondum enim ita inualuerat dialectus Arabica, vt Syris esset vernacula.* His adde nullam esse gentem quæ magis veros librorum partus ementita fuerit, quàm Arabica. Vt ambitiosa reliquas orbis nationes amat librorum multitudine superare; ita scriptores quoscunque quos assequi potuit, in linguam suam transfudit, quos verò non licuit, ementita est. Hæc ingenuè profiteor, & vt hominem decet pacis amantissimum liberè: nihil enim ad res Religionis promouendas antiquius esse arbitror, quàm veritatis studium. Optarim vt Claudius aliiq; Caluiniani ritus homines, qui illud argumentum tractant, idem ingenium, eamdemque sinceritatem ad hodiernas controuersias afferant. Quis enim illorum agendi rationem probare queat, qui si quid habent ingenij & artis, ad capiendos imperitæ multitudinis, concitandosque vulgi animos videntur solùm eruditi qualem se in iis præbuit Claudius, quæ nesciebat ac nouissimè Vigierus qui autoritatibus quas pro asserendâ Chaldæorum fide post Echellensem Arnaldus adduxerat, vehementer conturbatus, putat satis-

fecisse dicendo *, *Multis hæc testimonia impugnari posse:* & mox plusquàm infantem se prodit, vti legentibus hanc partem illius libelli, statim erit obuium: neque etiam Cl. Arnaldi nomini parcit, quem vt hominem plebeium exagitat, *Qui, modò scriptores aliquos citet, cuius naturæ illi fuerint, non admodum curet.* Sed vt ad institutũ nostrum redeamus, non ita vetustum esse Ioannem Maronem, atque vulgo eum prædicant Maronitæ, neque omnino constare de libris qui ei tribuuntur, facilè concesserim; similiter incertum esse quo primùm tempore Maroniticæ constitutiones prodierint. Immo de scriptis quibusdam, quæ produxit Abraham Ecchellensis meritò dubitari potest. Tamen certum est omnium fidem accusari non posse, & ex iis quæ supersunt, dogma Catholicũ abunde comprobari. In confesso siquidem apud omnes debet esse, laudatas constitutiones dudum linguâ Syriacâ in Ecclesiâ Maronitarum legi, pari modo liquet recentes non esse apud gentem Chaldæam, libros qui sub Maronis nomine circunferuntur. Dicant igitur Caluiniani homines, quâ arte, Latinorum de rebus Eucharisticis Sententia ad illam nationem transierit. Vniuersus orbis Orientalis eamdem penitus, quàm Ecclesia Græca de Sacramento Eucharistiæ fidem profitetur, easdem etiam voces vsurpat. Discrepant solùm in iis quæ mysterium incarnationis respiciunt. de re autem Sacramentariâ, nihil vnquam inter nationes istas, si dogmatis, vt loquuntur, habeatur ratio, controuersiæ extitit. Non multùm itaq; refert, vtrùm Barsalibi Epifcopus Amed. laudatus ab Echellensi dixerit; ואזא כתקרין פגרא ודמא משל דלו הו דכתהוא איתיהון בחזתא גיר לחמא וחמרא אנון אלא מתידעין ואיתיהון פגרא ודמא דאלהא: *Corpus & sanguinem Sacramenta vocari, quia non sunt illud quod videtur: nam secundùm speciem panis & vinum sunt; sed agnoscuntur, & reuera sunt Corpus & Sanguis Dei:* An verò eadem verba in Cyrillo Hierosolymitano, vel Chrysostomo legeris. Quare videtur omnino superuacaneum subtiliùs disquirere in tantâ librorum Orientalium inopiâ, & maximâ gentium illarum obscuritate, quâ ætate hic, vel ille scriptor vix de nomine nobis cognitus vixerit. Cum quidquid cæteri Orientales in hoc negotio habent religionis, Græcis illud acceptum ferant: ita vt nihil prorsus de conuersione panis & vini in Corpus & Sanguinem Christi asseuerent, quod non priùs ab his assertum fuerit. Ita quod Græci in hac causâ per μετα βάλλειν, μεταποιεῖν, vel quid simile, Latinè transformare & transmutare ex-

* *Il y auroit bien des choses à dire contre ces passages. Vig. pag. 102.*

primunt Chaldæi tam Maronitæ quam Iacobitæ & Neſtoriani, vt eorum libri præſertim miſſales fidem faciunt per verbum שחלף quod idem ſonat, denotant.

COROLLARIVM.

EX iis quæ modò conſtituimus de Tranſubſtantiatione, abundè refelli poteſt, quidquid Claudius de eodem argumento in tertiam nouitij operis partem coniecit. Ne tamen more ſuo glorietur, quaſi conſultò prætermiſſa fuerint, quæ longâ verborum potius, quàm probationum ſerie in id operis nouiſſimè retulit, iuuat ea quoque retexere, eademque ſimul in pauciora contracta diluere. Vim itaque in hoc maximè facit, quòd vocem μετουσίωσις, quæ Latinæ, tranſubſtantiatio, perfectè reſpondet, nunquam vſurpent. Et hinc primum libri 3. argumentum ducit, velut omnium firmiſſimum. Confeſſus quidem fuerat clariſſimus Arnaldus vocem hanc Græcis Scriptoribus minùs ordinariam eſſe, verùm Claudius illam *neque ordinariam, neque extraordinariam iſtis ſcriptoribus eſſe, nihil dubitans aſſeuerat. Sed ſi res ita ſe habeat, cur in opuſculis Archiepiſcopi Philadelphienſis, quæ Latina fecimus, illud vocabulum ſaltem vigeſies deprehenditur? Si Græci ab hoc nomine prorſus abhorreant, vti multis, ſed perperam, contendit, quî fieri potuit, vt Georgius Coreſius Chius, & Dionyſius quidam, qui Protoſyncelli dignitatem ſibi tribuit recentioris Græciæ homines, hæc Gabrielis opuſcula, autoritate ſua communierint, & laudibus extulerint? Cuneos in poſterum & latebras captare non poterit: quia non amplius Philadelphienſis Antiſtes apud Cardinalem Perronium, & Arcudium loquetur, quorum nominibus argutas exceptiones ſuas tuebatur. Gallica, ſi ipſum audiamus, Perronij verſio ex eo ſuſpecta eſt, quòd verba Græca, vnde hæc ſumpta fuerat, non addiderit. Similiter Latina Arcudij interpretatio paraphraſim potius, quàm verborum Gabrielis conuerſionem ſapit, quia ſcilicet ad oram libri minimè referuntur. Eadem reſponſione ad Arnaldum iterum inculcat, quæ in præſentia ſilētio præterire viſum eſt. Præterea eodem capite probat Doctoris cuiuſdam Angli cognomento Baſiri teſtimonio, ne quidem veſtigium vocis μετουσιώσεως in Græcorum libris extare. Hæc autem ſunt Doctoris illius verba ad Claudium. *Dico* 3. *in ſpecie Eccleſiam Græcam tranſubſtantiationem nullibi aſſerere, neque voce, neque re. De publicis inſtrumentis puta Symbo-*

Reſp. ad nouet. par. 4. p. 161.

p. 1241.

p. 164.

* *Ils ne s'en ſervent ny ordinairement ny extraordinairemnt.* M. *Claude, liu. 3. chap. 2. pag. 161.*

Digitized by Google

lis, confessionibus, catechismis, &c. intelligi volo; quorum plurima peruoluiad indaginem: neque in eorum vel vnico, μετενσώσεως vocis, vt & rei ipsius priscis Patribus Græcis prorsus ignotæ, vel vola, vel vestigium. Priuatos eorum Doctores nil motor, quoniam non sum nescius quemdam ipsorum pseudo-Græcorum hieromonachum in suam Catechesim, quam mihi videre licuit Constantinopoli, illam vocem μετενσώσεως intrusisse, qui vel ideo Græcorum censuram haud effugit. Ne quid verò in hac autoritate desideraretur, eam superbo titulorum contextu quibus iste Basirus ornatur, locupletat, quos in marginem libri transtulimus.* Sed pace ornatissimi illius Doctoris dixerim, nihil prorsus ex illius testimonio aduersus Latinorum transubstantiationem confici posse. Manifestò si quidem ex præconcepta Caluinianismi opinione loquitur, nec tam quid Græci statuant refert, quàm consequentias, quas ipsemet ex eo, quod nomen μετενσώσεως in eorum libris minimè appareret, peruersè & ex suopte ingenio deduxit. Non ex omni parte, & vt illius verbis vtar, *ad indaginem*, Græcorum instrumenta peruoluerat: quandoquidem Græcus est Philadelphiensis noster, nec ex eorum numero quos in odium Romani Pontificis Pseudo Græcos appellat, etsi ditionis Venetæ fuerit. Tamen ipse nomen illud Græcis adeo exosum, si Basiro fides habeatur, palam vsurpat; etiam vbi Ecclesiæ suæ ritus à Latinorum quorumdam *calumniis* asserit. Quodque animaduersione inprimis dignum videtur, Commentarium de vniuersa re Sacramentaria conscripsit, vt Græcis omnibus, præsertim Epidauris siue Monembasiensibus suis conterraneis ad veram fidem viam muniret. In hoc autem, non secùs atque in aliis opusculis nomen μετενσώσεως legere est. Quibus accedit Epidaurios Peloponesi à sede Romana diuulsos fuisse. Fieri potuisse non diffiteor, vt Græci quidem nomen illud veluti priscis Patribus incognitum, Catechismis, Symbolis, aliisque eiusdem naturæ instrumentis inseri noluerint; sed id ex stomacho potiùs, & odio in gentem Latinam profectum fuisse crediderim, quàm ex veritatis studio. Sicut olim inter eos non defuere, vt alia sileam, quibus Latinorum baptismus, & panes azymi, ita exosa erant, vt baptizatos à Latinis, absque vlla religione rebaptizarent, irritamque esse eo-

* *Monsieur Basire Archidiacre de Northombelland & Predicateur ordinaire du Roy de la grand-Bretagne, personnage illustre, d'vn sçauoir exquis & d'vne probité exemplaire, bien versé dans les langues, & qui non seulement a voyagé; mais a fait aussi du seiour en Grece, & dans le reste de l'Orient, ou il a presché publiquement dans les Eglises des Grecs. M. Claude, pag. 159.*

rumdem

tumdem consecrationem arbitrarentur. His ita constitutis, Claudius apertè leuitatis conuincitur, qui negare ausus fuerit, vocem μετουσιώσεως in Græcorum libris vspiam extare. Facillimè tamen & absque vllo negotio concesserim, hanc minùs frequenter in illis reperiri. Sed non ideo statim concludendum est rem quoque ipsam nullatenus deprehendi. Agitur siquidem de rebus Theologicis, non verò de Grammaticis. Sique illud probationis genus semel recipiatur, actum est de fide Caluiniana: hanc enim in Scripturæ sacræ contextu euidentissimè, & absque vllis ambagibus contineri vulgò existimant; sed si verba illius ad amussim & κατ' ἀκρίβειαν, cum hac comparentur, non parum discrepantiæ inter vtramque deprehenderetur. Quare priùs quærendum erat, vtrùm Græci reuera conuersionem, quam vocamus substantialem, decretis suis adstruerent, minimè verò ex eo quòd non easdem voces, atque Latini passim vsurpent, rem etiam ipsam ab illis non teneri confici debuit. Neque erat cur tanto apparatu Anthologij, Typici, Horologij, Synaxarij, aliorumque librorum qui in publicum Ecclesiæ Græcæ vsum cesserunt, nomina recenserentur: quos ne quidem salutauit Claudius, vt hinc obtineretur nomen μετουσιώσεως prorsus ab eiusmodi libris abesse. Id enim nunquam inficiatus est Arnaldus, qui ingenuè confiteatur vocem illam Græcis scriptoribus non ita ordinariam esse; licet inde germana Latinorum transubstantiatio nihil omninò detrimenti patiatur. Quippe res vna & eadem diuersis nominibus potest exprimi. Cur verò Græcis vocabulum μετουσίωσις domesticum non sit, & familiare, sicuti Latinis transubstantiatio, cùm vtrique in transubstantiationis ratione consentiant, mox aperietur, simulq; secundum, tertium, quartum & quintum Claudij argumenta diluemus.

Quia Claudium firmæ rationes, quæque in ipsismet rebus insitæ sint, deficiunt, ille iterum ad inanem λογομαχίαν recurrit. Græci, inquit eiusdem libri capite 3. panis & vini in Christi Corpus ac Sanguinem mutationem exprimunt per μεταβάλλειν, μεταρρυθμίζειν, μετα ποιεῖν, μεταφυσιοῦν, μεταβαίνειν, μετασκευάζειν, quæ verba nihil præter mutationem denotant, nec distinctam & nullatenus impeditam transubstantiationis formam hominum animis ingenerare possunt. Similiter dixerim priscis Patrum nostrorum tẽporibus; priusquàm de consubstantialitate aliquid Ecclesiæ sanctionibus constitutum fuisset, nondum fidem, quæ nunc extat de substantiæ vnitate & personarum Trinitate in eadem Ecclesia obtinuisse: quia videlicet nomen p. 166.

Digitized by Google

ὁμοούσιον nondum receptum fuerat. Quare si fidem Romanam inde premi sentiat Claudius, quòd transubstantiationis vocabulum post longissimi temporis spatium, & tam multa secula, tandem inuentum fuerit, quòdque neque etiam ætate nostrâ à Græcis domesticè vsurpetur, nouerit se hac argumentationis formâ Socinianam impuritatem tueri. Olim simili ratione Ariani castissimam Religionis Christianæ persuasionem calumniando peruertebant, quasi ab antiqua puritate defecisset. Et non ita pridem Nouatorum Patriarcha Ioannes Caluinus cuius iussis in omnibus Claudius obsequitur, quid valeat istud probationis genus, quâ ex vocis nouitate, in rei ipsius euersionem arguitur libri 1. Institutionis capite 13. aduersùs Seruetum & illius sequaces appositè demonstrauit. Primò siquidem morosos vocat, qui obstrepunt se non admittere hominum arbitrio confictum nomen. *Quid vetat*, inquit, *quominùs quæ captui nostro perplexa in Scripturis, impeditaque sunt, ea verbis planioribus explicemus, quæ tamen religiosè & fideliter ipsius Scripturæ veritati seruiant, & parcè modestéque, nec citra occasionem vsurpentur? Cuius rei non desunt satis multa exempla. Quid autem vbi Ecclesiam summâ necessitate vrgeri ad vsurpandas Trinitatis & Personarũ voces comprobatum fuerit, si quis verborum nouitatem tum reprehendat, nonne meritò iudicetur lucem veritatis indignè ferre? Vt qui tantum hoc reprehendat, veritatem planam ac dilucidam reddi.* Deinde mox subjungit. *Huiusmodi autem verborum nouitas (si ita appellandaest) tum potissimùm vsu venit, dum aduersùs calumniatores asserenda est veritas, qui tergiuersando ipsam eludunt. Quod hodie plus satis experimur, quibus plurimum est negotij in expugnandis puræ sanæque doctrinæ hostibus: adeò obliquo & volubili flexu lubrici illi angues effugiunt, nisi fortiter premantur, & deprehensi vrgeantur. Sic veteres variis prauorum dogmatum certaminibus exagitati, quid sentirent coacti sunt exquisitâ perspicuitate edisserere, ne obliqua subterfugia impijs relinquerent, quibus verborum inuolucra, errorum erant latebræ.* In hæc quidem fusiùs elatus sum; quia germanam Claudij effigiem repræsentant, qui de re ipsa non admodùm sollicitus, de nudis vocibus lites perpetuas mouet. Discatigitur, autore ipsomet Caluino, quem locupletissimum præsentis controuersiæ testem etiam inuitus debet agnoscere, *quando temerè non inuenta sunt nomina, cauendum esse ne ea repudiando, superbæ temeritatis arguamur.* Verùm, vt etiam idem autor est, temerè non inuenta sunt nomina, quando citra occasionem non vsurpantur, & Ecclesia ad ea vsurpanda necessitate vrgetur. Iam quis inficias ierit Berengarium eiusque discipulos, Ecclesiæ Latinæ Do-

Para 3.

Para 4.

Para 5.

Para 4.

Digitized by Google

ctoribus occasionem præbuisse, vt nouam transubstantiationis vocem cuderent. Imò ad id veluti quâdam necessitate ob tortuosas Berengarianorum versutias adducti fuerunt. Vocula ista, vt Caluini verbis vtar, distinguebat inter puræ fidei Christianos, & sacrilegos Berengarianos. Cur verò eadem ad Græcos minimè transierit res ipsa loquitur. Res siquidem Religionis, præsertim de Sacramento Eucharistiæ tunc pacatæ erant apud Græcos. Et quia vocabula, μεταποίησις, μεταβολὴς, μεταφοίωσις, μεταρρύθμισις, & alia id genus quæ simpliciter mutationem significant, dilucidam miniméque implicatam conuersionis substantialis ideam efformabant, alia confingere necesse non fuit. Quemadmodum nec ipsi Latini transubstantiationis vocem excogitassent, nisi temporis illius Nouatores, quibus cordi erat fidem ab vltimâ antiquitate receptam conscindere, mutationis, conuersionis similibusque nominibus in puræ doctrinæ perniciem fuissent abusi. Illud itaque discriminis est Græcos inter, & Latinos, quòd apud hos exorta fuerit hæresis, quæ veram symbolorum conuersionem improbauerit, minimè autem apud illos. Itaque vocem illam necessitas à Latinis extorsit, vt hæreticis occurrerent, omnemque illis tergiuersandi occasionem præciderent. Quæ necessitas & occasio, cùm Græcis defuerint, mirum profectò videri non debet, si à priscis vocabulis, quæ dudum publicus Ecclesiarum vsus comprobauerat, minimè recesserint. Latini quoque etiam nunc conuersionis, mutationis, transformationis, transmutationis & consimiles voces retinent: cùm etiam post inuentum transubstantiationis nomen, ex his rem ipsam firmissimè concludant.

Præterea Græci quando cum Latinis conuenere, audito transubstantiationis vocabulo, eodemque probè intellecto, nullatenus offensi sunt, vti bene multis adstruxit Cl. Arnaldus. Neque etiam iisdem vlla est religio, vocem μετουσιώσεως, aliasque Latinorum locutiones vsurpandi, si in eorum libris volutati fuerint. Quod nunquam ipsis, præsertim Schismaticis, qui ab Ecclesiâ Romanâ longè absunt, in mentem veniisset, si ab eâdem voce μετουσιώσεως, & aliis Latinorum in hac causâ loquendi formulis, sicuti contendit Claudius, ita abhorrerent. Valeat itaque necesse est id omne, quod longâ verborum argutiarumque serie contexuit, vt ostenderet Græcis nullam esse locutionem, qua propriè transubstantiationem exprimerent, & si quæ sit, eam generalem esse, vt loquitur ac deficientem, quæ non minùs, morali spirituali- ve conuersioni, quàm reali &

Physicæ aptari queat. Sed nemo ignorat voces finitas esse, res verò infinitas, vt habet commune Dialecticorum pronuntiatum, adeóque frequenti vsu venire, vt quæ diuersa sunt, iisdem vocabulis notentur. Quare non tam ad id respiciendum est, quod in seipsâ dictio aliqua, & à suo contextu separata significat; quàm ad ea, quibus in orationis serie adiungitur: ex argumento si quidem & ex illius adiunctis propria nominum ratio petenda est. Ita ne vagari & errare sermo cogatur, nomina μεταβολῆς, μεταποιήσεως, μεταρρυθμίσεως, & consimilia, non secùs atque apud Latinos mutatio, conuersio, & cætera de qualibet materia dici possunt. Verùm statim atque materiæ alicuius finibus circumscribuntur, tunc vagam illam significationem, quia videlicet rei certæ & determinatæ applicantur, deperdunt. Illud autem in præsenti negotio de Sacramento Eucharistiæ factum fuisse manifestò declarant Patrum aliorumque Theologorum testimonia, qui veritatem illius conuersionis Physicæ verbis apertissimis significant: quippe quam Physicis exemplis illustrent. Quorsum enim tenderent exempla quæ ducunt ex alimenti aliarumque rerũ eiusdem naturæ commutationibus, nisi & ipsa panis & vini in Christi corpus & sanguinem conuersio inter Physicas quoque transformationes reponenda esset. Quare Græci, licet vsu domestico transubstantiationis nomen apud ipsos non obtineat; rem tamen ipsam dilucidè in scriptis suis testatam relinquunt. Vnde contigit vt nonnulli, quibus nomen transubstantiationis, sicut & nominis ratio bene comperta erat, Græcum μετουσίωσιν, quod ad literam notat transubstantiationem, vsurpauerint, sicuti Philadelphiensis Antistes, vel authentico testimonio illud comprobauerint, quales fuere Georgius Coresius, Dionysiusque Protosyncellus, quos antea appellauimus; vel demum ita ipsum præterierint prisca retinentes vocabula, vt horum & illius synonymiam ex adiunctis luce meridiana clariorem demonstrent: quod munus egregiè Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus, & Agapius Iunioris Græciæ Monachus executi sunt. Hic in primis puram putam Latinorum transubstantiationem, deditâ operâ, mentionem etiam faciens accidentium sine subiecto, adstruit. Parcit tamen vocabulo trãsubstantiationis. Igitur frigida sunt argumenta, eademque planè euanida, quæ pro tuendo Caluiniano dogmate Claudius ex vi nominis locutionumque, quas generales, mancas & deficientes appellat, minùs aptè deduxit.

Iam quia eâdem chordâ semper oberrat, pugnans duntaxat

argumentis, quæ vulgò in ſcholis negantia appellant, & in ſola vocis μετουσιώσεως reticentia præſidium ſibi quærit, nihil cauſæ eſt, cur iſtis refellendis prolixiùs detineamur: cùm ſponteneè corruant. Ita quis, niſi Claudio argutior fuerit, ex eo tranſubſtantiationem infirmari putet, quòd Græci ſeptem duntaxat ſynodos, quas vocant οἰκουμενικὰς, recipiant, à quibus μετουσιώσεως nomen penitus abeſt. Pariter ante Synodum Nicænam, vt reliquis ſuperſedeam, quæ ſimili ratione in controuerſiam adduci poſſent, habita ſunt concilia in quibus de nomine ὁμοουσίου nequidem cogitatum fuit. Nemo tamen, modò ſit paulò cordatior, hinc eliciat rem quoque ipſam quæ poſtea voce ὁμοουσίου notata eſt, tunc negatam fuiſſe. Verùm inquies, Græci Concilia, quorum autoritate apud Latinos cùm nomen, tum res ipſa tranſubſtantiationis definita ſunt, vimque decreti obtinuere, nullatenus receperunt. Mirum ſanè argumentationis genus. Quid ni pariter in eum regeram. Græci iſtas ſynodos in quibus Latini tranſubſtantiationem ſanctionibus ſuis confirmarunt, non reiecere, & inde hanc ab illis minimè improbatam fuiſſe, conficiam? Si enim negantibus argumentis quæ vbique perſtringit Claudius, quamuis ipſe non alia vſurpet, vti liceat; iſtud profectò longè melius eſt. Quandoquidem Græci, qui iam à Latinorum partibus animo auerſi erant, ſi quid in eorum ſtatutis deprehendiſſent doctrinæ ſuæ contrarium, ſtomachum profectò continere minimè potuiſſent. Sed ne latiùs & extra propoſitum in hac diſputatione vagemur, dicimus Græcos, Latinorum concilia, in quibus tranſubſtantiatio definita eſt, reliquis Synodis, non inſeruiſſe, quia Latinorum potius in his, quàm Græcorum res agebantur, vt ex negotio tranſubſtantiationis manifeſtè deprehenditur. Ea verò quibus & ipſi interfuere in Synodorum corpus coniecta non ſunt, quia in Occidente habita fuerunt, Græcis iam ab Eccleſiâ Romanâ diuulſis. Eiuſdem farinæ eſt quod ibidem Claudius objicit ex verbis profeſſionis fidei, quæ Græcis à ſummis Pontificibus propoſita eſt, nec non Synodi Florentinæ, quæ videlicet non μετουσίωται, ſiue tranſubſtantiatur, præferant; ſed μεταβάλλεται & πλεῦται, id eſt tranſmutatur & conficitur. Quippe verba illa, vti iam annotauimus, vbi agitur de rebus Euchariſticis nihil prorſus habent diuerſitatis; nec erat cur Raynaldum in iudicium vocaret, quòd Græcum μεταβάλλεται, per Latinum tranſubſtantiatur, reddiderit. Ad mentem enim Theologorum; non verò ſecundum Grammaticorum præceptiones verbum iſtud conuer-

Digitized by Google

tit. Clarissimus verò Arnaldus Raynaldi interpretationem, ficuti rem minoris momenti, de industriâ leuiter attigit. Cùm verò Cardinalis Bessario nomen transubstantialitatis in dissertatione, quam de Sacramento Eucharistiæ conscripsit, vsurpat, non id fecit, vti autor est Claudius, quia tunc erat Ecclesiæ Romanæ Cardinalis; sed quòd Latinè scriberet.

Iterum Claudius eiusdem libri 3. cap. 6. non tam rationibus, quàm vocum homonymiâ pugnat: P. 181. quippe in eo totus est, vt ostendat locutiones, quibus transubstantiationem demonstrari putat Arnaldus, easdem etiam alibi deprehendi, vbi ne ψευ quidem de re transubstantiationis. Exempli causa Græcis consimiles loquendi formulæ in vsu sunt, quando de Ecclesia, quatenùs est Christi Corpus, sermo instituitur, atque cum Eucharistiæ Sacramentum pertractant. Ita Cabasilas, cuius autoritas, si Claudio credamus, Arnaldum plus æquo delectat, expositionis liturgiæ capite 38. Ecclesiam in Christi Corpus & Sanguinem μεταβάλλεσθαι siue conuerti asserere non veretur. Ad Cap. 10. Secundò Oecumenius commentariis primæ ad Corinthios Apostolum inducit affirmantem, nos omnes esse αὐτὸ τὸ σῶμα, seu ipsummet Christi Corpus. Tertiò Græci inter obseruandum ceremoniam, in quâ panes oblatitij à mensâ propositionis, ad maius altare deferũtur, Græci, inquam, ad terram vsque demissi Euangeliorum codicem, quem portat Diaconus, manibus in altum sublatis, eodem honore afficiunt, atque si reuera ipsummet Christi corpus in manibus Diaconi gestaretur; dum in has voces erumpunt, Δεῦτε προσκυνήσωμεν, καὶ προσπέσωμεν Χριστῷ, σῶσον ἡμᾶς ὁ Θεός. *Venite adoremus, & ante Christum proni cadamus. Salua nos, Fili Dei.* Denique arguit panem etiam nondum consecratum altari propositionis additum eadem ferè sortiri nomina, quæ post consecrationem admittit. Quo pacto Germanus Patriarcha Constantinopolitanus ait in Theoriâ, Χριστον ὁρᾶν τῷ ἄρτῳ ὁρώμενον, *In pane Christum cerni:* & apud Arcudium Gabriel Philadelphiensis Antistes symbola panis & vini ad Prothesim admota appellat, ἅγια, θεῖα, ἄῤῥητα, καὶ ἄχραντα μυστήρια, *Sancta, diuina, ineffabilia, & intemerata mysteria.* Sed hæc meras esse argutias, principia, quæ iam antea stabiliuimus, haud obscurè declarant. Voces, vti diximus ab argumento & adiunctis separatæ ad res quamplurimas trahi possunt: secùs verò postquàm iisdem applicatæ fuerint. Corpus Christi non minus bene dici de Ecclesiâ, quàm de Eucharistiæ Sacramento nemo non agnoscit. Illud tamen est discriminis, quòd vnum sit mysticum; alterum autem proprium & physicum, si ad mate-

Digitized by Google

riam ſolùm de qua agitur, Claudius velit attendere, ſtatim & abſque vllo negotio rationes ſuas dilui ſentiet; imò Latinos æque ac Græcos illis premi fatebitur: adeo ſunt malè cohærentes. De Eccleſia, vt eſt Chriſti corpus, perfecta eſt Patrum omnium conſenſio poſt Apoſtolum in epiſtolâ ad Corinthios. Iidem pariter in vnam eamdemque ſententiam conſpirant de Chriſti corpore ſub Symbolis contento. Nec video quâ ratione fieri potuerit, vt ſpecialem Claudius probationem ſumat ex Cabaſilæ teſtimonio, cùm Chriſti Corpus apud omnes Theologos de Eccleſiâ æque dicatur, ac de Sacramento Euchariſtiæ. Modus tamen appellationis, qui ex eo, quod in ſcholis vocatur ſubiectum, ſumitur, eſt valdè diuerſus. Quod nec ipſimet Caluiniani diffiteri poſſunt, quibus non ſecùs atque Ortodoxis, aliud ſonat Chriſti Corpus, quando de Eccleſiâ affirmatur, & aliud, quando dicitur de Euchariſtiâ. Verùm obiicit Claudius ipſamet Cabaſilæ verba, quibus Arnaldus doctrinam Eccleſiæ Romanæ de reali præſentia aſſerit, aliter intelligenda eſſe, nimirum de Eccleſia, & id eorumdem contextus apertè euincit. Sed minus ſincerè cum Arnaldo agit Claudius, qui complurium, quæ fuſiùs ille produxit Cabaſilæ teſtimoniorum nullâ ratione habitâ, vnum ſeligit, quod magis impeditum videtur, quo totum illud negotium infirmari exiſtimat: & quaſi iam triumphator eidem moleſtiam exhiber, quòd Cabaſilæ teſtimonium magna ſui parte truncatum retulerit, veritus ne ex reliquo contextu deprehenderetur, Cabaſilam de Eccleſia tantùm, quatenus eſt Chriſti Corpus, ibi ſermonem inſtituere. Sed inaniter profectò laborat. Verba Cabaſilæ ſimul de Chriſti corpore myſtico, & naturali in Sacramento, rectè intelligi poſſunt. Ita viri ſingulari rerum Theologicarum ſcientia, nec non Scripturarum peritia clariſſimi, licet ad literam caput ſextum Ioannis, in quo Chriſtus panis vitæ appellatur, de Sacramento Euchariſtiæ minimè intelligant; inde tamen appoſitè pro reali Chriſti præſentiâ in eodem Sacramento probationes duci poſſe arbitrantur: quia videlicet ſaltem ad eam alludit. Deinde Patribus familiare eſt, ac pene domeſticum, vt quando agitur de Sacramento Euchariſtiæ, myſticas cùm propriis locutiones commiſceant: quandoquidem vix in hoc argumento vna ab alterâ obneceſſariam vtriuſque connexionem ſecerni poteſt. Ioannes ipſe Caluinus libro 4. inſtitutionis, impugnata eorum ſententia, qui non aliam cum Chriſto communionem agnoſcebant, quàm Spiritus, præterita carnis & ſanguinis

mentione, dum firmiſſimis rationibus & è ſcripturâ petitis oſtēdit Chriſti Carnem vere eſſe cibum, & eius Sanguinem vere eſſe potum, vtramque loquendi formam in vnum veluti ſermonem confundit; quaſi reapſe Chriſti corpus myſticum, quod eſt Eccleſia, à Sacramentali nullatenus diſcreparet. *Quis non videt* (inquit) *Communionē Carnis & Sanguinis Chriſti, neceſſariam eſſe omnibus, qui ad* cap. 17. par. 9. *cæleſtem vitam aſpirent? Hue ſpectant illæ Apoſtoli ſententiæ Eccleſiam eſſe corpus Chriſti, & eius complementum; ipſum verò eſſe caput, ex quo totum corpus coagmentatum & compactum per commiſſuras incrementum corporis facit corpora noſtra eſſe membra Chriſti.* Tamen conſtat eidem Caluino probè cognitam fuiſſe aliam, & magis ſpecialem Chriſti corporis rationem, quod Fideles accepto panis ſymbolo, recipiunt: & id ibidem verbis apertis ſignificat, figuratam refellens Zuinglianorum locutionem, qua rei ſignatæ nomen, ſigno ipſi defertur, quæ iuuat integra retexere, vt ex illis patefiat Claudium Zuinglij potius, quàm Caluini partibus adhærere. *Fateor ſanè fractionem* para. 10. *panis ſymbolum eſſe, non rem ipſam. Verùm hoc poſito, à ſymboli tamen exhibitione rem ipſam exhiberi, rectè colligemus. Niſi enim quis fallacem Deum volet, inane ab ipſo ſymbolum proponi, nunquam dicere audeat. Itaque ſi per fractionem panis, Dominus corporis ſui participationem verè præſentat, minimè dubium eſſe debet, quin verè præſtet atque exhibeat. Atque omnino iſthæc pia tenēda eſt regula, vt quoties ſymbola vident à Domino inſtituta, illic rei ſignatæ veritatem adeſſe certò cogitent, ac ſibi perſuadeant. Quorſum enim corporis ſui Symbolum tibi Dominus in manum porrigat, niſi vt de vera eius participatione certiorem faciat? quod ſi verum eſt præberi nobis ſignum viſibile ad obſignandam inuiſibilis rei donationem, accepto corporis Symbolo, non minùs corpus etiam ipſum nobis dari certò confidamus.* Immò Caluinus ibidem loquendi formulas in vnum eumdemque locum congerit, & ex iiſdem D. Ioannis verbis ſenſus diuerſos elicit; dum 48. & 51. capitis 6. illius Euangeliſtæ verſus. *Ego ſum pa-* para. 8. *nis vitæ qui de cælo deſcendit. Et panis quem ego dabo, Caro mea eſt, quam ego dabo pro mundi vitâ*, Ita illuſtrat: *Quibus verbis docet, non modò ſe vitam eſſe, quatenus eſt ſermo Dei æternus, qui è cælo ad nos deſcendit; ſed deſcendendo vim iſtam in carnem, quam induit, diffudiſſe, vt inde ad nos vitæ communicatio promanaret. Hinc & illa iam conſequuntur, quòd Caro eius verè eſt cibus, Sanguis eius verè eſt potus, &c.* Ex his omnibus apertè liquet Ioannem Caluinum eadem Scripturæ verba in ſenſus diuerſos deducere, ſimulque myſticas locutiones cum propriis adhibere; quia videlicet illarum nulla eſt inter ſe diſcordia. Quare ſubtilitatibus tantùm, non autem rationibus pugnat Claudius, dum Arnal-

Arnaldum ob id maximè traducit, quòd pro tuendâ reali, quam vocamus, præsentiâ, Cabasilæ testimonium produxerit, in quo de Ecclesia, quæ Christi est corpus mysticum, disseritur. Cabasilam in eâ dissertatione frequenter de Mystico Christi corpore, siue de Ecclesiâ agere haud inuitus agnosco. Sed quis ignorat mysticas locutiones, proprias minimè excludere? Igitur etsi vera sit saltem ex parte Claudij argumentatio, ea tamen impedimento esse nequit, quominùs etiam Arnaldi probatio legitima sit & antiqua. Simili negotio diluitur argumentum quod ex autoritate Oecumenij desumitur; hunc enim de Mystico Christi corpore loqui cum Apostolo, res est minimè dubia. Neque etiam aliter intelligenda esse quæ ibidem subiungit Claudius de codice Euangeliorum, & ex Germani Theoriâ, ipsemet testatur, vbi asserit Græcos per hæc, diuersa Christi mysteria denotare, seu, vti loquuntur Liturgiæ Græcæ expositores, vniuersam Christi mysteriorum, puta ortus, vitæ, & mortis œconomiam, in his repræsentari. Potuit igitur Claudius, & quidem optimo iure ex his inferre magnam partem mysticas esse Græcorum in eiusmodi dissertationibus loquendi formulas: sed peruersè admodùm inde confici putat, Græcos, si quando de Christi corpore, conuersione, & aliis id genus sermonem instituant, non alias vsurpare locutiones, quàm mysticas: quasi verò non aliæ suppeterent apud eosdem Scriptores, quæ nihil omnino habent mystici: quid mysticè, quid verò ad literam, vt aiunt, & propriè sumendum sit ex materiâ, & illius adiunctis dijudicatur. Ex nudis vocibus, quæ pro diuersâ locorum ratione, diuersa quoque significant nihil certi, atque determinati concluditur. Nec in iis, vt nudæ sunt voces quæ diuersæ materiæ applicari possunt, vim fecit doctissimus Arnaldus; sed quatenus intra quosdam limites circumscribuntur, qui omnem homonymiæ rationem remouent. Denique suo seipsum gladio iugulat Claudius, dum Græcis transubstantiationem minimè probari inde colligit, quòd illi symbola nondum consecrata iisdem nominibus honoribusque afficiant, atque consecranda, vti legere est in Gabriele Philadelphiensi apud Arcudium. Sed grauissimè profectò hallucinatur, dum assertionis suæ testem producit, virum qui verbis apertissimis Ecclesiæ Romanæ persuasionem de transubstantiatione adstruit, quodq; penitùs Claudiũ confodit, postquàm ille dona nondum consecrata ἅγια καὶ θεῖα *sancta & Diuina* appellauit, simulque honorem ac venerationem, quæ ipsis debentur, sedulò annotauit, tunc ne quis putet

Græcos nihil discriminis inter dona consecrata & non consecrata statuere, animaduertit honorem qui donis nondum consecratis defertur, longè diuersum esse ab eo quo Christiani Orthodoxi eadem symbola iam consecrata prosequuntur: quandoquidem primus simplex est duntaxat veneratio; alter verò proprius, & quo Deus solus afficitur Latriæ cultus. Ita enim de symbolis adhuc mensæ propositionis addictis loquitur. Προσκυεῖται εὐλόγως, καὶ πράσται δικαίως, καὶ γεραίρεται, καὶ περιέπεται ὕμνοις καὶ λάμπασι καὶ ὠδαῖς· ἀπροκριμάτως. *Iure merito adorantur & honorantur, hymnorumq; Lampadum ac suffituum honoribus absque præiudicio afficiuntur.* At de iisdem postquàm in Christi corpus & sanguinem beneficio consecrationis transierunt, hæc habet. Οὐ μόνον προσκυεῖται, ἀλλὰ καὶ λατρεύεται, καὶ πιστεύεται τοῦ παίτων θεοῦ ὀρθοδόξων χριστιανῶν κυρίως εἶναι σάρκα καὶ αἷμα Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν. *Non solùm adorantur, sed adorantur Latriæ cultu, & creduntur, proprie esse caro & sanguis Christi Dei nostri ab omnibus Orthodoxis Christianis.* Valeat itaque necesse est id omne quod Claudius ex Grammaticorum potiùs, quorum est de nominibus disputare, quàm ex Theologorum, qui rebus ipsis intenti sunt, officinâ, in tertium responsionis suæ librum prolixiùs conjecit. Ad hanc quoque classem reuocanda sunt, quæ de particulis ibidem commentus est; sed ea silentio in præsentia præterire visum est; quia commodius ad specialem quam eâ de re instituit disputationem, trãsferentur. Ita etiam suis quoque locis, alia quædam tractabimus, quæ ex eodem fonte deducta sunt.

Ad præsens Corollarium referre nobis visum est ea quæ eiusdem libri tertij capite 10. sumit ex iuniore Græciâ in transubstantiationis Latinorum euersionem. Primò igitur magnâ animi confidentiâ elatus ad consequentias, quæ ex transubstantiationis doctrinâ duci queunt, recurrit, & firmissimum putat transubstantiationis nunquam à Græcis cognitæ argumentum, quòd de iis omnibus, quæ dogma istud necessariò consequuntur, minimè cogitent, & de accidentium Ex. C. sine subiecto, & aliis eiusdem naturæ de quibus intra scholarum parietes subtiliùs altercantur, nusquam lites moueant. Sed cum pace illius dixerim hæc argutas esse ineptias ex merâ Philosophiâ & vano Dialecticæ apparatu petitas, quibus totum istud negotium non tam illustrare, quàm solertiâ suâ obscurare conatur. Nam si quid hoc argumentationis genere demonstratiui effici posse existimat, præcipuæ Christianæ Religionis mysteria pari facilitate in dubium reuocari poterunt. Si quis enim per omnes Ecclesiæ ætates velit discurrere, haud du- P. 251

biè deprehendet, priſcorum fidem ſimpliciſſimam extitiſſe, & de multis in ſequioribus ſeculis diſputatum fuiſſe, quorum ne vmbra quidem in illis apparet. Si Patrum ſcripta qui Athanaſium & Cyrillum Alexandrinum anteceſſerunt ætate, cum eorum qui illis poſteriores ſunt, libris comparentur, multa ab illis prætermiſſa fuiſſe reperias, quæ fuſiùs ab his agitata ſunt. Quippe eiuſmodi quæſtiones occaſio vel neceſſitas procreat. Berengarianorum, vti iam animaduerſum eſt, improbitas, quæ frangenda erat, fecit vt multa in quæſtionem venerint, vt aduerſùs eorum argutias fidei Catholicæ ſimplicitas ſtrenuè defenderetur. Græci verò, vt de iſtis minutioribus diſceptarent, adduci non potuerunt; quia fidei ſuæ de rebus Euchariſticis vetuſtas hæreticorum innouationibus perturbata non fuit. His accedit artem illam quâ poſt longiſſimum temporis ſpatium, in ſcholis Theologi de rebus diuinis ſubtiliùs diſputare cæperunt, apud Græcos ſicut apud Latinos minimè obtinuiſſe. Non ex eo rei alicuius nouitas debet argui, quòd poſt multa tandem ſecula cognita fuerit: ſed hinc ſolùm conſequens eſt, vt inter ea quæ minùs præcipua ſunt, collocetur. Vtrùm verò iure optimo illa ſit in rerum natura, ea quam habet ad principia ex quibus deriuata eſt habitudo manifeſtè aperiet. Iam etſi quæſtiones de accidentibus, vt loquuntur in Scholis, ſine ſubiecto, & conſimiles, non ita pridem agitari cæperint, & à Græcis vulgò non moueantur: eas tamen, ſi quando ad illorum notitiam peruenerint, in Latinis minùs improbant. Imò qui Theologiæ Scholaſticæ operam dederunt, Latinam in hac parte loquendi formam imitantur. Ita Philadelphienſis noſter Antiſtes in Apologiâ palam teſtatur ſymbola poſt conſecrationem tranſubſtantiari, eademque nihil ſubſtantiæ panis & vini retinere, remanentibus duntaxat accidentibus accommodatè ad noſtram imbecillitatem τὰ συμβεβηκότα σάρξιν καὶ αἷμα τῇ ἀνθρωπίνῃ ἀσθενείᾳ, Similiter Agapius recentioris Græciæ Monachus libri quem inſcripſit ἁμαρτωλῶν σωτηρίαν, *peccatorum ſalutem*, primâ parte p. 59. Chriſtum appellat Moyſem Επουράνιον, ſiue cæleſtem, ὃς πρὸς ἀφ' οὗ μᾶς ἐλύτρωσε ἀπὸ τὴν δεινὴν τῶν Αἰγυπτίων αἰχμαλωσίαν, ἐσκέπασε τὴν θείαν αὐτοῦ καὶ ὑπέρλαμπρον οὐσίαν μετὰ συμβεβηκότα καὶ εἴδη ἄρτου καὶ οἴνου. *Qui ex quo nos eripuit ex dura Ægypti captiuitate, Diuinam ſuam & præclaram ſubſtantiam velauit hiſce panis & vini accidentibus atque ſpeciebus.* Multis quidem Claudius libri 4. capite 3. huic Agapio detrahere conatur, neque reformidat Arnaldum, qui iam Agapij meminerat in iuis vocare, quaſi fœtum ſuppoſititium

& adulterinum produxiſſet; ſed ita frigidè ac ieiunè partes illas exequitur, vt ea referre pudeat. Primò quia hunc librum lingua vernacula Græcè ſcriptum ſe offendiſſe dixerat Arnaldus, hinc argumentatur Claudius,* & partum hunc ſuppoſitum arbitratur, quòd fortuitò in eum incideret. Quia ſcilicet vix fieri poteſt vt Græcus Scriptor qui verbis ita apertis Eccleſiæ Romanæ tranſubſtantiationem ſtatuit, lucem non aſpiciat, niſi caſu & fortuitò. Deinde aſſerit apud Matthæum Caryophilum qui Cyrilli confeſſionem deditâ operâ refutauit, ne quidem nomen iſtius Agapij deprehendi; neque etiam Leo Allatius, qui longè multa in eumdem Cyrillum euomuit, fideique Romanæ in negotio tranſubſtantiationis acerrimum defenſorem ſe præbuit, Agapium nuſquam appellat. Denique his & aliis eiuſdem rationis adductum ſe profitetur, vt opus illud ab aliquo impoſtore profectum fuiſſe exiſtimet. Sed longè veriùs dixerim Claudium in eo omne ſtudium poſuiſſe, vt quod partibus ſuis contrarium ſentiebat, futilibus argutiis calumniando peruerteret, atque rationes obiectas, non ratione, ſed procacitate dilueret. Cur & ipſum Gabrielis Philadelphiæ Antiſtitis opus, vt ſuſpectum & ὑποβολιμαῖον non reſpuit? Cùm præſentem *de accidentibus ſine ſubiecto*, controuerſiam, in eo teſtatam, non minùs dilucidè reliquerit. Verùm ne diutiùs opus illud quod ſub nomine Agapij montis Athos Monachi ab homine Romanenſi confictum fuiſſe ſuſpicatur, ancipitem Claudij animum teneat; quid ex rei ipſius veritate de eo ſentiendum ſit, ex ipſomet Autore, ſine fuco hauriemus.

pag. 376.

Agapium non vt hominem Diuinum, & è cælo delapſum fingemus; ſed quod res eſt, dicimus Agapium in Græcis Latiniſque Scriptoribus haud inexercitatum fuiſſe. Opus de quo nunc diſpu-

* *On peut fort bien mettre encore au rang des Auteurs ſuſpects de ſuppoſition vn certain Agapius, que M. Arnaud dit auoir eſté Moine du mont Athos, & dont il nous rapporte quelques extraits. Je veux croire que les extraits ſont fidelles, & qu'il les a fidelement traduits. Mais quelle aſſeurance auons nous que cet Auteur ne ſoit pas ſuppoſé, & qu'il n'y faille ſoupçonner aucune impoſture..... Ils ne ſ'auroient trouuer rien de ſi fort dans aucun autre Auteur. Comment donc auroient-ils negligé cet Agapius d'vne telle maniere, que M. Arnaud qui a ſes correſpondances par tout en Italie, en Grece, en Suede, en Moſcouie, en Syrie, n'en ayt eu aucune connoiſſance que par rencontre.... Leo Allatius a recueilly tout ce qu'il a pû trouuer de fauorable, ſoit dans les Liures imprimez, ſoit dans les Manuſcrits. M. Arnaud le ſçait bien, puiſque c'eſt de là qu'il a tiré preſque tout ce qu'il nous a produit de plus ſpecieux: mais il ne nous dit rien d'Agapius. Ce qui me fait ſoupçonner auec beaucoup de juſtice, que c'eſt l'ouurage de quelque fourbe. Quoy qu'il en ſoit, il n'eſt pas raiſonnable de s'en preualoir, juſqu'à ce qu'on nous l'ayt fait vn peu mieux connoiſtre.*

Digitized by Google

tatur, hanc præ se fert inscriptionem, Βιβλίον ὡραιότατον καλούμενον ἁμαρτωλῶν σωτηρία μετὰ πλείστης ἐπιμελείας συντεθὲν εἰς κοινὴν τῆς Γραικῶν διάλεκτον παρὰ Ἀγαπίου μοναχοῦ τοῦ Κρητὸς, ὁ τῷ ἁγιωνύμῳ ὄρει τοῦ Ἄθω ἀσκήσαντος, ἐν νέῳ νεοσὶ διορθωθὲν παρ' αὐτοῦ, καὶ τυπωθὲν οἰκείοις αὐτοῦ ἀναλώμασι. Ἐνετίησι παρὰ τῷ Ἀντωνίῳ τῷ Ἰουλιανῷ κατὰ τὸ αχμα. ἔτος ἀπὸ Χριστοῦ. *Liber pulcerrimus qui vocatur peccatorum salus, maximâ curâ compositus in linguâ Græcâ vernaculâ ab Agapio Cretensi Monacho, in monte Atho, qui sanctus appellatur se exercente, & nunc recens correctus ab eodem propriisque illius sumptibus editus Venetiis apud Antonium Iulianum anno 1641.* Deinde præmittitur vniuersō operi epistola ad Lectorem, in qua illius rationem & œconomiam attingit. Διὰ τοῦτο, inquit, ὁ ἁμαρτωλὸς ἐγὼ, καὶ ἀνάξιος τῆς τοῦ μοναχοῦ κλήσεως ἐσυναθροίσα, μὲ τὴν θείαν δύναμιν καὶ βοήθειαν ἀπὸ τὰ ἁγιώτατα λόγια τῶν διδασκάλων μας. *Propterea peccator ego, & indignus Monachus, collegi Diuinâ ope & auxilio ex diuersis Doctorum nostrorum sermonibus, &c.* Qui autem fuerint magistri illi, ex quorum libris lucubrationem suam excerpsit, nonnullis interiectis ita declarat. Καὶ ὡρέθη τις λόγος, ἢ λέξις, ἢ γράμμα ἐλάχιστον εἰς παύτην τὴν βίβλον, ἢ εἰς ἄλλην πᾶ ὅπου συνθέσω χαρίσα χάριν καὶ νὰ μὴν ἔχῃ καθὼς θέλει ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Καθολικὴ καὶ Ἀποστολικὴ ἐκκλησία τῶν Γραικῶν ἐξαλείφω καὶ ἀφανίζω. *Si inuentus fuerit sermo aliquis, vel dictio, vel minima litera in hoc libro, aut in alio quocunque si quando componam, quæ non fuerint sicuti definit sancta Dei Ecclesia Catholica & Apostolica Græcorum, ea deleo atque extermino.* Et mox causam hisce verbis subiungit. Ταῦτα λέγω διότι οἱ λόγοι οὗτοι ἦσαν εὐγαλμένοι ὡς ἄνθρωπα ἔρημα ἀπὸ βιβλία διάφορα Ἰταλικὰ καὶ Ῥωμαϊκά. *Hæc dico quia sermones isti excerpti sunt, vt supra dictum est, ex libris diuersis cùm Latinis tum Græcis.* Quin hæc ad suas partes Claudius pertrahat nullus dubito, quasi reapse Latinorum potius voces, quàm Græcorum imitatus fuerit; ea tamen silentio præterire nolui, quia nec odio, nec stomacho, neque calumniâ, sed ardenti veritatis studio ad scribendum accinctus sum. Qui verò de his liberum, & ab anteceptæ animo sententiæ alicuius informatione alienum iudicium ferre voluerit, nihil aliud in iis agnoscet, quàm hominis qui Doctorum censuræ scripta sua subiiciat, modestiam; quique ingenio & doctrinæ suæ non satis confidit, veniam precatus, si in aliquibus veram fidei Catholicæ rationem non tenuerit. Vnde statim persuasionis suæ professionem adiungit. Ἐγὼ γὰρ πιστεύω καὶ ὁμολογῶ, ὡς οἱ Προφῆται προεῖπαν, καὶ οἱ Ἀπόστολοι, καὶ αὐτοπλαι τῆς λόγου ἐδίδαξαν, καὶ καθὼς ἔπαν τῆς θεοφόρων πατέρων, καὶ διδασκάλων

ἡμῖν παρελάβομεν. *Ego enim credo & confiteor idem quod Prophetæ prædixerunt, quod Apostoli, quique verbum ipsi viderunt, docuere, & quomodo à diuinis Patribus ac Doctoribus nostris accepimus.* Verùm, inquies, palam testatur Agapius, quæ in Græcis Latinisque Scriptoribus dispersa ac dissipata erant, ea se in opus suum, velut in vnum corpus coniecisse; ita vt quę de transubstantiatione & eius modo pronunciat, eadem ad verbum ex horum libris translata fuisse videantur. Rem istam ita se habere ingenuè, & vt decet hominem aliorum opinionibus minimè impeditum liberè profiteor: at vix assequi possum, quo pacto inde aliquid detrimenti in Latinorum transubstantiationem deriuari queat. Quin imò pro eadem firmissimum hinc ducitur argumentum, nihilque aptius est ad euincendam perfectam gentis vtriusque in doctrinâ transubstantiationis consensionem, quàm istæ similes loquendi formæ, vt etiam autor est Claudius, & bene multis contendit libro 3. Responsionis: nam Græci locutiones quæ transubstantiationem extra controuersiam statuunt, etiam probè intellectas à Latinis doctoribus mutuantur, nec tantùm rem ipsam de qua nemo sanus dubitauerit, sed & illius nomen nihil diuersi à suâ sententia habere agnoscunt.

Iam quæ ibidem Claudius ex Græciæ recentioris Scriptoribus contra Latinorum transubstantiationem obiicit, expendere operæ pretium est. Primò itaque Christophori cuiusdam Angeli pietate non minus quàm eruditione, si ipsi fides habeatur conspicui autoritatem opponit. In hoc autem vim inprimis facit, quòd Græculus iste, qui antè annos 60. viuebat in Angliâ, dum loquitur de Symbolis iam consecratis, siue de Christi corpore & Sanguine, panis & vini nomina retineat in scripto, quod à Georgio Felauio Lutherano Doctore, Latino sermone donatum est. Sed ex eiusmodi locutionibus nihil omnino deduci posse in euersionem transubstantiationis pro comperto & explorato habetur. Nam vt Latinos cæteraque Christianæ Reipublicæ nationes præteream, Gabriel Philadelphiensis Antistes, & Agapius Monachus fidei Græcanicæ assertores, qui non secus atque Latini post Symbolorum consecrationem, eorum duntaxat, συμβεβηκότα, καὶ εἴδη ἄρτου καὶ οἴνου. *Accidentia, & species panis & vini*, superesse existimant, panis similiter & vini nomina retinent. Ita Agapius dum malos arcet à communione, loquitur. Οὗτος ὁ ἅγιος ἄρτος σῴζεται ἐν ἑαυτῷ τῷ καθαρωτάτῳ ἐκείνῳ καὶ παρθενικῇ σαρκὶ, ὁποὺ ἐγέννησεν ἡ ἀειπάρθενος κόρη καὶ παναγία μας Μαρία. *Panis ille Sanctus in seipso continet eamdem carnem purissimam ac*

Virginalem, quam semper virgo & immaculata Maria genuit. Et mox addit. Καὶ μὴ τολμήσῃ τις νὰ φάγῃ αὐτὸν τὸν ἀφράγιστον ἄρτον ἀπεξομολόγητος. *Ne quis eò veniat audaciæ, vt panem illum cæleſtem peccata non confeſſus manducet.* Similiter paginâ 64. poſtquàm dixit in diuino myſterio Chriſti Carnem ac Sanguinem, ὡς ἀληθείᾳ ſeu verè manducari, ſtatim ſubiicit. Τίς νὰ ἐξηγήσῃ χ' τὸ τρέμει τῶτε τῷ ἄρτε τὼ ἀξιότητα. *Quis poſſit exponere, vt decet, panis illius dignitatem?* Denique vbi attingit membrum 3. hæc habet p. 66. τὸ γ' ἔναι ὁ πόθος χὴ ὄρεξις τοῦθε τῶτοι τὸν ἄρτον. *Tertium eſt, deſiderium & appetitus ad hunc panem.* Præterea Græculi iſtius verba à mente Claudij adeo aliena ſunt, vt Fhelauius eadem ex more Gentis Moſcouiticæ apud Olearium illuſtrans hæc habeat. *Credunt tranſubſtantiationem, panem & vinum ſciliset reuera in Corpus & Sanguinem Chriſti mutari.* Eandem vero Græcorum atque Moſcouitarum in hoc negotio perſuaſionem eſſe nemo neſcit. Chriſtophorus Angelus in ea ſectione ritum communionis Eccleſiarum ſuarum vſu receptum deſcribit. Neque aliud præfert ipſa capitis illius inſcriptio, *de modo quem in vſu ſacræ cænæ obſeruant.* Igitur non aliò trahenda ſunt iſta Angeli verba. *Sacerdos autem ſanctis manibus ſua geſtans progreditur, inque ipſo oſtij huius limine conſiſtens vnicuique illorum Corpus & Sanguinem Domini vno eodemque actu, hoc eſt panem & vinum mixtum aſtribuit.* Græcum autoris contextum præ manibus non habeo: ſed non eſt ad expiſcandam illius mentem neceſſarius. Panis enim & vini nomine, vel panis vino intincti, vt addit Latinus interpres, communionem ſub vtraque ſpecie denotare voluit, & id vniuerſa contextus ratio apertè declarat; ipſe que Fhelauius Lutheri aſſecla in ſuis Annotatis ad hoc caput de re alia minimè cogitauit. Imò quod vix credibile eſt, Romanæ Eccleſiæ tranſubſtantiationem ab iſtis Gentibus receptam oſtendit. Sed de his plus ſatis dictum fuerit; maximè cùm id argumenti à viris in hoc negotio exercitatiſſimis egregiè illuſtratum fuerit. Nos ea ſolùm referimus quæ ab ipſis prætermiſſa ſunt, quæque probationes quas ex iuniore Græcorum teſtimoniis quâdam circuitione ſibi ſumit Claudius, rectâ impugnant.

Secundò Methrophanem Critopulum tunc Cyrilli Patriarchæ Protoſyncellum, quique poſtea ad Patriarchatum Alexandrinum aſſumptus eſt, vt locupletiſſimum teſtem tranſubſtantiationis Græcis recentioribus improbatæ appellat. Iſte confeſſionis quam in vſum Eccleſiæ Orientalis anno 1625. Helmeſtadij adornauit capite quod, περὶ τῆ κυριακῆ δείπνου, *de cæna Domini inſcribitur*, ait, *panem conſecratum verè Chriſti cor-*

pus esse, & quod est in calice illud indubitatè Sanguinem eius esse, verùm conuersionis illius modum nobis non esse cognitum, neque explicari posse. Sed quis statim non deprehendat Claudium suo seipsum gladio conficere. Metrophanes non semel inculcat in Sacramento verè & indubitatè Christi corpus, & illius sanguinem reperiri: quâ autem ratione id obtineatur, se nescire, vt erat consentaneum, ingenuè profitetur. Quidni & ipsis Synodi Tridentinæ Patribus molestiam exhibet, qui similiter asseuerant existendi rationem qua Christus Sacramento præsens est, verbis exprimi vix posse, possibilem tamen esse Deo, & cogitatione duntaxat per fidem illustrata cognosci. Non igitur Critopulus substantialem, quàm vulgò appellamus symbolorum conuersionem, improbat, dum perfectam illius scientiam solis Beatis deberi asserit; quin imò hanc euidenti decreto adstruit, quando ignorationis huiusce causam ingenij humani non satis in hac vitâ capacis imbecillitati tribuit. At Claudius, qui quotiescunque de conuersione symbolorum agitur, ex antecepta Caluinianismi informatione, non aliam indicari arbitratur, quàm δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, *virtutis & efficientiæ* mutationem, ad hanc velut ad firmissimum præsidium recurrit; sed inaniter profectò & temerè: Si enim sola virtutis & efficientiæ conuersio Metrophani in mentem venerit, non autem realis & Physica, quî fieri potuit vt hanc ab intellectu humano minimè comprehendi posse tantâ confidentiâ pronunciauerit? Obuia siquidem est omnibus, neque captu difficilis quæ in virtute duntaxat & efficientiâ posita est mutatio. Iterum negligentiùs adhuc & infeliciùs pugnat, cùm, ex eo quòd idem Metrophanes verbis istis, *nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, speciei vtriusque necessitatem arguat, ipse Latinorum transubstantiationem & eam quam vocant concomitantiam, funditus destrui existimat. Sed quantum valeat ista argumentatio palam testatur Georgius Cassander & alij fidei Romanæ assertores, quibus Calicis quoque diminutio plus æquo displicuit. Ii siquidem, non secus atque Metrophanes, Ioannis verba vrgebant, tamen de infirmandâ transubstantiatione nunquam cogitarunt Denique exemplum quod ex lanæ tinctura sumit idem Metrophanes, longè abest à sententiâ Claudij: probat si quidem Eucharistiæ Sacramentum in vsu, vt aiunt, minimè fitum esse. Neque consequens est, vt panis substantia, quæ sanctitatem interuentu precationis induit, remaneat, quòd intinctæ lanæ quæ nihil substantiæ

Ioan. 6.

tiæ ſuæ deperdit, comparetur. Neceſſe ſiquidem non eſt, vt ſimilitudo rei comparatæ in omnibus reſpondeat; ſed in iis ſolùm quorum causâ comparatio allata eſt: alioqui exempla, quæ vulgò ad Trinitatis Incarnationiſque Myſteriorum illuſtrationem, proferuntur, in eorumdem perniciem caderent, vt pote quæ in omnibus minimè quadrent. Neque etiam magis appoſitè in odiũ tranſubſtantiationis ea producit, quæ ibidem habet Metrophanes de reliquiis Sacramenti quæ ſuperſunt, quaſque etſi per longiſſimi temporis ſpatium aſſeruentur, ſemper extare corporis & ſanguinis Chriſti reliquias affirmat. Eiuſmodi locutio, inquit Claudius, non ſapit hominem qui tranſubſtãtiationis perſuaſionem in animum ſuum induxerit. Sed Autor ipſe mentis ſuæ ſenſum verbis apertiſſimis teſtatum relinquit: nam Euchariſtiæ Sacramentem in eo à reliquis diſtinguit, quòd veritas à ſigno etiam præter vſum illius, nunquam ſeparetur; ſicut antea in Synodo Tridentina hoc canone aduerſus Nouatores ſancitum fuerat. *Si quis dixerit peracta conſecratione in admirabili Euchariſtiæ Sacramento non eſſe corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti; ſed tantum in vſu, dum ſumitur, non autem ante vel poſt; & in hoſtiis ſeu particulis conſecratis, quæ poſt Communionem reſeruantur, vel ſuperſunt, non remanere verum corpus Domini, anathema ſit.* Quæ verba cum Metrophanis ſententia haud dubiè per omnia conſentiunt.

Tertiò magno verborum ſtrepitu, & quaſi iam actum eſſet de fide Eccleſiæ Romanæ, objicit profeſſionem Orthodoxæ fidei à Græcis emittendam, quæ libro 6. Bibliothecæ ſelectæ Antonij Poſſeuini Græcè & Latinè ſcripta habetur. Id autem inprimis vrget, quòd Græcis qui nomen ſuum dant Eccleſiæ Romanæ, & eius perſuaſionem amplexantur, τῆς οὐσίας μεταβολὴ, καὶ μετουσίωσις, *ſubſtantiæ conuerſio ac tranſubſtantiatio*, credenda proponatur. Cur Græci, inquit, qui ad Latinorum partes tranſeunt, hanc doctrinam profitentur, ſi eâ iam imbuti fuerint? Priuſquàm nodum hunc ſoluamus, verba ipſa profeſſionis afferre eſt operæ pretium.

Ομοίως ὁμολογῶ ὅτι τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ προσφέρεσθαι τῷ θεῷ τὸν ἀληθινὸν, ἐξ οἰκείας, καὶ ἐλαφρίου θυσίαν ὑπὲρ ζώντων καὶ νεκρῶν, καὶ ὅτι ἐν ἑκατοστῷ τῆς εὐχαριστίας μυστηρίῳ ὑπάρχειν ἀληθῶς, εἶπερ, ἐν ὑσιωδῶς τὸ σῶμα, καὶ τὸ αἷμα μετὰ τῆς ψυχῆς, καὶ θεότητος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ· καὶ ὅλον μὲν τὸν τοῦ αὐτοῦ οὐσίαν εἰς τὸ σῶμα, ὅλον δὲ τὸν οἶνον οὐσίαν εἰς τὸ αἷμα μεταβάλλεσθαι. ἣν μεταβολὴν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία μετουσίωσιν ὀνομάζει.

Profiteor pariter in miſſa offerri Deo verum, & proprium, & propitiatorium ſacrificium pro viuis & defunctis, atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realiter & ſubſtantiali-

ter corpus & ſanguinem, vnà cum anima & Diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem. Quam conuerſionem Eccleſia Catholica tranſubſtantiationem appellat.

Claudius deditâ operâ, & vt incautos facilius deciperet hæc verba prætermiſit. *Confiteor in miſſa offerri Deo verum, & proprium, & propitiatorium ſacrificium pro viuis & defunctis.* Quia ſcilicet iis argumentum ſuum funditus euerti animaduerterat. Conſtat enim Græcos, non minùs quàm Latinos, verum propitiatoriumque ſacrificium, quod Deo pro viuis & defunctis offertur, agnoſcere: & id Liturgiarum Græcarum contextus apertiſſimè teſtatur. Igitur hæc fidei profeſſio non ea ſolùm comprehendit, vti perperam arbitratur Claudius, quæ in controuerſia erant; ſed generalis eſt, & ſummam vniuerſæ fidei ex præcipuis Synodis depromptam complectitur. Illius ſiquidem initium ab iis quæ continentur in Symbolo ducitur, nimirum, *Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, &c.* Quapropter obiecta ratio nihil omnino concludit, niſi pariter Græcos Dei vnius exiſtentiam Trinitatem, Incarnationem, Chriſti Reſurrectionem, eiuſdemque Aſcenſionem, & vt paucis abſoluam, fidem vniuerſam, eiuraſſe contendat. Deinde verba quæ opponit Claudius ex Concilio Tridentino, cuius ſtatuta Græcis, vt iis firmiſſimè adhæreant, proponuntur, deſumpta ſunt. Vnde fit vt tam ea quæ Græcis perſuaſa ſunt, quàm quæ non ſunt perſuaſa ſimul & promiſcuè admiſceantur in hac confeſſione. Ita profeſſioni de rebus Euchariſticis, quam in ſuas partes trahit Claudius; altera quæ eſt de peccato originali & iuſtificatione his verbis præmittitur. *Omnia & ſingula, quæ de peccato originali & de iuſtificatione in ſacroſanctâ Tridentinâ Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio.* In præſentia autem non moror ea quæ ibidem de Sanctorum imaginumque cultu opponit; quæ ſit enim gentis illius de Sanctorum imaginumque veneratione ſupra declarauimus, id tamen animaduerſione dignum videtur, quòd cùm plura in hac fidei profeſſione excipi queant, de quibus Græcos inter & Latinos nihil vnquam fuit diſſidij, ipſe peruerſo animo præfatum duntaxat cultum excipi poſſe affirmat, eamdemque ſimul exceptionem refellit, ne quid inde argumento ſuo detraheretur: quaſiverò etiam non excipi poſſent, & quidem iure optimo, quæ modò produximus; & alia eiuſdem generis bene multa. Illa autem fidei profeſſio reperitur quoque tomo 2. Bullarij ſub nomine Gregorij 13. pag. 400.

Quartò triumphat Claudius in Meletij cuiuſdam, quem Ephe-

Digitized by Google

ſinum Metropolitam appellat reſponſo ad Theologos Lugdunenſes ab annis circiter 20. & in fidei Eccleſiæ Orientalis expoſitione à quodam Ieremiâ Græco Doctore conſcriptâ: ſed cùm præ manibus non habeamus eiuſmodi ſcripta, de iiſdem iudicium ferre non poſſumus. Ea tamen ab hominibus prauis opinionibus Proteſtantium infectis profecta fuiſſe liceat ſuſpicari. Nam Meletium ſolicitant Batani Lugdunenſes, & illorum quæſitis non tam ex rei ipſius veritate, quàm ſecundùm eorum mentem reſpondet. Similiter Ieremiam tunc in Angliâ commorantem, Anglicanas loquendi formulas apud Anglos imitatum fuiſſe mirum videri non debet. Cùm Sphanhemio & Woodroffo, hæc ſcripta Typographo, qui ea formis exprimat, committere viſum fuerit; tunc de eorum ingenio & doctrinâ non ampliùs coniecturâ, ſed ex ipſiſmet indicabimus. Ita quis fuerit Gerganus ille Artenſis, quem mox veluti ſententiæ ſuæ aſſertorem magno apparatu profert Claudius, quoue animo in Eccleſiam Catholicam affectus fuerit facillimè aſſequemur. Matthæus Caryophilus Archiepiſcopus Iconienſis, Pſeudo-Chriſtianæ Gergani iſtius catecheſis refutationem Romæ publicauit anno 1631. typis & impenſis Sacræ Congregationis de propaganda fide editam, Græculum iſtum Caryophilus paſſim vocat in iudicium, quòd relictâ fide paternâ ad Lutheranorum partes tranſierit. Caryophylum verò mendacij ac conuitij arguit Claudius quia palam profitetur: Οτι μία εἶναι ἡ ἁγία καθολικὴ, ἀποστολικὴ, καὶ αἱατολικὴ. *Vnam eſſe Eccleſiam ſanctam, Catholicam Apoſtolicam & Orientalem.* Quaſi verò & ipſimet Caluiniani ritus homines non eſſent Caluiniani ac Nouatores, quia Synagogam ſuam non ſolùm Catholicæ, ſed & Eccleſiæ Gallicanæ nomine donant. Eos ſiquidem non puduit fidei ſuæ confeſſioni hanc inſcriptionem in quibuſdam editionibus præmittere. *Fides quam tenent Eccleſiæ Gallicanæ.* Verùm ne latiùs in hac diſputatione vagemur, id tantùm quod eſt præſentis inſtituti conſectabimur. Caryophilus 70. hominis iſtius propoſitiones, quas totidem blaſphemias vocat, recenſet. Claudius verò 61. 65. & 68. quæ pugnant contra Latinorum tranſubſtantiationem producit. Eaſdem verbis ipſis quibus ab autore ſuo conceptæ ſunt, referemus. Quæ numeratur 61. ita exprimitur: Η ἁγία κοινωνία εἶναι ἀληθ. δύο ὑσιῶν, ὀρατῆς καὶ ἀοράτης. ὁρατὴ ὑσία εἶναι τὸ ψωμὶ καὶ τὸ κρασί. ἀοράτη ὑσία εἶναι ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ. Id eſt ſecundùm verſionem Caryophili, *Sacra communio conſtat ex duabus ſubſtantiis, viſibili & inuiſibili: ſubſtantia viſibilis eſt panis & vinum; inuiſibilis ſubſtan-*

tia est verbum Dei, hoc est corpus meum. 65. ita habet. Κοινωνοῦντες οἱ λαϊκοὶ εἰς ἓν εἶδος λαμβάνουσιν ἀπολῆ κοινωνίαν. *Vnius speciei communio in Laicis est imperfecta.* Demum hæc verba sunt 68. Ἀσεβὲς δόγμα τῶν Παπιστῶν εἶναι καὶ τὸ ἑορτάσαμεν ὁ Πάπας Εὐγένιος, ὅπου ἐκεῖ ὁποὺ εἶναι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, εἶναι καὶ τὸ αἷμα. Διὰ τοῦτο δὲν πρέπει νὰ λαμβάνουν οἱ λαϊκοὶ πλὴν κοινωνίαν εἰς δύο εἴδη. *Impium dogma Papistarum est, cuius autor fuit Eugenius Papa; vbi est Christi corpus ibi esse & sanguinem; ac propterea Laicis non esse dandam Eucharistiam in vtraque specie.* Has quidem propositiones puram putam Protestantium doctrinam referre, meridiana luce clarius est. Sed vniuersùm Gergani opus ex eâdem Nouatorum, minimè verò Græcorum officinâ haustum fuisse res ipsa loquitur. Idcirco istius Pseudo-Catechesis propositiones quasdam omnium oculis subjiciam, vt facilius iudicent vtrùm illæ in Græcorum, an verò Protestantium scholis natæ fuerint. De scriptura & traditionibus fere ab initio ita loquitur. Οτι ἀρχεῖ ἡ θεία γραφὴ διὰ τὰ δίξασθῶ τὰ ἄρτια τῆς πίστεως. ὅτι ἡ θεία γραφὴ εἶναι φανερὴ καὶ μάλιστα οἱ τόποι ἐκεῖνοι, μὲ τοὺς ὁποίους ἀποδείχνομεν πίστιν μας. ὅτι ἐξηγητὴς τῆς ἁγίας γραφῆς εἶναι αὐτὴ ἡ ἁγία γραφή. *Sacra Scriptura sufficit ad probandos fidei articulos. Sacra Scriptura est facilis, præsertim loca illa, per quæ fidem nostram probamus: Quòd interpres Sacræ Scripturæ est ipsa Scriptura.* Postea, vt per omnia cum iis qui Reformatorum, nomen ambiunt consentire videatur, hæc addit. Οτι τῶν Παπιστῶν ταῖς ἀποδείξεις ὑπερίσχυει ἡ ἐκκλησία. διὰ τί εἶναι γεμάτους ψεύδους. *Papistarum traditiones Ecclesia reijcit, quia sunt fabularum plenæ.* Bellam profectò Ecclesiæ definitionem affert, quæ ab iis, quæ de suâ inuisibili Ecclesiâ contra Patrum autoritatem nugantur Caluiniani, minùs aliena est. Οτι ἡ ἐκκλησία, inquit, εἶναι σύναξις χριστιανῶν ἁγίων, οἱ ὁποῖοι ὅμως τοῦτο τὸ κόσμο τοῦτο τὰ μάλιστα πολλὰ ὑποφέρουν. *Ecclesia est congregatio Christianorum sanctorum, qui in hoc mundo plurimis malis diuexantur.* Similiter Caluinianâ vertigine laborat Gerganus, vbi ait. Αὐτὸς ὁ Ἀρχιερεὺς, ἢ ἱερεὺς πρέπει νὰ ἔχῃ θεολογίαν ὁ λαϊκός. Τὰ Παπιστῶν οἱ ἱερεῖς δὲν εἶναι ἀληθεῖς ἱερεῖς. *Si Episcopus aut Sacerdos erret, instruendus est à Laico. Papistarũ Sacerdotes non sunt verè Sacerdotes.* Sed nõ est cur his fusiùs detineamur: quandoquidem ex iis quæ producta sunt, ingeniũ Gergani plus satis aperitur. Autor fuerim Claudio, vt non ampliùs Græcos in duplici classe constituat, sed in triplici: Nam præter Schismaticos, qui à fede Romana diuulsi sunt, & eos qui à summo Pontifice dependent; sunt & alij qui relictâ Patriâ & auitâ fide, Nouatorum placitis addicti sunt, quales fuere Gerganus ipse, Cyrillus Lucaris, & alij nonnulli,

Digitized by Google

qui ab antiqua Eccleſiæ Orientalis Religione deficientes, lutulentam & inquinatam Proteſtantium doctrinam ſuſceperunt. Illorum autem dicendi ratio Chriſtianorum Orientalium auribus inſolita, eos priſcam Religionem ſuis innouationibus deformaſſe arguit; ita ſi Gergani propoſitiones cum actis Theologorum Witembergenſium & Hieremiæ Patriarchæ Conſtantinopolitani conferamus, has Lutheranæ potius Witembergenſium, quàm Hieremiæ Theologiæ conformari deprehendemus. Quî igitur fieri poteſt, vt Gerganus, ſi vere Græcus eſt, vti Patriarcha ille Conſtantinopolitanus, quem Claudius à ſuis partibus ſtare exiſtimat, non Græcizet, ſed vbique Lutheranizet. Οὐκ ἐξεθετεῖτ, inquit Hieremias, *Reſ. 1.* δίκαιον τὰ ἀπὸ τῶν πατέρων παραδεδομένα, *Non eſt æquum quæ à ſanctis Patribus mandata ſunt, nihili æſtimare:* contra verò Gergani Scripturarũ αὐτάρκειαν oſtentans, traditionem aſpernatur, præeuntibus ſibi Witembergenſibus Doctoribus reſponſo ſuo ad primum Patriarchæ reſponſum. Cætera, quia nolo eſſe longus, ſilentio prætereo. Sufficiat annotaſſe Hieremiã Patriarchã Conſtantinopolitanum, & Gergani Artenſẽ quos prauæopiniomis ſuæ teſtes locupletiſſimos Claudius arbitratur, non minùs inter ſe pugnare, quàm inter ſe pugnãt Eccleſiæ Romanæ & Confeſſionis Auguſtanæ vel Geneuenſis Theologi. Quare Hieremiam, vt noſtrum aſſerimus, Gergani verò & cõſimiles Claudio relinquimus. Iam tempus eſt, vt de famoſiſſimo illo Cyrillo Lucari, primò Alexandrinorum, deinde Conſtantinopolitanorum Patriarcha, nonnulla quoque ſubiiciamus. Hunc à partibus Caluinianorum ſtare, res ipſa loquitur. Sed eumdem a b antiqua Patrum ſuorum perſuaſione defeciſſe, non minùs liquet. Illius hiſtoriam Leo Allatius publici iuris fecit libro 3. de perp. Eccl. Orient. & Occid. conſ. quam poſtea in opus ſuum Arnaldus Gallicè tranſtulit. Verùm hic Claudius Leonis Allatij fidem prolixiùs accuſat, eumque vt hominem curiæ Romanæ addictiſſimum, miris modis conſcindit. De Arnaldo grauiſſimè conqueritur, quòd in eiuſmodi negotio totus ab homine Papolatra, & bibliothecæ Vaticanæ cuſtode dependeat. Scriptores quoque Scriptoribus opponit. Sed hæc fuſiùs conſectari operæ non eſſe duximus, quòd præſenti inſtituto minùs ſint conſentanea. De ſola fidei confeſſione agitur, quæ ſub nomine Cyrilli Patriarchæ Conſtantinoplitani Geneuæ anno 1633. Græcè & Latinè edita eſt. Vtrum illa bene & per omnia hodiernæ Græcorum fidei conſentiat, inquirendum. Si enim Cyrillus Eccleſiarum ſuarum

Capi. 4. col. 107. & ſeqq.

perſuaſionem publicauit, haud dubiè maxima eſt Græcanicæ & Caluinianæ fidei conſenſio. Itaque vt rem ordiamur, hæc de prædeſtinatione & reprobatione illius confeſſionis capite 3. habentur, quæ fuſtra in Græcanici cultus hominum operibus quæſieris. *Credimus Deum opt. max. ante mundi originem ſuos electos ad gloriam prædeſtinaſſe ſine reſpectu ad illorum opera, nullamque cauſam impulſiuam ad iſtam electionem aliam eſſe, niſi beneplacitum, & diuinam miſericordiam, ſimiliter ante conſtitutionem huius ſeculi reprobaſſe, quos reprobauit: cuius reprobationis, ſi reſpexeris abſolutum jus Dei, volantatem Dei eſſe cauſam, ſi autem jus ordinarium reſpexeris, iuſtitiam Dei eſſe cauſam: miſericors enim eſt Dominus & iuſtus.* Iſtam Ioannis Caluini de hoc argumento ſententiam ipſiſſimis verbis exprimunt. Quapropter Fhelauius Lutheri aſſecla ægrè ferens hanc Cyrilli confeſſionem ab Hottingero aliiſque Caluinianis hominibus, quos appellat Reformatos, vniuerſæ Eccleſiæ Græcæ nomine publicatam, quaſi pura puta ſit illius perſuaſionis expoſitio, eumdem Hottingerum, alioſque epiſtola dedicatoria, quam præmiſit libello Chriſtophori Angeli de Græcis à ſe conuerſo, multis perſtringit. *Neque enim*, inquit, *Cl. Hottingerus nobis perſuadebit, ex eo argumento, quòd Cyrillus ita ſenſerit, illico confeſſionem illam docere, qualis doctrina in Eccleſiis Græcis Cyrillo vino fuerit recepta.* Et mox. *Oportet namque, vt Patriarcha priùs eamdem toti Eccleſiæ perſuaſerit, vel talem confeſſionem publicè vbique ſine contradictione introduxerit. Id quod de Cyrillo probari poterit nunquam.* Deinde opponit geminam Eccleſiarum Orientalium cenſuram Synodalem, aduerſus illam confeſſionem promulgatam. Noui quidem eiuſmodi cenſuras à Claudio velut adulterinas reſpui; ſed ita frigidè, vt librorum omnium fidem, etiam Euangeliorum accuſare liceat; ſi ea valeant, quæ in hanc rem coniecit, argumenta. Opponit 2. Hugonis Grotij auctoritatem, qui rectè, & vt hominem decebat ab anteceptis aliorum opinionibus liberum dicat ſumendam eſſe Eccleſiam, non qualem ex ſuo capite Cyrillus nuper inductus pretio confinxerat; ſed qualis reuera eſt. Poſtremò idem Fhelauius, hoc ipſum, quod modò ſubiecimus de prædeſtinatione caput tertium producit, ſimulque cum eo confert illa quæ iam Eduinus Sandius ea de re in relationem de religione tranſtulerat. Hic verò autor eſt, Græcos à ſententia Caluinianorum de prædeſtinatione & reprobatione, tamquam ab impia & abominanda penitus abhorrere. Hoc eſt perfectò hominum Proteſtantium de Cyrilli confeſſione, eiuſdemque cum Caluiniana conſenſione decretum, qui non ex men-

Digitized by Google

te curiæ Romanæ, vti de Allatio Claudius affirmat, locuti sunt; sed ex ipsius rei, quæ in aperto erat, veritate. Præterea quis nisi plumbeij sit ingenij, & Caluiniæ Theologiæ omnino rudis & imperitus, statim non animaduertat, in capitibus 13. 14. & 15. eiusdem confessionis, Caluinum loqui, non Cyrillum. Hæc enim præfert de iustificatione caput 13. *Credimus hominem iustificari per fidem, non ex operibus: cùm autem dicimus per fidem, intelligimus fidei correlatiuum, quod est iustitia Christi, quam fides apprehendit, nobisque applicat ad salutem, &c.* Similiter capite 14. legimus, *credimus liberum arbitrium in non renatis esse mortuum, quia nihil boni possunt facere, & quidquid faciunt, esse peccatum &c.* Hæc si Græcorum Theologiam sapiant, quî fieri potuit vt eadem alij Græci, etiam illi quos sibi fauere Claudius existimat, in suis operibus minimè repræsentent. Præterea idem Cyrillus duo tantùm esse in Ecclesiâ Sacramenta cum Geneuẽsibus capite 15. affirmat. Verùm si Claudio fidem adhibere velimus, de iis tantùm Sacramentis Cyrillus ibi sermonem instituit, quorum Christus in Euangelio autor est. Hæc quidem, quia nolo peruicaciùs cum illo contendere haud inuitus concesserim, maximè cùm & alij quoque reperiantur Græci, qui nec omnia Sacramenta à Christo instituta fuisse existimant. Sed ista profectò quæ ibidem Cyrillus adiicit, *amplioremSacramentorum numerum non habemus, quia institutor non plura tradidit*, Caluinianam potius doctrinam, quàm Græcanicam referunt. Quandoquidem nemo est ex iunioris Græciæ familia, qui septenarium Sacramentorum Ecclesiæ numerum non adstruat, etsi omnes pariter de eorumdem autore inter se non conueniant. Sed hæc non est cur fusiori oratione prosequamur, cùm istius confessionis exemplar habeatur Græcè & Latinè apud Geneuenses editum; quam si quis cum Ioannis Caluini institutione conferre voluerit, eam fermè in omnibus, etiam quoad locutiones ab hac desumptam fuisse statim deprehendet. Nonnulla quidem, etsi perpauca, in illa exhibentur, in quibus homo Græcanici cultus agnoscitur, qualia sunt nimirũ ea quæ de Spiritus Sãcti processione huic opusculo inseruit: sed hæc nullatenus, illa in quibus Caluinianum manifestò se prodit, possunt obscurare.

9. *Per inuocationem Spiritus Sancti.* Hinc manifestò liquet Philadelphiæ Antistitem, non ita Latinorum Theologorum placitis addictum fuisse; quin vbi opus erat γνήσιον Græcum, & fidum Marci Ephesini schismaticorum Antesignani assectam se præberet. Græcos si quidem, saltem iuniores secutus, Symbolorum.

conuerſionem in Chriſti corpus & ſanguinem precationi Sacerdotis, quæ verbis iſtis hoc eſt *corpus meum*, *&c.* in omnibus liturgiis Græcis ſubiicitur, tribuit. Et id ſæpius in hoc opuſculo inculcat. Ita ait fieri Μετουσίωσιν ἀπὸ τῆς τῦ ἱερέως εὐλογίας καὶ ἐπιῤῥύσεως. *Tranſubſtantiationem per benedictionem, & inuocationem ſiue precationem Sacerdotis.* Iterum paulò poſtait munera ſancta. Διὰ τῆς εὐλογίας καὶ τῆς δυνάμεως τῦ ἁγίου πνεύματος, γενέσθαι σάρκα καὶ αἷμα Χριστοῦ, *per benedictionem & virtutem precationum, fieri carnem & ſanguinem Chriſti.* Quæ tamen non ita intelligenda ſunt, vti quibuſdam viſum eſt; quaſi Græci vim omnem & efficientiam tranſmutandi panis & vini in Chriſti corpus & ſanguinem, ex benedictione tantùm ſeu precatione deriuarent, vel ad ſolam, Ἐπίκλησιν τῦ ἁγίου πνεύματος, *inuocationem Spiritus Sancti* referrent. Nemo ſi quidem Græcorum, etiam recentioris ætatis in ea eſt opinione, & ipſe Gabriel, quid de hoc negotio ſentiret, verbis apertiſſimis teſtatum reliquit, præſertim libelli de Sacramento Euchariſtiæ capite quod inſcribitur de materia & forma liturgiæ; vbi palam aſſerit huiuſce Sacramenti formam in verbis Dominicis τεθηυμβῶσι, ideſt antecedenter poſitam eſſe; conſequenter verò, & vt loquitur, συνεπιλαμβανομένως ἔχει, ſe habere ea quæ ſequuntur. Tamen ſi Nicolao Cabaſilæ, Marco Epheſino, & aliis fides habeatur, verba illa quæ vulgò Latini conſecratoria appellant, διηγηματικῶς duntaxat, ſiue per modum narrationis enuntiantur. Sed vt nihil omnino dubitationis ea de re ſuperſit, Marci Epheſini multi apud iuniores Græcos nominis verba ſubiiciemus ex diſſertatione, quàm de hoc argumento aduerſus Latinos dedita opera, & ex Imperatoris mandato inſtituit. Ille ab ipſamet libri ſui inſcriptione nodum ſoluit. Οὐ μόνον, inquit, ἀπὸ τῆς φωνῆς τῶν διατακτικῶν ῥημάτων ἀναλίσκοντας τὰ θεῖα δῶρα, ἀλλ' ἐκ τῆς μετὰ ταῦτα εὐχῆς ἢ εὐλογίας τῦ ἱερέως, δυνάμει τῦ ἁγίου πνεύματος. *Diuina munera non ſolùm recitatione verborum Dominicorum ſanctificari, ſed & ſacerdotis quæ ſequitur precatione & benedictione, per virtutem Spiritus Sancti.* Deinde orationem ſuam ſic orditur. Ἡμεῖς ἐκ τῶν ἱερῶν ἀποφώσεων, καὶ τῶν ἀπὸ δεκαμήνου αὐτοὺς διδασκάλων ἡ ἐκκλησία τὸν τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν παρειλήφότες, παρ' ὑδένι τέτων εὑρομεν ὑπ' αὐτῶν τὰ διατακτικὰ ῥήματα καὶ μόνον ἀναλίσκοντα, ἢ πλεῖόν τι τὸ εὐχαριστίας δῶρον, καὶ τοῦτο αὐτὸ τὸ διατακτικὸν σῶμα ἢ αἷμα μεταποιοῦν· ἀλλὰ τοῦναντίον μὴ διηγηματικῶς τὰ ῥήματα τοῦτο ἅπασι συμφώνως, ἡμᾶς τε ἀναφέροντας τὰ τοῦ ἡ μυήμην τῦ Ἰησῦ πραχθέντος, ἢ δύναμιν ὥσπερ ὁμοίαν τοῖς τοιχειμένοις εἰς τὸν μεταβαλλόμενον ἄρτον ἢ οἶνον τὸ εὐχὴν τε καὶ

καὶ εὐλογίαν τῆ ἱερεῖς, ἐνεργείαν μεταποιεῖν ἤδη τὰ δῶρα τοῦς αὐτὸ τὸ ἀντίτυπον ἐκεῖνο σῶμα καὶ αἷμα τὸ δεσποτικόν. *Nos qui à sacris Apostolis, & eorum successoribus Doctoribus Ecclesiæ, expositionem mysticæ Liturgiæ accepimus, apud eorum neminem reperimus, ab ipsis verbis solùm Dominicis sanctificari ac perfici Eucharistiæ donum, & in ipsum corpus Domini & sanguinem transmutari: sed quæ priùs recitantur verba apud omnes vno ore per modum narrationis sunt, nosque ad memoriam rei quæ tunc gesta fuit, reuocant, & vim quasi immittunt in dona proposita, vt transformentur; precationem verò, quæ posteà consequitur, & benedictionem Sacerdotis reuera transmutare, quæ iam erant dona in ipsum prototypum corpus & sanguinem Domini.* Cabasilas à quo ferè totus dependet Ephesius, eatenus solùm virtutem à verbis illis arcessit, quatenus à Christo inter cænandum cum discipulis prolata fuere. Hæc est profectò Iunioris Ecclesiæ Græcanicæ de forma consecrationis sententia, quam acerrimè plerique Doctores Latini impugnarunt, quasi recens sit, & priscis Patribus incognita. Græci verò contrà ab antiqua & primigenia Doctorum suorum fide se nullatenùs recessisse pluribus contendunt. Grauissima autem sunt Partis vtriusque argumenta, quæ quantum in nobis erit illustrabimus; idque eò lubentiùs aggrediemur, quòd inde Catholico dogmati non parum lucis accessurum sit. Mirari profectò subit qua ratione Albertinus ex ista Orientalium, & Occidentalium dissensione, probationes aliquas pro tuenda Caluinianorum doctrina deduci posse existimauerit; cùm etiam posito illo discrimine, vtraque Ecclesia in affirmandâ symbolorum conuersione in Christi corpus & sanguinem perfectè conspiret; immò quæ vulgò Græci stabiliendæ opinionis suæ causâ proferunt, illa dogma Latinorum manifestò confirment. Liturgias autem potissimùm consectabimur non modò Græcorum; sed & cæterarum nationum Orientalium, vt harum fidem cum Græcâ per omnia consentire demonstremus. Codices manuscriptos, vel nondum Latinè conuersos ex Bibliothecarum forulis, in quibus sepulti delitescebant, producimus, ne in posterum Caluiniani ritus homines de Latinis versionibus, quas Pontificij, vt loquuntur, accurarunt, conquesti, elabantur. Cùm enim illarum autoritate premi se sentiunt, statim erumpunt in conuitia, & fidem Interpretum accusant. Non minùs autem argumenta quæ pro Græcis, aliisque Orientalibus pugnant, quàm ea quæ Latinorum sententiam asserunt, in hunc locum conjecimus; sed Historicorum partes solùm executi; vt controuersia illa quæ difficilis & explicabilis est, faciliori negotio enodetur. Christia-

næ Reipublicæ Orientalis opinionem non ſequimur, ſed quæ ſit, omnium oculis ſubjicimus, vt hoc pacto Heterodoxorum calumniæ retundantur. Quapropter ſtatim ſubiungimus receptam dudum in Latinorum ſchoolis ea de re ſententiam, & vtramque conciliamus. Verùm in quamcunque partem res cadat, Catholicum de ſymbolorum in Chriſti corpus & ſanguinem conuerſione dogma conſtantiſſimè ſtabilitur, aduerſus temeraria Albertini Claudijque decreta. Itaque prima in omnium conſpectum prodeat Græca, quæ ſub D. Iacobi nomine circumfertur Liturgia. Hæc precationem, qua Sacerdos Deum obſecrat, vt Spiritus ſanctus munera propoſita ſuo illapſu & aduentu ſanctificet, his verbis conceptam exprimit. Primò Sacerdos ter dicit hanc clauſulam, *Miſerere noſtri*, & mox ſubdit Καὶ ἐξαπόστειλον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα τὸ πνεῦμά σου τὸ πανάγιον. *Et emitte ſuper nos & ſuper hæc dona propoſita ſpiritum tuum omnimode ſanctum.* Deinde nonnullis interiectis, vno eodemque tenore, & ceruice inclinatâ, iterum ait, Αὐτὸ τὸ πνεῦμά σου τὸ πανάγιον καταπέμψον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα ἅγια δῶρα ταῦτα. *Ipſum Spiritum tuum omnimodè ſanctum demitte ſuper nos, & ſuper hæc dona ſancta propoſita:* ſtatimque & abſque vllâ morâ conſurgens, altâ voce dicit: Ἵνα ἐφοπλίσωμεν τῇ ἁγίᾳ, καὶ ἀγαθῇ, καὶ εὐδοξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ ἁγιάσῃ, καὶ ποιήσῃ τὸ μὲν αὐτὸν τοῦτο, σῶμα ἅγιον τοῦ Χριστοῦ σου. *Vt ſuperueniens ſanctâ & bonâ & gloriosâ ſuâ præſentiâ ſanctificet, ac faciat panem hunc, corpus ſanctum Chriſti tui.* Tunc populus acclamat *Amen.* Eadem eſt omnino calicis ratio: Καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, αἷμα τίμιον τοῦ Χριστοῦ σου. *Et Calicem hunc ſanguinem pretioſum Chriſti tui.* Atque iterum populus acclamat, *Amen.* Conſimilia legere eſt in Liturgiis Chryſoſtomi, Baſilij, Marci, & aliis quæ ſermone Græco conſcriptæ fuerunt. Et ſi quid ſit diſcrepantiæ, ea in verbis potius, quàm in rebus poſita eſt. In omnibus ſiquidem apparet eadem inuocandi Spiritus ſancti forma. In vulgatis exemplaribus Miſſa Chryſoſtomiana & Baſiliana aliquid præferunt, quod in Iacobi Liturgiâ non extat, verba ſcilicet quæ Diaconus cum orario oſtendens diuina ſymbola pronuntiat, Sacerdotis benedictionem rogans, & tum idem Sacerdos iis manu benedicit hac ratione μεταβαλὼν τὸ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, *mutans Spiritu tuo ſancto.* Sed hæc recentiùs in codicem Liturgiarum à Græcis inuecta fuiſſe rectè conjicit P. Goar, probatq; illud ex libris manuſcriptis à quibus abſunt. Suſpicatur eoſdem Græcos ex præconceptâ opinionis ſuæ de formulâ conſecrationis informatione, hanc pericopen contextui Liturgico adie-

Digitized by Google

ciſſe : verùm vt eam recentiori manu additam fuiſſe facilè conceſſerim ; ita non poſſum adduci vt credam de induſtriâ, & ex anteceptâ opinione officio Miſſali fuiſſe inſertam. Si enim Liturgiæ, quæ in omnium manibus verſantur, cum antiquis exemplaribus conferantur ; hæc in longè plurimis ab illis ſuperari deprehendes. Liturgiæ aliarum nationum Orientalium, quæ à Græcis deſumptæ fuerunt, maximum huiuſce veritatis argumentum continent. Deinde cur Græcorum fidem in hac parte accuſabimus ? cùm etiam remotâ hac additione, ipſe qui purus putus eſt Liturgiæ contextus, Græcorum ſententiæ non minùs apertè faueat. Quippe manuſcripti codices in quibus nihil omnino interiectionis Diaconi apparet, hæc verba repræſentant Καταπεμψον τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα, καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον, τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου· τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ, τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου, μεταβαλὼν τῷ πνεύματι σου τῷ ἁγίῳ. *Demitte Spiritum tuum ſanctum ſuper nos, & ſuper hæc dona propoſita ; & fac panem hunc, pretioſum corpus Chriſti tui : quod autem eſt in calice, pretioſum ſanguinem Chriſti tui, commutans Spiritu tuo ſancto.* Neque ipſe Goartius diffitetur hæc explicatu eſſe difficillima. *Ita vt*, inquit, *petra ſcandali fuerint, & in errorem non paucos induxerint, & negotium faceſſunt.* Ex Synodo Florentina, ex Beſſarione, Arcudio, & aliis ad nodi illius ſolutionem viam ſibi quærit. Adeo verum eſt eam quam protulimus Græcarum Liturgiarum inuocationem, antiquam & germanam eſſe ; non autem recens aliquod Iunioris Græciæ inuentum. Clementis, Baſilij, aliorumque Liturgias in præſentiâ non moror ; vt pote quæ à Chryſoſtomiana verbis ſolùm, non autem reuera, ſicuti cordatioribus perſuaſum eſt, & infrà fuſiùs declarabitur, diſcrepent. Illud verò inprimis animaduerſione dignum occurrit, quòd iſtæ inuocationum formulæ, verba quæ Latini Doctores conſecratoria appellant, & à quibus vim omnem efficiendi corporis & ſanguinis Chriſti ſumi volunt, etiam poſt aliqua interiecta, ſubſequuntur.

Notis in Miſſ. Chryſ.

Hactenus Græcanicarum Liturgiarum precationes, quibus numen diuinum imploratur à ſacerdote, vt Spiritus Sanctus aduentu ſuo munera propoſita ſanctificet, perficiat, conſecret, conuertatque in Chriſti corpus & ſanguinem, produximus. Hæc Græcorum conſuetudo Latinorum quorundam ingenia adeo contorſit, vt aliqui Græcorum Liturgias hac in parte fædè corruptas, à primæua forma multùm degeneraſſe affirmare veriti non fuerint : alij verò qui vix adduci potuerunt, vt tot codices

Digitized by Google

manuſcriptos, eoſdemque antiquiſſimos, deprauatos fuiſſe crederent, ingenioſas acutaſque commenti ſunt expoſitiones, quibus nodum hunc ita ſolutu difficilem effugerent potiùs quàm explicarent. Et reuera ſi ſcribarum fidem ſollicitare ſemel licitum fuerit, de rebus religionis actum erit. Idem inuocandi Spiritus Sancti modus in omnibus orbis Orientalis Liturgiis reperitur, vti manifeſtò probant gentium illarum libri miſſales cùm manuſcripti, tum editi, & quibuſdam exemplis mox conſtabit. Primum itaque proferemus manuſcriptum Neſtorianorum miſſale, quo vtuntur Chaldæi Babylonienſes. Illud tres Liturgias complectitur, quarum prima hanc præfert inſcriptionem.

קודשא דשליחא טובנא עביר למרי אדי ומרי מארי מתלמדנא דבני מרנחא׃

Miſſa beatorum Apoſtolorum compoſita à Domino Adeo, & Domino Moareo Doctoribus filiorum Orientis.

Altera verò inſcribitur.

קורשא דמרי תאדודוס מפשקנא׃

Miſſa D. Theodori interpretis.

Tertia denique D. Neſtorij. In prima quæ verborum conſecrationis nihil continet, Spiritus Sancti inuocatio ita exprimitur.

ונאתא מרי רוחך חיא וקדישא ותניח על קורבנא הנא דעבדיך ותברכיוהי ונקדשיוהי דנהוא לן מרי לחוסיא דחובא ולפורקנא דחטהא ולסברא רבא דקיטתא דמן בירת מיתא ולחיא דרחמא בטלבותך דשמיא׃

Et veniat Domine, Spiritus tuus viuus & Sanctus, ac requieſcat ſuper hoc ſacrificium ſeruorum tuorum, illudque benedicat ac ſanctificet; vt ſit nobis Domine, in condemnationem debitorum, & remiſſionem peccatorum, & ſpem magnam reſurrectionis ex mortuis, & vitam nouam in regno cælorum.

Miſſa Theodori primò conſecrationis verba ſic concepta exhibet.

בלליא הו דאשתלם הוא עבר ארזא הנא רבא דבא ודחילא וקדישא ואלהיא כדשקל לחמא וברך וקצא ויהב לתלמידוהי ואמרהנא פנרא דעל אפיכון מת- קצא לשובקנא דחטהא ואף כסא אודי ויהב להון ואמר הנא דמי דדית- קא חדתא וחלף סניאא מתאשד לשובקנא דחטחא סבו הכיל כלכון אכולו מן לחמא הנא ואשתו מן כסא הנא׃

Eâ nocte quæ ſeipſum tradidit, fecit myſterium hoc magnum, magnum & terribile, atque ſanctum, ac Diuinum cùm tulit panem, & benedixit, at fregit, deditque Diſcipulis ſuis, & dixit, hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum. Etiam calicem (accepit) gratias egit, deditque illis, & dixit, hic eſt ſanguis meus teſtamenti noui, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Accipite igitur vos omnes ex hoc pane, & bibite ex hoc calice, &c. Ex Cod. Mſ. Neſt.

Deinde vbi rei modò geſtæ memoriam commendauit, qui-

busdam interiectis, nimirum diuersis precationibus pro vniuersa Ecclesia, Episcopis, aliisque eius ministris, aliisque orationibus, quæ vulgo extant in Liturgiis, sequitur hæc inuocandi Spiritus formula.

ותאתא עלין ועל קורבנא הנא טיבותא רוחא קדישא והשרא ותגן על לחמא הנא ותברך ותקדש ותתחם הנון בשם אבא וברא ורוחא דקודשא ונהוא לחמא בחילא דשמך לחמא הנא פרוח קדישא דמרן ישוע משיחא וכסא חנא רמה יקידא דמרן ישוע משיחא וכלמן דבהימנותא דשרא אכל מן לחמא הנא ושתא מן כסא הנא נהוון לה מרי לחוסיא דחובא ושרו׳

Et veniat super nos, & super hoc sacrificium gratia Spiritus Sancti, atque inhabitet, ac permaneat super panem hunc & hunc Calicem, benedicatque & sanctificet, atque consignet illa in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, & sit panis per virtutem nominis tui, panis (inquam) ille, corpus sanctum Domini nostri Iesu Christi, & Calix ille, Sanguis pretiosus Domini nostri Iesu Christi; & omni qui cum fide rectà comederit ex illo pane, & biberit ex illo Calice, sint Domine in condonationem peccatorum, &c.

In Missa Nestorij, quæ duabus istis longè prolixior est, consecratio sub his verbis concipitur.

מן בתר דאחשם בפצחא דנמוסא דמושא נסב הוא לחמא על אידוהי קדישתא לא מוטא ודלא טולשא וברך וקצא ואבל ויהב לתלמידוהי

ואמר סבו אפולו מנה כלכון הנא פגרי דעל אפיכון מתקצא לשובקנא דחטהא והכנא אף כסא מזג מן חמרא ומיא וברך ואשתי ויהב לתלמידוהי ואמר סבו אשתומנה כלכון הנא דמי דדיתקא חדתא דחלף סניאא מתאשר לשובקנא דחטהא הכנא הויתון עבדין לדוכרני עדמא דאתא אנא כל אמתי ניר דאכלתון מן לחמא הנא ושתיתון מן כסא הנא מותי הו אשדהיתון עד מא דמהיתי׳

Postquàm cænam Paschæ peregit iuxta ritum Mosis, ille panem accepit in manus suas sanctas, immaculatas, & intemeratas, & benedixit, fregitque, ac comedit, & dedit discipulis suis, dixitque: accipite, comedite ex eo vos omnes, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. Eodem modo etiam Calicem mixtum ex vino & aquâ (accepit) & benedixit, ac bibit, deditque discipulis suis, & dixit: Accipite, bibite ex eo vos omnes, hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Sic facietis in mei memoriam, donec ego veniam. Quotiescunque enim manducaueritis ex hoc pane, & bibetis ex hoc calice, mortem meam annuntiabitis, donec veniam.

Istam consecrationis formam, post interposita quinque folia, excipit hæc Spiritus inuocandi ratio.

ותאתא מרי טיבותא רוחא דקודשא והשרא ותתניח על קירבנא הנא דמקרבינן קדמיך והקדשיוהי ותעבדיוהי ללחמא הנא ולכסא הנא פגרה ודמה דמרן ישוע משיחא כך

manuſcriptos, eoſdemque antiquiſſimos, deprauatos fuiſſe crederent, ingenioſas acutaſque commenti ſunt expoſitiones, quibus nodum hunc ita ſolutu difficilem effugerent potiùs quàm explicarent. Et reuera ſi ſcribarum fidem ſollicitare ſemel licitum fuerit, de rebus religionis actum erit. Idem inuocandi Spiritus Sancti modus in omnibus orbis Orientalis Liturgiis reperitur, vti manifeſtò probant gentium illarum libri miſſales cùm manuſcripti, tum editi, & quibuſdam exemplis mox conſtabit. Primum itaque proferemus manuſcriptum Neſtorianorum miſſale, quo vtuntur Chaldæi Babylonienſes. Illud tres Liturgias complectitur, quarum prima hanc præfert inſcriptionem.

קודשא דשליחא טובנא עביר למרי אדי ומרי מארי מתלמרנא דבני מרנחא׃

Miſſa beatorum Apoſtolorum compoſita à Domino Adeo, & Domino Moareo Doctoribus filiorum Orientis.

Altera verò inſcribitur.

קורשא דמרי תאדוס מפשקנא׃

Miſſa D. Theodori interpretis.

Tertia denique D. Neſtorij. In prima quæ verborum conſecrationis nihil continet, Spiritus Sancti inuocatio ita exprimitur.

ונאתא מרי רוחך חיא וקדישא ותניח על קורבנא הנא דעבדיך ותברכיוהי ונקדשיוהי רנהוא לן מרי לחוסיא דחובא ולשובקנא דחטהא ולסבראא רבא דקיטתא דמן בירת מיתא ולחיא הדתא בכלכותא דשמיא׃

Et veniat Domine, Spiritus tuus viuus & Sanctus, ac requieſcat ſuper hoc ſacrificium ſeruorum tuorum, illudque benedicat ac ſanctificet; vt ſit nobis Domine, in condemnationem debitorum, & remiſſionem peccatorum, & ſpem magnam reſurrectionis ex mortuis, & vitam nouam in regno cælorum.

Miſſa Theodori primò conſecrationis verba ſic concepta exhibet.

בלליא הו דאשתלם הוא עבר ארזא הנא רבא דבא ודהילא וקרישא ואלהיא כדשקל לחמא וברך וקצא ויהב לתלמידוהי ואמרהנא פגרא דעל אפיכון מתקצא לשובקנא דחטהא ואף כסא אודיויהב להון ואמר הנא דמי דדית קא חדתא וחלף סניאא מתאשר לשובקנא דחטחא סבו הכיל כלכון אכולו מן לחמא הנא ואשתו מן כסא הנא׃

Eâ nocte quæ ſeipſum tradidit, fecit myſterium hoc magnum, magnum & terribile, atque ſanctum, ac Diuinum cùm tulit panem, & benedixit, ac fregit, deditque Diſcipulis ſuis, & dixit, hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum. Etiam calicem (accepit) gratias egit, deditque illis, & dixit, hic eſt ſanguis meus teſtamenti noui, qui pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum. Accipite igitur vos omnes ex hoc pane, & bibite ex hoc calice, &c. Ex Cod. Mſ. Neſt.

Deinde vbi rei modò geſtæ memoriam commendauit, qui-

busdam interiectis, nimirum diuersis precationibus pro vniuersa Ecclesia, Episcopis, aliisque eius ministris, aliisque orationibus, quæ vulgo extant in Liturgiis, sequitur hæc inuocandi Spiritus formula.

ותאתא עלין ועל קורבנא הנא טיבותא דרוחא קדישא והשרא ותנן על לחמא הנא ותברך ותקדש ותחתם הנון בשמא אבא וברא ורוחא דקודשא ונהוא לחמא בחילא דשמך לחמא הנא פנרה קדישא דמרן ישוע משיחא ובכא הנא דמה יקידא דמרן ישרע משיחא וכלמן דבהימנותא דשררא אכל מן לחמא הנא ושתא מן כסא הנא נחוון להא מרי לחוסיא דחובא ושרו

Et veniat super nos, & super hoc sacrificium gratia Spiritus Sancti, atque inhabitet, ac permaneat super panem hunc & hunc Calicem, benedicatque & sanctificet, atque consignet illa in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, & sit panis per virtutem nominis tui, panis (inquam) ille, corpus sanctum Domini nostri Iesu Christi, & Calix ille, Sanguis pretiosus Domini nostri Iesu Christi; & omni qui cum fide recta comederit ex illo pane, & biberit ex illo Calice, sint Domine in condonationem peccatorum, &c.

In Missa Nestorij, quæ duabus istis longè prolixior est, consecratio sub his verbis concipitur.

מן בתר דאחשם בפצחא דנמוסא דמושא נסב הוא לחמא על אידוהי קדישתא לא מומא ודלא מולשא וברך וקנצא ואבל ויהב לתלמידוהי ואמר סבו אפולו מנה כלכון הנא פגרי דעל אפיכון מתקצא לשובקנא דחטהא והבנא אף כסא מזג מן חמרא ומיא וברך ואשתי ויהב לתלמידוהי ואמר סבו אשתומנה כלכון הנא דמי דדיתקא חדתא דחלף סניאא מתאשר לשובקנא דחטהא הכנא חויתון עבדין לדוכרני עדמא דאתא אנא בל אמתי ניר דאכלתון מן לחמא הנא ושתיתון מן כסא הנא מותי הו אשהדיתון עד מא למתיתי:

Postquam cænam Paschæ peregit iuxta ritum Mosis, ille panem accepit in manus suas sanctas, immaculatas, & intemeratas, & benedixit, fregitque, ac comedit, & dedit discipulis suis, dixitque: accipite, comedite ex eo vos omnes, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. Eodem modo etiam Calicem mixtum ex vino & aqua (accepit) & benedixit, ac bibit, deditque discipulis suis, & dixit: Accipite, bibite ex eo vos omnes, hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Sic facietis in mei memoriam, donec ego veniam. Quotiescunque enim manducaueritis ex hoc pane, & bibetis ex hoc calice, mortem meam annuntiabitis, donec veniam.

Istam consecrationis formam, post interposita quinque folia, excipit hæc Spiritus inuocandi ratio.

וזהאתא מרי טיבותא דרוחא דקודשא והשרא ותתניח על קירבנא הנא דמקרבינן קדמיך והקדשיוהי והעבדיוהי ללחמא הנא ולכסא הנא פגרה ודמה דמרן ישוע משיחא בך

משחלף אנרת ומקדש אנת להון בטעבנותא דרוחא דקודשא׃

Et veniat Domine, gratia Spiritus ſancti, & inhabitet ac permaneat ſuper hoc ſacrificium, quod offerimus coram te, & illud ſanctificet, faciatque panem hunc, & hunc calicem, corpus & ſanguinem Domini Ieſu Chriſti, mutans & ſanctificans illa per efficientiam Spiritus ſancti, &c.

Præterea extat in Sorbonicarum bibliothecâ Syricarum Liturgiarum codex manuſcriptus, qui Liturgias quatuor haud inelegante charactere exaratas complectitur. Prima inſcribitur Anaphora ſiue miſſa parua D. Iacobi fratris Domini, qui fuit Hieroſolymorum Epiſcopus. In hac eadem omnino conſecrationis forma, quæ in Græcâ D. Iacobi apparet, eo ſolùm excepto, quòd paulò ſit contractior. Græca Syricis opponam, quibus verſio Latina ſubiicietur.

נסב לחמא באידוהי קדישתא וכר אודי ברך קדש וקנא ואבל ויהב לתלמידוהי קדישא ואמר לכו אכולו פנרת הנא פנרי דחלפיכון וחלף סניאא מתקצה ומתיהב לשובקנא דחטחא ולחיא דלעלם עלמין׃

Λαβὼν ἄρτον ἐπὶ τὰς ἁγίας αὐτοῦ χεῖρας, εὐχαριστήσας, εὐλογήσας, ἁγιάσας, κλάσας, ἔδωκεν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ἁγίοις εἰπών· λάβετε, φάγετε ἐξ αὐτοῦ· τοῦτό μού ἐστι σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ πολλῶν κλώμενον, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς ζωὴν καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τῶν αἰώνων.

Accepit panem in ſanctas ſuas manus, & vbi gratias egiſſet, benedixiſſet, ſanctificaſſet, ac fregiſſet, dedit diſcipulis ſuis ſanctis, dicens: Accipite, manducate ex eo, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis, & pro multis frangitur, & datur in remiſſionem peccatorum, & vitam ſempiternam.

Conſecrationem calicis breuitatis causâ prætereo, vt ad formam, qua inuocatur Spiritus ſancti illapſus, tranſeam. Hæc quoque è Græca, ſicut vtramque conferenti ſtatim erit obuium, ducitur.

ואיך לשנא דנורא עלשליחא קדישא בעליתא תלא קלה עניני מרי עמא קודשׁ כהנא איכנא דכד מאנן דעבד ללהמא הנא פנרא מעבד חיא פנרא דמשיחא אלהא דילן עמא אמין׃ כהנא ולכסא הנא נשמלא דמא דדיאתיקי חדתא דמא פרוקיא דילה דמשיחא אלהא דילן עמא אמין׃

ריחם עלין אלהא אבא ושדר עלקודנא הלין רוחא דילך קדישא הו מריא שוא לך ולבריא במותבא ומלכותא ואוסיא כתומתא הו דמלך בריאתיקי חדת דילך ונחת איך יונא עלמרן ישוע משוחא כיורדנן נהרא

Miſerere noſtri Deus Pater: & mitte ſuper hæc ſacrificia Spiritum tuum ſanctum, qui tibi Domine, & Filio tuo aſſidet, æqualis in regno & ſubſtantia ab æterno, quiloquutus eſt in

Digitized by Google

nouo teſtamento tuo, & deſcendit in formâ columbæ ſuper Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in Iordane fluuio, & ſicut lingua ignis ſuper Apoſtolos ſanctos in cœnaculo. Eleuat vocem ſuam. Exaudi me Domine. Populus Kyr. ſacerdos vt ſuperueniens faciat panem hunc corpus viuificum, corpus Chriſti Dei noſtri. Populus, amen. Sacerdos & calicem hunc perficiat ſanguinem teſtamenti noui, ſanguinem ſalutarem, ſanguinem Chriſti Dei noſtri.

Altera codicis Sorbonici Miſſa 12. Apoſtolis tribuitur, quæ hanc Spiritus inuocandi formulâ continet.

רחם עלין פריא רחם עלין ושדר לן מן שמיך קדישא לרוחך מעבר חיא ונדחף על קודבנא חנא ונעבדיוהי פגרא פנרא מעבד חיא ולן נזכא ונקדש תלא קלה עניני עמא קיד כהנא איכנא דכמאגנוהד נעבר ללחמא הנא פגרא דמשיחא אלהא דילן עמא אמין כהנא ולמנא דכבמא חנא דמא דלה דמשיח אלהא דילן עמא אמין׃

Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri, & mitte ad nos è cælis tuis ſanctis ſpiritum tuum viuificum, & incubet huic Sacrificio, illudque faciat corpus viuificum, quod ſit nobis propitium, atque nos ſanctificet. Eleuat vocem ſuam. Exaudi me. Populus Kyr. Sacerdos. Vt per illapſum ſuum faciat panem hunc corpus Chriſti Dei noſtri. Populus. Amen Sacerdos. Et mixtionem Calicis huius, ſanguinem Chriſti Dei noſtri. Populus. Amen.

Hæc inuocandi Spiritus ſancti ratio eadem eſt, atque illa, quæ conſpicitur in Maronitarum Miſſali Romæ edito, ſi verba illa exceperis, *vt per illapſum faciat, &c.* Quæ Romani cenſores, qui Miſſalis huiuſce editioni præfuere, mutanda eſſe exiſtimarunt. Quæ correctio longè manifeſtiùs ex tertiâ & quartâ Liturgiâ exemplaris Sorbonici apparet: nam miſſa 12. Apoſtolorum, quæ habetur in Miſſali Maronitico non in omnibus conformatur Miſſæ, quæ ſub eodem nomine extat in Mſc. codice Sorbonitarum: ſed Ioannis Euangeliſtæ, & Dionyſij Miſſæ, quas tertiam & quartam appellauimus, perfectè iis quæ ſub eodem nomine in Miſſali Maronitico editæ ſunt, reſpondent, ſublatâ conſecratione, & verbis ritus inuocandi, quæ modò notauimus & aliis perpaucis. Vnde planum exploratumque eſt de formâ inuocandi Spiritus apud Chaldæos receptâ, & Liturgiis Romæ editis linguâ Syricâ iudicandum non eſſe; quin immò has ad codicem manuſcriptum, qui in Sorbonitarum Bibliothecâ aſſeruatur, reformandas eſſe; ſi primæ formæ eas velimus reſtituere. Hæc in miſſâ Ioannis Euangeliſtæ, quam præfert iſtud exemplar, ita exprimitur. Sacerdos primò Deum precatur, vt ſuper ſe, ac ſuper oblatas Spiritum ſanctum emittat. Deinde hæc ſubiungit.

דו נאגן על דאא חלין ונקדש אגן
כהנא ענני עמא קוד כהנא איכנא
דכר מאגן נעבר לחמא הנא פגרא

דמשיחא אלהא דילן עמא אמין כהנא ולכמא הנא נעבד דמא דמשיחא אלהא דילן׃

Ipſe (Spiritus) illabatur ſuper myſteria iſta, & ea ſanctificet. Sacerdos exaudi me, populus Kyr. Sacerdos. Vt illabens faciat panem hunc, corpus Chriſti Dei noſtri, populus, Amen. Sacerdos & calicem hunc faciat ſanguinem Chriſti Dei noſtri.

Neque aliter habet Dionyſiana miſſa eiuſdem codicis Sorbonici, cuius hæc verba ſunt iuxta priſcam inuocandi formulam. Sacerdos, vt antea, deprecatur Spiritus ſancti in propoſita munera illapſum, qui vt habet Liturgiæ Miſc. contextus.

ללחמא הנא נעמור פנרא דמשיחא אלהא דילן עמא אמין כהנא ולמזגא דכסאהנא נחלף לדמאדמשיחא אלהא דילן׃

Panem hunc perficiat corpus Chriſti Dei noſtri. Populus, amen. Sacerdos: & mixtionem quæ eſt in iſto Calice, conuertat in ſanguinem Chriſti Dei noſtri, &c.

Ex his apertè liquet Chaldaicum inuocandi Spiritus ſancti ritum, tam apud Neſtorianos quàm Maronitas, nullatenus ab eo diſcrepare, quem in Græcanicis Eccleſiis vſus comprobauit. Neque diuerſam ab his inuocationis formam exhibent Armenorum, Æthiopumque Liturgiæ. In diuina Armenorum Miſſâ, quæ Romæ typis Sacræ Congregationis propagandæ fidei anno 1642. excuſa eſt, Spiritus ſancti inuocatio his verbis concipitur. *Rogamus te, Domine, fac conſecratum panem hunc verum corpus Chriſti Domini, & Saluatoris noſtri, & conſecratum calicem iſtum verum ſanguinem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, vt fiat omnibus nobis ſuſcipientibus non in iudicium, ſed in ſalutem animarum noſtrarum, & remiſſionem peccatorum.* Hæc inuocationis formula pugnantia præ ſe ferre videtur: Nam Sacerdos aduentum Spiritus ſancti ſupplex deprecatur, qui dona propoſita Chriſti corpus & ſanguinem faciat; cùm ea tamen iam in hæc tranſiiſſe verbis iſtis, *conſecratum panem, conſecratum calicem*, ſupponere videatur. Verùm illud à Cenſoribus haud dubiè profectum eſt, quorum operâ, & ex ſacræ Congregationis Cardinalium ſuper negotiis Armenorum mandato emendata fuit. Itaque res ipſa loquitur, & aliarum Liturgiarum comparatio manifeſtò docet, tollendam eſſe dictionem *conſecratum*, ſi hanc inuocationem antiquæ formæ reddere velimus. Pariter Miſſa Æthiopica quæ Romæ edita eſt, inuocationem hanc repræſentat.

נסאלך אנזיא ונסהבקוּעך כּם תפן קרם פנפס וחיל דב זנת חכסת ולעל זנת צוע ותרסי כנרת ודם לאנואן ומרחנן איסס כרסתס׃

Rogamus te, Domine, ac te deprecamur, vt mittas ſanctum Spiritum, & virtutem eius, ſuper hunc panem, & faciat corpus & ſanguinem Domini noſtri, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Noui

Noui quidem paulò aliter haberi in Latinâ huiuſce Liturgiæ tranſlatione, quæ anno 1649. Romæ accurata eſt: vbi enim repoſuimus, *& faciat corpus*, reddit interpres, *videlicet corpus*: ſed nihil prorſus extat in Æthiopicis, quod conuerti debeat, *videlicet*. Illud ſanè ab iis profectum eſt, quorum ſtudio & labore Latina interpretatio publicata eſt. Et his conformatur annotatio, quam P. Vanſlebius paginæ 153. deſcriptionis Ægypti inſeruit. Ibi enim hanc profert Spiritus inuocandi in Miſſa formulam ex Liturgia Æthiopica, quæ ſub nomine Patrum in Concilio Nicæno congregatorum inſcribitur. *Vi preghiamo dunque, è vi ſupplichiamo o ſignore, che vi vogliate degnare il voſtro S. Spirito, accioche diſcenda, è venghi, è riſplenda ſopra queſto pane, è diuenti il corpo di noſtro iddio, & acchioche ſi conuerti, o immuti il ſapore di queſto calice, è diuenga ſangue di Chriſto.* Vt autem melius conſtet de perfectâ, quam in ſuis inuocationibus Liturgiæ omnes Orientales ſeruant inter ſe conſenſione; abs re non fuerit, idem argumentum magis explicare, propoſitis nodis quibuſdam, ſimulque ſolutis, qui alias minùs peritis aliquid negotij poſſent faceſſere. Vincentius Riccardus, cuius operâ S. Procli Archiepiſcopi Conſtantinopolitani analecta Græcè & Latinè cum commentariis lucem Romæ aſpexerunt, ad tractatum eiuſdem Procli de traditione Miſſæ præſentem materiam in omnes partes verſat, ac demum concludit, verba precationis, quibus Spiritus ſancti aduentus in dona propoſita expectatur, non ita intelligenda eſſe, quaſi reuera debeant panem efficere corpus, & vinum in ſanguinem conuertere; quippe quæ iam conſècrata fuerint: ſed ita coniungenda eſſe, ex c. verba inuocationis Chryſoſtomianæ. *Fac vt panis iſte, qui eſt pretioſum corpus Chriſti tui &c.* cum vulgò legatur. *Fac panem hunc pretioſum corpus Chriſti tui &c.* nimirum cenſet *corpus & ſanguinem*, ibi eſſe, vt loquuntur Grammatici, per appoſitionem, & vt ita ſentiret, adductum ſe fuiſſe teſtatur verſione Latinâ Liturgiæ Æthiopicæ, quæ tomo ſexto Bibliothecæ Patrum inſerta eſt. Sed ſiculneum eſſe argumentum illud, ex iam dictis pro comperto habetur. Hanc tamen opinionem iam antea Romæ inualuiſſe ex eo licet animaduertere, quòd Miſſalis Maronitici editores, ad eam reſpexerint, cùm pro eo quod antea legebatur, *faciat panem hunc, corpus Chriſti.* Similiter *calicem hunc faciat ſanguinem Chriſti*, ipſi repoſuere *myſterium hoc corpus Dei noſtri, faciat vt ſit, &c.* Iuuat proferre inuocationem integram ex Miſſa S. Xyſti quæ in Miſſali Maronitarum prima numeratur.

ותאתא מרי רוחך היא וקדישא
ונאנן עלין ועלקורבנא הנא עמא
קודיא אליסן קודריא אליסן כהנא
ולהזא הנא פנרא דמשיחא אלהא
דילן נעבד דנהוא לפורקנא דילן
ולהיא דלעלם עלמין ולכסא הנא
דמא דמשיחא אלהא דילן נעבד
דנהוא פורקנא דילן ולהיא דלעלם
עלמין׃

דחיליני לות תשמשתא הדא דביתא
וקדישתא כהנא עניני מריא עמא
קודיא אליסן כהנא איכנא דבמנגנותה
נהוא לראוא הנא פנרא קדישא דמש-
יחא אלהא דילן עמא אמין כהנא
ולכסא נהוא דמא דילה דמשיחא
אלהאדילן׃

Miserationes tuas ego deprecor. Misere mei, & effunde super me, & super hæc oblata, quæ posita sunt, gratiam Spiritus tui sancti; & laua me ab omnibus maculis meis, viresque mihi adde ad ministerium hoc purum & sanctum. Sacerdos. Exaudi me Domine. Populus Kyrie eleyson. Sacerdos, vt per suum illapsum demonstret mysterium hoc corpus sanctum Christi Dei nostri. Populus, Amen. Sacerdos. Et calicem hunc demonstret sanguinem ipsius Christi Dei nostri.

Ex Miss. Chal. Mar.

Et veniat Domine Spiritus tuus vitaus & sanctus, atque inhabitet super nos, & super hoc sacrificium. Populus Kyrie eleyson. Kyrie eleyson, Sacerdos, Et mysterium hoc corpus Christi Dei nostri, faciat vt sit in redemptionem nostram, & in vitam æternam, & calicem hunc sanguinem Christi Dei nostri, faciat vt sit in redemptionem nostram & vitam æternam.

Verbi vnius נעבד, transpositione fecerunt Maronitici Missalis castigatores, vt illius inuocatio cum Græcanicâ non consentiret. Sed præter exemplaria manuscripta Sorbonitarum, quæ transpositionem hanc recentiorem esse, & deditâ operâ inuectam fuisse apertè euincunt, non desunt exempla rei huiusce probandæ idonea, etiam in ipso Maronitarum Missali Romæ edito: nam Missa, quæ sub nomine S. Eustathij legitur paginâ 166. libri Missalis Maronitarum hanc præfert inuocationem, quæ à cæteris non parum discrepat.

לרחמא דילך מפיס אנא מריא
דחם עלי ואשוד עלי ועל קורבנא
הלין דסימין טיבותא דרוחא דילך
קדישא וחורינני מן כלהין כותמתי

Virgulâ consoriâ hæc inuocatio notata non fuit: quòd Correctores existimauerint, non eamdem ex verbo נהוא *demonstret*, seu ostendat, duci posse consecutionem, atque ex verbo נעבד *faciat*. Sed eos qui ita sentiunt aberrare autor est Cardinalis Perronius, & id in præsenti quæstione res ipsa loquitur: nam ipsiusmet contextus ratio docet ἀποφαίνειν καὶ διακτικὸν, seu ostendere & demonstrare, quæ in Liturgiis sanctorum Clementis & Basilij reperiuntur, nihil aliud esse, quàm τὸ ποιεῖν *efficere*, quod habent cæteræ Liturgiæ. Illud quoque iam ante Perronium ritè animaduersum fuerat à Carolo Bouio Episcopo Ostunensi scholiis in con-

Digitized by Google

ſtitutiones Apoſtolicas, quas primus Latinè vertit: quippe adhæc verba, *vt oſtendat hunc panem, corpus Chriſti tui*, quæ ſunt in Liturgiâ, S. Clementis, ait, *hoc eſt efficiat: hanc enim vim habet Græcum verbum. Eadem verba ſunt in Liturgia Iacobi, Baſilij, Chryſoſtomi, quæ nemini ſuſpicionem afferre debent.* Igitur minimè audiendi ſunt illi, qui verba vnius alteriuſue Liturgiæ Orientalis à vero & naturali ſenſu abducta, ad alienum & omnino coactum traducunt: quaſi verò quod aliquâ ratione videtur implicatum, id eius quod ab omni prorſus ambiguitate ſolutum eſt, regula eſſe debeat. Cæterùm quod de Romanâ Miſſalis Maronitici caſtigatione diximus, illud non ita accipiendum eſt, vt fidei cenſorum detrahi velimus: ſed dum κριτικῶς & κατ' ἀκρίβειαν antiquam Liturgiarum Orientalium formam anquirimus, edita illarum exemplaria ad codices manuſcriptos expendere neceſſe fuit. In hoc autem cenſorum prudentia laude digna videtur, quòd referente Thoma à Ieſu manuſcripta miſſalia à ſuis erroribus accuratè expurgauerint, cautumque fuerit ſanctione Apoſtolicâ, vt ea ſolùm in Eccleſiæ Maronitícæ vſum cederent, quæ Miſſa eſſent à Romano Pontifice, vel propriâ Patriarchæ manu ſubſcripta. Immò non in iis ſolùm quæ fidei erant libri Miſſales Maronitarum Romanis conformari debuerunt, ſed id omne reſcindendum fuit, vnde aliquid erroris naſci potuiſſet: & hanc eſſe Congregationis de propagandâ fide conſuetudinem puto latere neminí, cuius ſtudium erga fidei vnitatem, nemo ſanus improbauerit.

De Conſerſ. omn. Gent. lib. 7 c. 72.

Denique nacti etiam codicem manuſcriptum Liturgiarum quæ apud gentem Ægyptiacam obtinent, formulas inuocationum, quæ in illo apparent publicamus. Codex ille tres Liturgias ſub nominibus Baſilij Gregorij & Cyrilli ſermone Ægyptiaco, quem vulgò Copticum appellant comprehendit. Adiecta eſt ad marginem & è regione verſio Arabica, quam Victor Scialach Accurenſis Maronita è monte Libano, Latinè conuertit. Nunc pluribus quæ tamen animaduerſione digna ſunt, referendis, ſuperſedebimus, vt ea tantùm, quæ ſunt inuocationum conſectemur. Contextum Copticum de induſtria prætermimus: nam Barbara iſta Lingua, & paulo horridior, ipſiſmet Cophtitis, ſi perpaucos excipias hodie cognita non eſt, A Latina victoris Scialac interpretatione interdum recedimus, quòd hæc Arabicæ non κατ' ἀκρίβειαν reſpondeat. Primò igitur Miſſa Baſiliana hanc præ ſe fert inuocandi Spiritus ſancti formam.

נסאלך איהא אלמסית אלאהנא
נתן אלכטאר אלגיר מסתחקין
עביד נסגדלך במטרה צלאחך

לתחל רוח קדסך עלינא ועלי הדא
אל קראבין אלמוטוּעה· וטהרהמא·
ותטהרהמא· מקדסין לקדיסיך·····
והדא אלכבז תנעלה נסדא מקדסא
לרֿ רבנא ואללאנא ומכלצנא
יסוע אלמסיח אסלטרֿ נפראנא
ללנטאיא׃

Rogamus te Christe Deus noster, nos peccatores indigni ferni tui, adoramus te in beneplacito recto tuo, vt aduentet Spiritus sanctus tuus super nos, & super has oblationes propositas, qui eas sanctificet, & eas exhibeat sanctas sanctis tuis..... Et hunc panem faciat corpus sanctum ipsius Domini nostri & Dei nostri ac Seruatoris nostri Iesu Christi..... Et hunc calicem sanguinem pretiosum noui testamenti Domini nostri, atque Dei nostri, & Seruatoris nostri Iesu Christi

Consimilia legere est in anaphora Gregoriana, in qua primò hæc habentur, אנת יא סידנא בצותך וחדך חול הדא אלמוצועה׃ *tu Domine noster voce tua sola conuerte has oblationes.* Deinde mox,

אנת ארסל עלינא נעמה רוח
קדסך כי תטהר ותנקל הדא אל
קראבין אלמוטוּעה אלי נסר ידם
כלצנא··· והדא אלכבז תנעלהנסדא
מקדסא לך יא רבנא ואלהנא
ומכלצנא יסוע אלמסיח אסלטרֿ
נפראנא ללנטאיא וחיאה טובדרֿ
למן יהנאול מנרֿ׃

Tu mitte super nos gratiam Spiritus sancti tui, quæ sanctificet ac transmutet oblationes propositas in corpus & sanguinem Seruatoris nostri... Et hunc panem faciat corpus sanctum tuum Domine noster ac Deus noster & Redemptor noster Iesu Christe da illud in remissionem peccatorum & vitam æternam sumentibus eum, &c.

Postremò S. Cyrilli Missa hæc præfert, quæ Basilianæ & Gregorianæ per omnia conueniunt.

וארסל אליאספל מן עלוך אלמקרם
ומן מסכנך אלמסתער ומן אלניר
כחצור פי חסנך ומן כרסי מלך מגדך
אלבארקליט רוחך אלקדוס אלכאין
פי אל קנום אלניר כמתחיל ולא
מתניר אלרב אלמתי עלינא נחן
עבידך ועלי הדא אלקראבין אלתילך
אלמכרמה אלמברא בוצעתא אכאסך
עלי הדא אלכבז ועלי הדא אלכאס
לבי יתטהרוא וינתקליא והדא
אלכבז יציר נסדא מקדסאלמסיח
אמין והדא אלכאס איצא אלדם
אלכרים אלעהדה אלגדיד רבנא
ואלהנא ומכלצנא ומלכנא כלנא יסוע
אלמסיח אמין׃

Et mitte ad inferiora de excelso tuo sanctlo, & de tabernaculo tuo præparato, quod non circumscriptum est in sinu tuo, & ex solio Regni gloriæ tuæ Paraclitum Spiritum tuum sanctum existentem in persona mutationi minimè obnoxium Dominum vitæ autorem..... Super nos qui sumus serui tui, & super has oblationes tuas pretiosas, quæ iam incœperunt proponi coram te, super hunc panem & super hunc calicem, vt sanctificentur & transmutentur... Et hic panis fiat corpus sanctum Christi, Amen... Et hic calix pariter sanguis pretiosus noui testamenti Domini nostri & Dei

Digitized by Google

noſtri, & Seruatoris noſtri Regiſque noſtrum omnium Ieſu Chriſti, Amen.

Hactenus diuerſas inuocandi Spiritus ſancti formulas ex variis Liturgiarum Orientalium exemplaribus produximus, quarum omnium perfectiſſima eſt cum Græcis conſenſio. Iam tempus eſt vt ad probationes, quas aliunde iidem Græci præſertim ex Patribus pro tuenda opinione ſua deriuant tranſeamus.

Patres vnanimi conſenſu, pro Græcorum ſententiâ decertare videntur. Selectiores tantùm, ne ſimus longiores, laudabimus. Iuſtinus Martyr ſub finem Apologiæ 2. myſteriorum celebrationem, qualis iam tum ab Eccleſiæ infantiâ publico vſu comprobata erat, deſcribens, Chriſti corpus ſeu panem conſecratum appellat Εὐχαριστηθέντα ἄρτον, *panem ſuper quo gratiæ actæ ſunt*, τὸν δι' εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθέισαν τροφήν. *Cibum Euchariſtiam factum per precationem verbi, quod ab ipſo profectum eſt* Adrenæus & verba & ſententiam Iuſtini ἐχ τῶν ὁδῶν, ſequitur l. 4. aduerſus Hæreſ. c. 33. vbi *corpus Domini* ſimiliter vocat *panē in quo gratiæ actæ ſint*: & mox hæc ſubjicit. *Quemadmodum enim, qui eſt à terrà panis percipiens inuocationē Dei, iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia &c.* Clemens Alexand. vini conſecrationem explicat lib. 2. Pædag. c. 2. per vocem benedictionis: & ipſi τὸ εὐλογηθὲν, ſiue benedictū, idem eſt atque Latinis conſecratum.

Clementis diſcipulus Origenes commentariis in Matthæum ad hæc verba, *non quod intrat in os &c.* quæ fuſiùs illuſtrat, Chriſti corpus in Euchariſtia appellat. Τὸ ἀναζόμενον βρῶμα ἁγιάζεται λόγῳ Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως. *Cibum per Dei verbum, & precationem ſanctificatum ſeu conſecratum.* Paulo poſt ibidem ait. Καὶ οὐκ ἡ ὕλη τῆς ἄρτου, ἀλλ' ὁ ἐπ' αὐτῷ ἁγιασθεὶς λόγος ἐστὶν, ὁ ὠφελῶν τὸν μὴ ἀναξίως τοῦ κυρίου ἐσθίοντα αὐτόν. Quæ verba clariſſimus Origenis interpres Huetius ritè conuertit. *Nec panis materia; ſed ſuper eum prolata oratio ea eſt, quæ illum iuuat, qui non indignè Deo hunc comedit.* Nec minùs apertè Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi myſtagogicâ primâ dicit. Τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον τῆς εὐχαριστίας, μετὰ τὴν ἁγίαν ἐπίκλησιν τῆς παρακωμητὴς τελεῖται, ἄρτον εἶναι καὶ οἶνον λίτον. *Panem & vinum Euchariſtiæ ante ſanctam inuocationem adorandæ Trinitatis, ſimpliciter eſſe panem & vinum.* Sed vt mox ſubdit. Ἐπικλήσεως γενομένης, ὁ μὲν ἄρτος γίνεται σῶμα Χριστοῦ, ὁ δὲ οἶνος αἷμα Χριστοῦ. *Factâ inuocatione panis quidem fit corpus Chriſti, vinum autem ſanguis Chriſti.* Pariter & Catecheſi tertia confectionem Chriſti corporis tribuit precationi, quâ inuocatur Spiritus ſanctus. Ὁ ἄρτος τῆς εὐχαριστίας μετὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὐκ ἔτι ἄρτος λίτος, ἀλλὰ σῶμα Χριστοῦ. *Panis Euchariſtiæ poſt inuocationem ſancti Spiritus, non eſt amplius ſimplex panis;*

ſed corpus Chriſti. Baſilius quoque cognomento magnus libro de Spiritu ſancto traditionum autoritatem adſtruens, ſimul efficientiam Chriſti corporis in Euchariſtia ab inuocatione ſumere videtur. Τὰ τῆς ἐπικλήσεως, inquit, ῥήματα ἐπὶ τῇ αἱμαδύξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας, τίς τῶν ἁγίων ἡμῖν κατέλιπε. *Inuocationis verba in oſtenſione panis Euchariſtiæ, & poculi benedictionis, quis Sanctorum nobis ſcripto reliquit?* Baſilio conuenit frater illius Gregorius Nyſſenus, qui in oratione, quam habuit in Chriſti baptiſmum, non longè ab initio, ita loquitur. Ὁ ἄρτος πάλιν ἄρτος ἐξ ἧς κοινὸς· ἀλλ' ὅταν αὐτὸν τὸ μυστήριον ἱερουργήσῃ, σῶμα Χριστοῦ λέγεται πι, ἢ γίνεται. οὕτως τὸ μυστικὸν ἔλαιον, οὕτως ὁ οἶνος, ὁλίγου τινὸς ἄξια ὄντα πρὸ τῆς εὐλογίας, μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τοῦ τοῦ πνεύματος, ἑκάτερον αὐτῶν οἷόν τι ἀφορᾷ. *Iterum panis, initio panis communis eſt, ſed poſtquàm myſterio conſecratus eſt, Chriſti corpus & dicitur & exiſtit. Sic myſticum oleum, ſic vinum cum ſint exigui cuiuſdam pretij ante benedictionem, poſt ſanctificationem, vtrumque illorum operatur excellenter.* Sanctus Ephrem vir apud Orientales multi nominis & Eccleſiæ Edeſſenæ diaconus ab aliis Patribus non diſſentit, cuius hæc verba ſunt tractatu de naturâ Dei curiosè non ſcrutanda. *In manibus panem accipiens benedixit ac fregit in figuram immaculati corporis ſui, calicemque in figuram pretioſi ſanguinis ſui benedixit.* Idem vero *benedixit* Patribus in hoc argumento eſſe, atque inuocauit pro comperto eſſe debet. Iterum ſanctus Ephrē libello cui titulum fecit, περὶ ἱερωσύνης *de Sacerdotio*, quæ habentur ea de re in Liturgiis ferè ad verbum exprimit hac ratione. Ἡ ὁ ἱερωσύνη ὁ πολλῇ παῤῥησίᾳ ὑψηλοπετοῦσα ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἀνειστι, ἄλλως αὐθωρήσῃ αὐτὸν τὸ ἀόρατον καὶ προσκυνήσασα τῷ ὑψηλῷ θρόνῳ ἑστῶσαν ἰσχυρὸν δίκαιον δικαίου, βαστάσουσα δικαίως ἡ συναγωγὴς τῶν συνδούλων, καὶ προσφέρουσα θερμῶς τῷ ἰδίῳ δικαστῇ. εἶτα ἐπίκλησιν ἅμα καὶ μετάνοιαν αἰτεῖ, καὶ συγχώρησιν, καὶ ἔλεον, καὶ οἰκτον τῷ εὐσπλαγχνῳ Βασιλεῖ· ὅπως τὸ ἅγιον πνεῦμα συγκατέλθῃ, καὶ ἁγιάσῃ δῶρα τὰ ἐν γῇ προκείμενα. ἡ ὅταν προσκομιδῇ μυστικὰ φοβερὰ πλήρη ἀβασσίας ἀφῇ τῶν προκειμένων ἱερίως ποιοῦντος προσδέεται τοῦ παντὸς. τότε δὲ προσέρχεται ψυχὴ ἀφῇ τῶν φεικτῶν μυστηίων καθαιμὸν λαμβάνουσα τοῦ ἀσπίλου. *Sacerdotium autem cum multa fiducia è terra ſurſum volitans in cælum aſcendit, donec eum qui inuiſibilis eſt contempletur, & adorans coram excelſo throno ſtans obſecrat pro ſeruis Dominum, ferens lacrymas & gemitus conſeruorum, & offerens cum feruore proprio Domino. Deinde conſolationem ſimul & pœnitentiam petit nec non indulgentiam, & miſericordiam à rege miſericorde; vt Spiritus conſolator deſcendat ac ſanctificet dona quæ in terris propoſita ſunt. Et poſt-*

Digitized by Google

quàm oblata fuere myſteria tremenda plena immortalitate interuentu præſidentis ſacerdotis, qui pro omnibus deprecatur, tunc accedunt animæ per tremenda myſteria purgationem maculatum accepturæ. De mente Ioannis Chryſoſtomi non eſt cur dubitemus, ſi verè ab illo profecta fuerit, quæ ſub eius nomine circunfertur Liturgia, & publico Græcarum Eccleſiarum vſu dudum comprobata eſt. Sed in commentariis, homiliis, aliiſque operibus, quæ illius eſſe liquido conſtat, non ita manifeſtè iunioris Græciæ partes tuetur, quin eum ad ſuas Latini, etiam minimè reluctantem poſſint adducere. Hæc autem illius ſententiæ ſumma eſt. * Non homo qui miniſter eſt, ſed ipſe Chriſtus munera propoſita in corpus ſuum & ſanguinem conuertit. Verba quidem profert Sacerdos, ſed Dei virtus, & gratia conſecrat ſancta dona, quæ apponuntur, interuentu ac beneficio verborum illorum, *hoc eſt corpus meum.* Quæ quidem ſemel prolata quotidie ſuum effectum ſortiuntur, dum Chriſti vices gerens Sacerdos, & velut illius perſonam induens ea pronunciat, non ſecus ac ſemel dictum eſt, *creſcite & multiplicamini.* Vocis tamen illius effectus ſemper in rerum natura & generationibus conſpicitur. Græci recentiores, duce præſertim Nicolao Cabaſila, hæc ad ſuam opinionem ita accommodant, vt ſicut poſita illa Dei voce, *creſcite & multiplicamini*, præterea neceſſarium eſt ad liberorum procreationem matrimonium, & ad id orationes quoque, & preces adhibentur; ita & aiunt Sacerdotum precationes verborum Chriſti efficaciæ ne quidquam officere: cùm ipſi deprecentur, vt illa virtutem ſuam habeant. Vnde & ipſe Chryſoſtomus, interdum etiam, non ſecus atque alij patres, etſi non ita frequenter, inuocationis vocabulum vſurpat, vti libro 6. de Sacerdotio, de ſacrificium offerente Sacerdote hæc habet. Ὅτ' ἂν ὁ κληθῇ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καλῶν, καὶ τὴν φρικωδεστάτην ἐπιτελῇ θυσίαν. *Cùm autem ille & Spiritum inuocauerit, & ſacrificium horrore plenum perfecerit.* Quid eâ de re ſentiret Proclus eiuſdem ſedis Conſtantinopolitanæ Archiepiſcopus clarè & abſque vllis ambagibus expoſuit, diſſertatione * de traditione diuinæ Liturgiæ, ſi tamen eius eſt, vt iam multis viſum fuit illud fragmentum: apertè enim panis & vini conuerſionem in Chriſti

cabaſ. in expoſ. Litur. cap. 29.

* Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ὁ ἱερεὺς τὰ προκείμενα μεταβάλλει σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν, &c. *Chryſ. de Prod. Iudæ, Serm.* 30.

* Διὰ τοῦτον τοίνυν δέχεσθαι τὴν ἀποβολὴν τῶν ἁγίων τελεσμάτων προσηνάγκασε. ὅπως τῇ αὐτῇ στάσει τὴν προθυμίαν τὸν προκειμένων εἰς ἱερουργίαν κρίνοι· ἐν οἴνῳ γὰρ ὕδωρ μιγνύμενον, καὶ τοῦτο οὐκέτι τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπεφήνατο τὸ μυστήριον.

corpus & ſanguinem tribuit Sacerdotum precationibus, quibus Spiritus ſancti aduentus & illapſus in dona propoſita expectatur. Dionyſium vulgo Areopagitam dictum non debemus ſilentio præterire qui Hierarchiæ Eccleſiaſticæ capite 3. poſt verba quæ conſecratoria Latini appellant, Sacerdotis conſecrationem recenſet. Pluribus Græcorum Patrum autoritatibus contexendis, cùm tamen benè multæ ſuperſint, non diutius immorabor. Vnius Ioannis Damaſceni, à quo non minùs quàm à ſuo Thoma Latini, pendent Græci Doctores, teſtimonium adjiciam. Ille fidei orthoxæ libri 4. capite in vulgatis editionibus 14. præſens argumentum mirè illuſtrat, cuius verba, quia partim ex Chryſoſtomo, partim ex aliis Patribus, quos in breuiarium ſuum ipſe deditâ operâ tranſtulit, deſumpta ſunt, eò promptiori animo referam, quòd inde Græciæ tùm vetuſtioris tum recentioris ſententia, non parum lucis habitura ſit.

Η μὲν οὖν γέννησις ἡμῖν δι' ὕδατος ἢ πνεύματος δέδοται, φημὶ δὴ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. ἡ δὲ βρῶσις, αὐτὸς ὁ αὐτὸς τῆς ζωῆς ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς χριστὸς, ὁ ἐκ τῆς ἁγίας καταβάς. μέλλων γὰρ τὸν ἑκούσιον ὑπὲρ ἡμῶν κατα δέχεσθαι θάνατον, ὁ τῇ νυκτὶ ὃν παρεδίδου ἑαυτὸν, διαθήκην καινὴν δίδοτο τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς ἢ ἀποστόλοις, καὶ δι' αὐτῶν πᾶσι τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι, διὰ τῶν ἀναβάσεων τοῦτο ποιεῖ τῆς ἁγίας καὶ θεοδόξου σιὼν τὸ παλαιὸν πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ φαγὼν, καὶ πληρώσας τὼν παλαιὰν διαθήκην, τότε τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας, σύμβολον τοῦ ἁγίου βαπτίσματος παρεχόμενος. εἶτα κλάσας ἄρτον, δίδου αὐτοῖς λέγων λάβετε, φάγετε, τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ἡμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὁμοίως δὲ λαβὼν καὶ τὸ ποτήριον ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος μετέδωκεν αὐτοῖς λέγων, πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες. τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου καταγγέλλετε, καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ ὁμολογεῖτε, ἕως ἂν ἔλθῃ. εἰ τοίνυν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ζῶν ἐστὶ καὶ ἐνεργὴς· καὶ πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ κύριος ἐποίησεν. εἰ εἶπε γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο, γενηθήτω στερέωμα, καὶ ἐγένετο, εἰ τῷ λόγῳ κυείᾳ οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν, εἰ ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ, ὕδωρ τε καὶ πῦρ καὶ ἀὴρ καὶ πᾶς ὁ κόσμος αὐτῶν λόγῳ κυρίᾳ συνετελέσθησαν, τί τοῦτο δὴ τὸ πολυθρύλλητον ζῶον ὁ ἄνθρωπος. εἰ θελήσας αὐτὸς ὁ θεὸς λόγῳ ἐγένετο ἄνθρωπος, καὶ τὰ τῆς ἁγίας ἀπαρθένου καθαρὰ καὶ ἀμόλυντα αἵματα ἐμψύχῳ ἀποτόμως σαρκὶ ὑπεστήσατο οὐ δύναται ἢ ἄρτος ἑαυτοῦ σῶμα ποιῆσαι καὶ τὸ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ αἷμα; εἶπεν ὁ ἀρχὴ ἐξαγγέλτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου καὶ μέχρι τοῦ νῦν τῇ ὑετῷ γεωμόριον ἐξάγει τὰ ἴδια βλαστήματα τῷ θείῳ

θελήματι.

Digitized by Google

συνελαυνομένη καὶ δυναμουμένη περισταίνματι. εἶπεν ὁ θεὸς τοῦτό μου τὸ σῶμα, καὶ τοῦτό μου τὸ αἷμα, καὶ τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· καὶ τῷ παντοδυνάμῳ αὐτὸ περσάγματι, ἕως ἂν ἔλθῃ, γίνεται. οὕτω γὰρ ἔπρεπεν, ἕως αἰ ἔλθῃ. καὶ γίνεται ὑπὸ τὴν χαρὰν ταύτην γοργάδα ἀπὸ τῆς ἐπιπλήσεως ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπισκιάζουσα δύναμις. ὥσπερ γὰρ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργείᾳ ἐποίησεν, οὕτω καὶ πρὸ τοῦ πνεύματος ἐνέργεια τὰ κατὰ φύσιν ἐργάζεται, ἃ οὐ δύναται χωρῆσαι, εἰ μὴ μόνη ἡ πίστις. πῶς ἔσται μοι τοῦτο, φησὶν ἡ ἁγία παρθένος, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; ἀποκρίνεται Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος, πνεῦμα ἅγιον ἐπιλεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, καὶ πῶς ἐρωτᾷς πῶς ὁ ἄρτος γίνεται σῶμα Χριστοῦ, καὶ ὁ οἶνος, καὶ τὸ ὕδωρ αἷμα Χριστοῦ; λέγω σοι κἀγὼ· πνεῦμα ἅγιον ἐπιφοιτᾷ, καὶ ταῦτα ποιεῖ τὰ κατὰ λόγον τῆς ἐννοίας. ἄρτος δὲ καὶ οἶνος ἐπιλαμβάνεται, οὐδὲ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν ἀνθρωπίνων ἀφίησιν· ὡς τὰ πολλὰ γὰρ τὰ μὴ κατὰ συνήθειαν πεπραγμένα ἀποτρέφεται δυσχεραίνουσα. ἵνα οὖν συνήθειαν συγκαταβάσει κεχρημένος, ἀπὸ τῆς συνηθείας τῆς φύσεως ποιεῖ τὰ κατὰ φύσιν. καὶ ὥσπερ ὅτι τῷ βαπτίσματι ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ὕδατι λούεσθαι, καὶ ἐλαίῳ χρίεσθαι, συνέζευξε τῷ ἐλαίῳ καὶ ὕδατι τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, καὶ ἐποίησεν αὐτὸ λουτρὸν ἀναγεννήσεως, οὕτως ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ἄρτον ἐσθίειν ὕδωρ τε καὶ οἶνον πίνειν, συνέζευξεν αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ θεότητα, καὶ πεποίηκεν αὐτὰ, σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ, ἵνα ἀπὸ τῆς συνήθων καὶ κατὰ φύσιν, ἐν τοῖς κατὰ φύσιν γενόμεθα. σῶμά ἐστιν ἀληθῶς ἡνωμένον θεότητι τὸ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου σῶμα, οὐχ ὅπ αὐτὸ τὸ ἀληθὲς σῶμα ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται, ἀλλ' ὅπ αὐτὸς ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος μεταποιοῦνται εἰς σῶμα καὶ αἷμα θεοῦ. εἰ δὲ τρόπον τινὰ ζητεῖς, πῶς γίνεται. ἀρκεῖ σοι ἀκοῦσαι, ὅτι ἀπὸ πνεύματος ἁγίου, ὥσπερ καὶ ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου ἀπὸ πνεύματος ἁγίου ἑαυτῷ καὶ τὸ ἑαυτῷ ὁ κύριος σάρκα ὑπεσημήνατο, καὶ πλέον οὐδὲν γινώσκομεν, ἀλλ' ὅτι ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἀληθὴς ὄντι καὶ ἐνεργὴς καὶ παντοδύναμος, ὁ δὲ τρόπος ἀνεξερεύνητος. οὐ χεῖρον δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ὥσπερ φυσικῶς ἀπὸ τῆς βρώσεως ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος, καὶ τὸ ὕδωρ ἀπὸ τῆς πόσεως εἰς σῶμα καὶ αἷμα τὸ ἐσθιόντος καὶ πίνοντος μεταβάλλονται, καὶ γίνονται ἕτερον σῶμα ἀπὸ τοῦ πρώτου αὐτὸ σῶμα. οὕτως ὁ τῆς ἐπιθέσεως ἄρτος οἶνός τε καὶ ὕδωρ ἀπὸ τῆς ἐπικλήσεως καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀφ' ὑφῆς μεταποιοῦται εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ αἷμα.

Generatio igitur nobis per aquam & Spiritum data eſt, per ſanctum videlicet beatiſſima. Cibus verò, qui panis eſt vitæ, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ex cælo deſcendit; ſuſceperturus enim voluntariam pro nobis mortem, in noctè, qua ſeipſum obtulit, teſtamentum nouum diſpoſuit ſanctis ſuis Diſcipulis & Apoſtolis, & per eos omnibus in ipſum credentibus. In cœnaculo igitur ſanctæ & gloriosæ Sion: antiquum Paſcha cum diſcipulis ſuis, vbi manducaſſet, compleuiſſetque velut teſtamentum, lauat diſcipulorum pedes, ſignum ſancti Baptiſmi.

corpus & sanguinem tribuit Sacerdotum precationibus, quibus Spiritus sancti aduentus & illapsus in dona proposita expectatur. Dionysium vulgo Areopagitam dictum non debemus silentio præterire qui Hierarchiæ Ecclesiasticæ capite 3. post verba quæ consecratoria Latini appellant, Sacerdotis consecrationem recenset. Pluribus Græcorum Patrum autoritatibus contexendis, cùm tamen benè multæ superfint, non diutius immorabor. Vnius Ioannis Damasceni, à quo non minùs quàm à suo Thoma Latini, pendent Græci Doctores, testimonium adjiciam. Ille fidei orthoxæ libri 4. capite in vulgatis editionibus 14. præsens argumentum mirè illustrat, cuius verba, quia partim ex Chrysostomo, partim ex aliis Patribus, quos in breuiarium suum ipse deditâ operâ transtulit, desumpta sunt, eò promptiori animo referam, quòd inde Græciæ tùm vetustioris tum recentioris sententia, non parum lucis habitura sit.

Η μὲν οὖν γένησις ἡμῖν δι' ὕδατος ἐν πνεύματος δέδοται, φησὶ δὴ τὸ ἁγίου βαπτίσματος. ἡ δ' βάπτισις, αὐτός ὁ κύριος τῆς ζωῆς ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς χριστὸς, ὁ ἐκ τῆ ὑραιῆ καταβαί. μέλλων γὰρ τὸν ἐκουσίως ὑπὲρ ἡμῶν καταδέχεθαι θάνατον, ὃν τῇ ιυκτὶ ὃ ἡ παραδίδου ἑαυτὸν, ἀξθήκην καινὴν δίθετο τοῖς ἁγίοις αὐτῆ μαθηταις ἐν ἀποστόλοις, καὶ δι' αὐτῆ πᾶσι τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν, ὲν τῷ ὑδάτω τοίνυν τῆς ἁγίας καὶ ὁσίξου σὺν τὸ παλαιὸν πάσχα ματὰ τ μαθητῆ αὐτῆ φαγὼν, καὶ πληρώσας τὼν παλαιὰ ἀξθήκην, νίπτει τῆ μαθητῆ τοὺς πόδας, σύμβολον τῆ ἁγίου βαπτίσματος παρεχόμενος. εἶτα κλάσας ἄρτον, ὑπιδίδου αὐτοῖς λέγων λάβετε, φάγετε, τῦτό μέ ὲῆ τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ἡμῆ κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὁμοίως δ λαβὼν καὶ τὸ ποτήριον ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος μετέδωκεν αὐτοῖς λέγων, πίετε ἐξ αὐτῆ πάντες. τῦτό μου ὲῆ τὸ αἷμα τὸ τῆς καινῆς ἀξθήκης, τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. τῦτο ποιεῖτε εἰς τὼν ἐμὼν ἀνάμνησιν. ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τῦτο πίνητε, ἐον θάνατον τῆ ὑῆ τῆ ἀνθρώπου καταγγέλλετε, καὶ τὼν ἀνάςασιν αὐτῆ ὁμολογῆτε, ἕως ἂν ἔλθῃ. εἰ τοίνυν ὁ λόγος τῆ Θεοῆ ζῶν ὲῆ καὶ ἐνεργὴς καὶ παίτα ὅσα ἠθέλησεν ὁ κύριος ἐποίησεν. εἰ ἔτε γενέσθαι φῶς, καὶ ἐγένετο, γενθήτω τρέφημα, καὶ ἐγένετο, ἐν τῷ λόγῳ κυρίῳ οἱ ὑρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τῷ ςόματος αὐτῆ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν, εἰ ὁ ὑρανὸς, καὶ ἡ γῆ, ὕδωρ τε καὶ πῦρ καὶ ἀὴρ καὶ πᾶς ὁ κόσμος αὐτῶν ἰῷ λόγῳ κυρίῳ συνετελέσθησαν, ᾧ τῦτο δὴ τὸ πολυθρύλλητον ζῶον ὁ ἄνθρωπος. εἰ θελήσας αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος ἐγένετο ἀνθρωπος, καὶ τὰ τῆς ἁγίας ἀσπαρθένου καθαρὰ ἐν ἀιμάτια αἷμα ἐαυτῷ ἄσπορος σάρκα ὑπεςήσατο οὐ δύναται ἢ ἄρτος ἑαυτῷ σῶμα ποιῆσαι καὶ ἡ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ αἷμα; εἶπεν ὲ ἀρχὴ ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου καὶ μέχρι τῦ νῦν τῷ ὑετῷ γενομένου ἐξαγει τὰ ἴδια βλαςήματα τῷ θείῳ ςμελαν-

Digitized by Google

συνελαυνομένη ϗ δυναμουμένη τοῖς προστάγμασι. εἶπεν ὁ θεὸς τοῦτό μου τὸ σῶμα, καὶ τοῦτό μου τὸ αἷμα, ϗ τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· καὶ τῷ παντοδυνάμῳ αὐτοῦ προστάγματι, ἕως αὖ ἔλθῃ, γίνεται. οὕτω γὰρ εἶπεν, ἕως αὖ ἔλθῃ. ϗ γίνεται ὑπὸς τὴν κλῆσιν ταύτην γοργὰ ἀφ' ἧς ἐπικλήσεως ἡ ἁγίου πνεύματος ἐπισκιάζουσα δύναμις. ὥσπερ γὰρ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος συεργείᾳ ἐποίησεν, οὕτω καὶ νῦν τοῦ πνεύματος συέργεια τὰ τοῦ φύσιν ἐργάζεται, ἃ οὐ δύναται χωρῆσαι, εἰ μὴ μόνη ἡ πίστις. πῶς ἔσται μοι τοῦτο, φησὶν ἡ ἁγία παρθένος, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; ἀποκρίνεται Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος, πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, καὶ νῦν ἐρωτᾷς πῶς ὁ ἄρτος γίνεται σῶμα Χριστοῦ, καὶ ὁ οἶνος, καὶ τὸ ὕδωρ αἷμα Χριστοῦ; λέγω σοι κἀγὼ· πνεῦμα ἅγιον ἐπιφοιτᾷ, καὶ πάντα ποιεῖ τὰ τοῦ λόγου ϗ ἐννοεῖ. ἄρτος δὲ καὶ οἶνος προσλαμβάνεται, οὐδὲ γὰρ ὁ θεὸς τῶν ἀνθρωπίνων ἀθέτησεν· ὡς τὰ πολλὰ γὰρ τὰ μὴ τῆς συνήθειας πεπιεσμένα ἀποτρέφεται δυσχεραίνουσα. ἵνα οὖν συνήθει συγκεκαλάσται κεχρημένος, ἀφ' ἧς συνήθειας τῆς φύσεως ποιεῖ τὰ τοῦ φύσιν. καὶ ὥσπερ ὅτι τῷ βαπτίσματος, ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ὕδατι λούεσθαι, ϗ ἐλαίῳ χρίεσθαι, συνέζευξε τῷ ἐλαίῳ ϗ ὕδατι τὸν χάριν τοῦ πνεύματος, καὶ ἐποίησεν αὐτὸ λουτρὸν αἰσθητόν, οὕτως ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ἄρτον ἐσθίειν ὕδωρ τε ϗ οἶνον πίνειν, συνέζευξεν αὐταῖς τὸν αὐτοῦ θεότητα, καὶ πεποίηκεν αὐτὰ, σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ, ἵνα ἀφ' ἧς συνήθων καὶ τοῦ φύσιν, ἐν τοῖς τοῦ φύσιν γενόμεθα. σῶμα ἐστὶν ἀληθῶς ἡνωμένον θεότητι τὸ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου σῶμα, οὐχ ὅτι αὐτὸ τὸ ἀλληθῆ σῶμα ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ὁ λόγος καὶ ὁ οἶνος μεταποιοῦται εἰς σῶμα καὶ αἷμα θεοῦ. εἰ δὲ τὸ πρόπον ὅπως γίνεται, πῶς γίνεται. ἀκηκοῦ σοι ἀκούσαι, ὅτι ἀφ' πνεύματος ἁγίου, ὥσπερ ϗ ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου ἀφ' πνεύματος ἁγίου ἑαυτῷ καὶ σὰρκα ὁ κύριος ἐπεφήσατο, ϗ πλέον οὐδὲν γινώσκομεν, ἀλλ' ὅτι ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἀληθὴς ὄντι καὶ συεργὸς καὶ παντοδύναμος, ὁ δὲ πρόπος ἀνέξερεύνητος. οὐ χεῖρον δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ὥσπερ φυσικῶς ἀφ' ἧς βρώσεως ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος, καὶ τὸ ὕδωρ ἀφ' ἧς πόσεως εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίοντος ϗ πίνοντος μεταβάλλονται, ϗ γίνονται ἕτερον σῶμα ἀφ' ἧς τοιούτου αὐτοῦ σῶμα. οὕτως ὁ τῆς εὐθυμίσεως ἄρτος οἶνός τε καὶ ὕδωρ ἀφ' ἧς ἐπικλήσεως ϗ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος τοῦ φυσὶ μεταποιοῦται εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ϗ τὸ αἷμα.

Generatio igitur nobis per aquam & Spiritum data eſt, per ſanctum videlicet baptiſma. Cibus verò, qui panis eſt vitæ, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ex cælo deſcendit; ſuſceperturus enim voluntariam pro nobis mortem, in nocte, qua ſeipſum obtulit, teſtamentum nouum diſpoſuit ſanctis ſuis Diſcipulis & Apoſtolis, & per eos omnibus in ipſum credentibus. In cœnaculo igitur ſanctæ & gloriosæ Sion: antiquum Paſcha cum diſcipulis ſuis, vbi manducaſſet, compleuiſſetque velut teſtamentum, lauat diſcipulorum pedes, ſignum ſancti Baptiſmi

corpus & ſanguinem tribuit Sacerdotum precationibus, quibus Spiritus ſancti aduentus & illapſus in dona propoſita expectatur. Dionyſium vulgo Areopagitam dictum non debemus ſilentio præterire qui Hierarchiæ Eccleſiaſticæ capite 3. poſt verba quæ cenſecratoria Latini appellant, Sacerdotis conſecrationem recenſet. Pluribus Græcorum Patrum autoritatibus contexendis, cùm tamen benè multæ ſuperſint, non diutius immorabor. Vnius Ioannis Damaſceni, à quo non minùs quàm à ſuo Thoma Latini, pendent Græci Doctores, teſtimonium adjiciam. Ille fidei orthoxæ libri 4. capite in vulgatis editionibus 14. præſens argumentum mirè illuſtrat, cuius verba, quia partim ex Chryſoſtomo, partim ex aliis Patribus, quos in breuiarium ſuum ipſe deditâ operâ tranſtulit, deſumpta ſunt, eò promptiori animo referam, quòd inde Græciæ tùm veruſtioris tum recentioris ſententia, non parum lucis habitura ſit.

Η μὲν οὖν γέννησις ἡμῖν δι' ὕδατος ἢ πνεύματος δίδοται, φημὶ δὴ τῦ ἁγίου βαπτίσματος. ἡ δ' βρῶσις, αὐτὸς ὁ αὐτος τῆς ζωῆς ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς χριστὸς, ὁ ἐκ τῦ ὐρανῦ καταβαίς. μέλλων γὰρ τὸν ἑκούσιον ὑπὲρ ἡμῶν κατα δέχεσθαι θάνατον, σὺ τῇ νυκτὶ ὃ ἢ παραδίδου ἑαυτὸν, ἀιθήκην καινὴν δίδετο τοῖς ἁγίοις αὐτῦ μαθηταις ἢ ἀποστόλοις, καὶ δι' αὐτῶν πᾶσι τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν, ὁ τῷ ὑφάσμ τοίνυν τῆς ἁγίας καὶ ὁσίξου σαρκὸς τὸ παλαιὸν πάσχα μετὰ τ μαθητῶν αὐτῦ φαγὼν, καὶ πληρώσας τὼν παλαιῶν ἀιθήκην, ὑπέδω τοῖς μαθηταῖς τοὺς πόδας, σύμβολον τῦ ἁγίου βαπτίσματος παρεχόμενος. ἔπα κλάσας ἄρτον, ὑπεδίδου αὐτοῖς λέγων λάβετε, φάγετε, τῦτό μὲ ὑπὲρ τὸ σῶμα τὸ ὑφ' ἡμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὁμοίως δ λαβὼν καὶ τὸ ποτήριον ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος μεταδίδωσιν αὐτοῖς λέγων, πίετε ἐξ αὐτῦ πάντες. τῦτό μου ὑπὲρ τὸ αἷμα τὸ τῆς καινῆς ἀιθήκης, τὸ ὑφ' ἡμῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. τῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τῦ υἱοῦ τῦ ἀνθρώπου καταγγέλλετε, καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτῦ ὁμολογεῖτε, ἕως ἂν ἔλθῃ. εἰ τοίνυν ὁ λόγος τῦ Θεοῦ ζῶν ὑπὲρ καὶ ἐνεργὴς· καὶ πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ κύριος ἐποίησεν. εἰ ἔπα γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο, γενηθήτω στερέωμα, καὶ ἐγένετο, εἰ τῷ λόγῳ κυρίᳳ οἱ ὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τῦ στόματος αὐτῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν, εἰ ὁ ὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ, ὕδωρ τε καὶ πῦρ καὶ ἀὴρ καὶ πᾶς ὁ κόσμος αὐτῶν τῷ λόγῳ κυρίᳳ συνετελέσθησαν, ἢ τῦτο δὴ τὸ πολυθρύλλητον ζῷον ὁ ἄνθρωπος. εἰ θελήσας αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος ἐγένετο ἀνθρωπος, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου καθαρᾶς ἢ ἀμώμητα αἵματος ἐπλάσθη ἀσπόρως σάρκα ὑπεστήσατο οὐ δύναται τ ἄρτος ἑαυτὸν σῶμα ποιῆσαι καὶ τ οἶνον καὶ τὸ ὕδωρ αἷμα; εἶπον σὺ ἀρχὴ ἐξαγγέλτω ἢ γῆ βοτάνην χόρτε καὶ μέλλει τὸν τῶν τῦ ὑετῦ γενομένων ἐξαγειν τὰ ἴδια βλαστήματα τῷ θείᾳ χρεία χρωμένων.

Digitized by Google

συνελαυνομένη ὑ δυναμουμένη τοῖς στα-
ύγμασιν. εἶπεν ὁ θεὸς τοῦτό μου τὸ σῶμα, καὶ τοῦτο μου τὸ αἷμα, ὑ τοῦτο
ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· καὶ τῷ
παντοδυνάμῳ αὐτοῦ προστάγματι, ἕως
αὖ ἔλθῃ, γίνεται. οὕτω γὰρ εἶπεν, ἕως
αὖ ἔλθῃ. ὑ γίνεται ὑπὸ τὴν χωνὴν ταύτην
χωρίς ἁγιασμὸς τῆς ἐπικλήσεως ἢ ἁγίου
πνεύματος ἐπισκιάζουσα δύναμις. ὥσ-
περ γὰρ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς
διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργείας ἐποίη-
σεν, οὕτω καὶ νῦν ἡ τοῦ πνεύματος ἐνέρ-
γεια τὰ ὑπὲρ φύσιν ἐργάζεται, ἃ οὐ
δύναμαι χωρῆσαι, εἰ μὴ μόνη ἡ πίστις.
πῶς ἔσται μοι τοῦτο, φησὶν ἡ ἁγία παρ-
θένος, ἐπεὶ ἀνδρα οὐ γινώσκω; ἀποκρί-
νεται Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος, πνεῦμα
ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις
ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, καὶ νῦν ἐρωτᾷς
πῶς ὁ ἄρτος γίνεται σῶμα Χριστοῦ, καὶ
ὁ οἶνος, καὶ τὸ ὕδωρ αἷμα Χριστοῦ; λέγω
σοι κἀγὼ· πνεῦμα ἅγιον ἐπιφοιτᾷ, καὶ
ταῦτα ποιεῖ τὰ ὑπὲρ λόγον ὑ ἔννοιαν.
ἄρτος δὲ καὶ οἶνος προλαμβάνεται,
ἵνα γὰρ ὁ Θεὸς τὴν ἀνθρωπίνην ἀφίνει
ἰσίαν, ὡς τὰ πολλὰ γὰρ τὰ μὴ κατ' ἐ
συνήθειαν πεπεισμένα ἄπιστα φέρεται
δυσχεραίνουσα. ἵη οὖν συνήθει συγκα-
τάβασι κεχρημένος, ἀφ' ὧν συνή-
θων τῆς φύσεως ποιεῖ τὰ ὑπὲρ φύσιν.
καὶ ὥσπερ διὰ τοῦ βαπτίσματος, ἐπειδὴ
ἔθος ἰοῖς ἀνθρώποις ὕδατι λούεσθαι, ὑ
ἐλαίῳ χρίεσθαι, συνέζευξε τῷ ἐλαίῳ ὑ
ὕδατι τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, καὶ
ἐποίησεν ἁπλοῦν ἀναγέννησιν,
οὕτως ἐπειδὴ ἔθος ἰοῖς ἀνθρώποις ἄρ-
τον ἐσθίειν ὕδωρ τε ὑ οἶνον πίνειν, συνέ-
ζευξεν αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ θεότητα, καὶ
πεποίηκεν αὐτὰ, σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ,
ἵνα ἀφ' ὧν συνήθων καὶ κατ' φύσιν, ἐν
ἰοῖς ὑπὲρ φύσιν γινώμεθα. σῶμα ἐσθ'
ἀληθῶς ἡνωμένον θεότητι τὸ ἐκ τῆς
ἁγίας παρθένου σῶμα, οὐχ ὅτι αὐτὸ τὸ
ἀναληφθὲν σῶμα ἐξ οὐρανοῦ κατέρχε-
ται, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος
μεταποιοῦται εἰς σῶμα καὶ αἷμα
θεοῦ. εἰ δὲ τρόπον ἐπίκτητος, ὡς
γίνεται. ἀρκεῖ σοι ἀκοῦσαι, ὅτι ἀφ'
πνεύματος ἁγίου, ὥσπερ ὑ ἐκ τῆς
θεοτόκου ἀφ' πνεύματος ἁγίου ἑαυτῷ
καὶ σ' ἑαυτῷ ὁ κύριος σάρκα ὑποστή-
σατο, ὑ πλέον οὐδὲν γινώσκομεν, ἀλλ'
ὅτι ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἀληθὴς ἐστ καὶ
ἐνεργὴς καὶ παντοδύναμος, ὁ δὲ τρόπος
ἀνεξερεύνητος. οὐ χρὴ δὲ καὶ τοῦτο εἰ-
πεῖν, ὅτι ὥσπερ φυσικῶς ἀφ' ἑ βρώ-
σεως ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος, καὶ τὸ ὕδωρ
ἀφ' τῆς πόσεως εἰς σῶμα καὶ αἷμα τρ
ἐσθίοντος ὑ πίνοντος μεταβάλλονται,
ὑ γίνονται ἕτερον σῶμα ἀφ' τὸ πρότε-
ρον αὐτῷ σῶμα. οὕτως ὁ τῆς θεοθέ-
σεως ἄρτος οἶνός τε καὶ ὕδωρ ἀφ' τῆς
ἐπικλήσεως ὑ ἐπιφοιτήσεως τ ἁγίου
πνεύματος ὑφ' ὑδὲ μεταποιοῦται
εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ὑ τὸ αἷμα.

Generatio igitur nobis per aquam & Spiritum data est, per sanctum videlicet baptisma. Cibus verò, qui panis est vitæ, Dominus noster Iesus Christus, qui ex cælo descendit; suscepturus enim voluntariam pro nobis mortem, in nocte, qua seipsum obtulit, testamentum nouum disposuis sanctis suis Discipulis & Apostolis, & per eos omnibus in ipsum credentibus. In cœnaculo igitur sanctæ & gloriosæ Sion: antiquum Pascha cum discipulis suis, vbi manducassset, compleuissetque volut testamentum, lauat discipulorum pedes, signum sanctæ Baptismi

Digitized by Google

præbens. Deinde fractum panem dedit illis dicens, accipite, manducate, hoc eſt meum corpus, quod pro vobis frangitur in remiſſionem peccatorum. Similiter acceptum calicem ex vino & aquâ, dedit illis dicens: bibite ex eo omnes, hic eſt meus ſanguis noui teſtamenti qui pro vobis effunditur in remiſſionem peccatorum, hoc facite in meam commemorationem. Quotieſcunque enim manducaueritis panem hunc, & biberitis hunc calicem, mortem filij hominis annunciatis, eiuſque reſurrectionem confitemini, donec veniat. Si igitur ſermo Dei viuens eſt atque efficax, & omnia quæcunque voluit Dominus fecit. Si dixit, fiat lux, & facta eſt: fiat firmamentum, & factum eſt; ſi ſermone Domini cæli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Si cælum & terra, aqua, ignis, & aer, atque omnis ornatus eorum ſermone Domini perfecta fuerint, & ipſe homo multi nominis animal. Si volens Deus ipſe verbum, factus eſt homo, & ex ſanctæ ſemperque Virginis puro & illibato ſanguine, ſibi carnem ne ſemine ſuffecit, non poteſt panem corpus ſuum facere, & vinum cum aquâ ſanguinem? Dixit in principio producet terra herbam virentem, & vſque ad hæc tempora interuentu pluuiæ profert ſua germina, diuino mandato motum & vires addente. Dixit Deus hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus, & hoc facite in meam commemorationem, & omnipotente eius mandato donec veniat, fit. Sic enim dixit donec veniat. Et fit pluuia nouæ huic agriculturæ per inuocationem Spiritus ſancti virtus obumbrans. Sicut enim omnia quæcunque fecit Deus, Spiritus ſancti efficientia fecit, ſic & nunc eadem Spiritus ſancti efficientia, quæ ſant ſuper naturam, operatur; quæ nequit capere niſi ſola fides. Quomodo fiet mihi iſtud, inquit ſancta Virgo; quoniam virum non cognoſco? Reſpondet Gabriel Archangelus: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Et nunc interrogas, quomodo panis fit corpus Chriſti, & vinum cum aquâ ſanguis Chriſti? dico etiam tibi, Spiritus ſanctus aduenit, & hæc facit, quæ neque dici, neque intelligi poſſunt. Panis autem & vinum tranſumuntur. Nouit enim Deus humanam imbecillitatem; quippe quæ multa vſu non detrita ægrè ferens auerſatur. Conſueta igitur condeſcenſione vſus per naturæ conſueta facit, quæ ſuperant naturam. Et ſicut in baptiſmo, quia ſolent homines lauari aqua, & vngi oleo, coniunxit oleo & aquæ gratiam Spiritus ſancti, & fecit illum lauacrum regenerationis; ſimiliter quia ſolent homines panem edere, & vinum cum aquâ bibere, coniunxit ipſis ſuam deitatem, atque fecit illa corpus & ſanguinem ſuum, vt per conſueta & naturalia, in eis quæ ſuperant naturam, ſimus. Corpus eſt verè vnitum deitati, & illud corpus quod eſt ex ſancta Virgine, non quòd illud ipſum corpus ex cælis aſſumptum deſcendat. Sed quòd ille panis, & vinum tranſformentur in corpus & ſanguinem Dei. Si verò modum anquiras, quo id fiat, ſatis eſt tibi audire, quod per Spiri-

Digitized by Google

tum ſanctum, ſicut ex ſancta Dei genitrice per Spiritum ſanctum ſibi ipſi, & in ſeipſo Dominus, carnem ſuſſecit, & nihil ampliùs cognoſcimus, quàm quòd ſermo Dei verus ſit, & efficax atque omnipotens: modus autem inſcrutabilis. Neque in promptu eſt, & hoc dicere, quòd ſicut naturaliter per comeſtionem panis, & vinum cum aquâ per potationem in corpus & ſanguinem comedentis & bibentis tranſmutantur, & fiunt corpus diuerſum à priori: ita panis propoſitionis vinum, & aqua per inuocationem, & per illapſum Spiritus ſancti ſupernaturaliter tranſformantur in corpus & ſanguinem Domini.

Iam non eſt cur in hanc rem plura congeramus; adeò manifeſta ſunt, & nullatenus impedita verba Ioannis Damaſceni. Quare ſuperſedere viſum eſt fuſioribus Nicolai Cabaſilæ, Simeonis Theſſalonicenſis, Marci Epheſij, Hieremiæ Patriarchæ Conſtantinopolitani, aliorumque recentioris æui Græcorum teſtimoniis, de quorum ſententiâ nihil prorſus eſt controuerſiæ. Ea ſolùm ſubjiciam quæ in Synodo Florentinâ Græcos inter & Latinos agitata ſunt, ſi Græcis Scriptoribus fides habeatur. Syluester Sguropulus partium Epheſij acerrimus defenſor, in hiſtoriâ quæ ſub eius nomine edita eſt, de iis quæ in Concilio Florentino geſta ſunt, teſtatur Latinos vehementer cum Græcis expoſtulaſſe de inuocatione illâ Spiritus ſancti, quam eorum Liturgiæ poſt verba conſecrationis exhibebant, & ſedulò inſtitiſſe vt illa è libris Miſſalibus eximeretur. Verùm poſt multas, eaſdemque grauiſſimas de hâc materia concertationes, Græcos penitus renuiſſe, immò referente Sguropulo, reſpondit Imperator, Magnum Baſilium & Magnum Chryſoſtomum, ritus illius autores eſſe, & ab iis deriuatum fuiſſe, vt in omnibus Eccleſiæ Orientalis Liturgiis obſeruaretur. Sed cùm Græci Latinis plenè & cumulatè non ſatisfeciſſent, his iterum inuocationis abolitionem vrgentibus, res tandem, annitentibus præſertim Roſſenſi & Nicæno Epiſcopis, eò deuenit, vt pro comperto eſſet, *peti conſecrationem à verbis Chriſti, præterea tamen requiri Sacerdotis vota & precationes ad myſterij perfectionem, non ſecus atque in primâ rerum omnium productione adfuit Dei omnipotentis Imperium hiſce verbis expreſſum, *Germinet terra herbam virentem*; & adhuc agricolarum induſtria deſideratur. Sed inde obtineri non potuit vt partes in mutuam inter ſe conſenſionem venirent. Quare ſuadente Impe-

Segur. Hiſt. Concil. Flor.

Επὶ τῆς ἱερᾶς ταύτης θυσίας φαμὲν, ὅτι τὰ ἀῤῥητα ἐκεῖνα ῥήματα εἰσὶ τὰ ἀκαίζοντα παύτων, συμβαίνοντα δὲ ἀφῆς αὐτὸ ἢ αἰ ἄῤῥητοι ἢ αἱ ἀπεκάστως τῆ ἱερίως ἀφῆς τῶν πολίσπτ. *Sgurop. Sectio 10. Cap. 1.*

ratore Marcus Ephesius pro tuendâ Græcorum sententiâ de hoc negotio dissertationem instituit. Id tamen impedimento non fuit, quominus res præcipuæ, de quibus diu multúmque inter se litigauerant, ad concordiam & pacem reuocatæ fuerint; quasi minoris fuissēt momenti quæstio quæ erat de consecrationis formula. In hoc duntaxat Latini Græcorum Liturgiam minùs probare visi sunt, quòd illi ad publicum Missæ peragendæ spectaculum ab his euocati, ei interesse recusauerint. Verum quidem est Græcos in oratione, quam habuit ad Papam Nicænus Episcopus, Imperatoris, & totius Græcorum Synodi nomine, eâ de re perfectè cum Latinis consensisse: ita enim sub orationis suæ finem locutum fuisse Nicænum testatur Sguropulus Ὅσῳ δοξάζει ἡ ἁγία Ρωμαϊκὴ Ἐκκλησία περὶ τῆς τελειώσεως τῶν θείων δώρων, τοῦτο δοξάζομεν καὶ ἡμεῖς. *Quidquid sentit sancta Romana Ecclesia de consecratione diuinorum munerum, hoc & nos quoque sentimus.* Et mox, vbi vim omnem consecrationis in Christi Domini verba cum Latinis retulit, iterum addit. Καὶ συμφωνοῦμεν καὶ ἐν τούτῳ ὑμῖν· οὐ γὰρ δοξάζομεν ἄλλο παρ' ὑμεῖς λέγετε καὶ δοξάζετε. *Et in hoc etiam vobiscum consentimus; non enim aliud sentimus præter id quod dicitis & sentitis.* Sed de hac oratione inter Imperatorem & Nicænum Episcopum clanculum conuenisse, cæteris, quid ille dicturus esset, nescientibus, autor est idem Sguropulus: ita vt Latinis postulantibus, vt Nicæni oratio in definitionem insereretur, Imperator ipse renuerit; veritus ne Constantinopoli perfidiæ reus teneretur, quòd eum celebrandæ Liturgiæ ritum euertisset, quem Basilius Magnus & Diuinus Chrysostomus à Iacobo fratre Domini acceptum Ecclesiæ Orientali tradidissent. Cap. 4.

Hactenus quid Philadelphienses Antistes, alijque Doctores Græci de verbis in quibus posita est consecrationis forma, sentiant, expositum, & id secundùm eorum mentis sensa atque Historicorum more: Nunc videndum quâ ratione etiam Latinorum non pauci eidem causæ fauere videantur; vt hinc palam fiat, Græcos ad hanc opinionem leuissimis argumentis adductos non fuisse, quæ nostrâ quoque ætate homines Latini ritus, & quidem non inferioris notæ habuit defensores. Primò itaque Græci, si qui sunt, quibus aliqua sit rerum Theologicarum peritia, Latinorum opinionem recens natam esse coarguent; quasi illa priscis Ecclesiæ temporibus incognita, vix annum sexcentesimum attingat, eamque Innocentius tertius, vti parum firmam minùsque probabilem aspernatus fuerit. Deinde qui Theolo-

Digitized by Google

giæ Scholaſticæ libros euoluerunt, hanc ex D. Thomæ libris, qui Latinorum Damaſcenus eſt, vim omnem ac robur ſuum hauſiſſe contendent. Quid enim, inquient, manifeſtius, & confirmandæ opinioni noſtræ de verâ conſecrationis ratione magis idoneum afferri potuit, quàm illa D. Hieronymi verba ſcribentis Euagrio? *Cùm Apoſtolus perſpicuè doceat eoſdem eſſe Preſbyteros, quos Epiſcopos, quid patitur menſarum & viduarum Miniſter, vt ſuper eos ſe ſe tumidus efferat, ad quorum preces Chriſti corpus, ſanguiſque conficitur?* Idem longè fuſius ac dilucidiùs pertractat D. Auguſtinus in Epiſtolâ ad Paulinum, quæ numeratur 59. Quod etiam indicat lib. 3. de Trinitate cap. 4. vbi de B. Paulo ita loquitur. *Potuit ſignificando prædicare Dominum Ieſum Chriſtum, aliter per linguam ſuam; aliter per epiſtolam, aliter per Sacramentum corporis & ſanguinis eius: nec linguam quippe eius, nec membranas, nec atramentum, nec ſignificantes ſonos lingua editos, nec ſigna literarum conſcripta pelliculis, corpus Chriſti & ſanguinem dicimus: ſed illud tantùm quod ex fructibus terræ acceptum, & prece myſticâ conſecratum ritè ſumimus ad ſalutem ſpiritualem.* Apud Cyprianum Scriptor libri de cœna Domini dixit non longè ab initio. *Ex quo à Domino dictum eſt, hoc facite in meam commemorationem: hæc eſt caro mea; & hic eſt ſanguis meus, quotieſcunque his verbis & hac fide actum eſt, panis iſte ſubſtantialis, & calix ſolenni benedictione ſacratus, ad totius hominis vitam ſalutemque proficit.* Idem habet Ambroſius, iiſdemque fere verbis ac ſimilitudinibus mentem ſuam exprimit, atque Chryſoſtomus: vnde libri de his qui myſteriis initiantur capite 9. de Chriſti corpore ſub Symbolis, hæc habet: *Probemus non hoc eſſe quod natura formauit, ſed quod benedictio conſecrauit, maioremque vim eſſe benedictionis, quàm naturæ, quia benedictione etiam naturæ mutatur.* Quæ ſit autem illa benedictio, ibidem fuſiùs declarat. *Quid dicemus*, inquit, *de ipſa conſecratione diuinâ, vbi verba ipſa Domini Saluatoris operantur?* Itaque ſi Græci velint Ambroſium ad ſuas partes adducere, neceſſe eſt vt Chriſti verba materialiter, vti loquuntur in ſcholis, & hiſtoricè vſurpentur, vel ad Nicolai Cabaſilæ diſtinctionem, quæ ſupra allata eſt, recurrant. Notaſunt omnibus Gregorij magni verba dicentis *ad ipſam ſolummodò orationem oblationis hoſtiam Apoſtolos conſecraſſe.* Sed ne in immenſum Notæ excreſcant, quid pro Græcis ab Ambroſio Catharino in duas diſſertationes, quas inſtituit de illa quæſtione, tempore Synodi Tridentinæ coniectum fuerit, paucis complectemur. Quibus etiam ſubiungere viſum eſt Tractatum, quem de eadem materiâ, de capite fontium Archiepiſcopus Cæſarienſis, antea-

totius Ordinis Minorum generalis Minister, Sixto quinto Pontifici maximo dicatum obtulit, vt ex his appareat, etiam post Florentinas, Tridentinasque definitiones, in Latinorum scholis repertos fuisse Doctores, quibus vulgata de consecrationis formulâ opinio displicuerit. Primò itaque Ambrosius Catharinus quærit quibusnam verbis Christus *sanctam sui corporis hostiam* consecrauerit. Christum iisdē omnino verbis, quibus & nos hodiecorpus suum confeciſſe, vulgò in Theologia receptum asserit. Deinde contra D. Thomam, Innocentij tertij partes tuetur, qui in eâ fuit sententiâ, vt Christus ope solius virtutis suæ, nullâ formâ adhibitâ, saltem eâ quâ nunc vtimur, panem & vinum corpus sanguinemque suum fecerit. Similiter contendit ficulnea esse Doctoris Angelici argumenta, quibus eorum doctrinam impugnauit, qui existimabant Christum verbis quibusdam consecrasse, quæ non extant in Euangelistis, & hanc esse Innocentij tertij sententiam asseuerat; probationes sufficit quibus ostendat, nos Christum nullatenus imitari, in conficiendo eius corpore; etsi eadem atque ipse verba vsurpemus. *Nos enim*, inquit, *recitatiuè commemoramus eius acta & verba; ipse autem sua pronunciabat significatiuè, non recitando, vt clarè patet, nisi velimus proteruire, sicut video plerosque paratos, quia iam sunt addicti, & iurarunt in verba magistri &c.* Addit in eâdem quoque fuisse sententiâ, Innocentium 4. Secundò sibi objicit Scholasticorum fermè omnium, ductore B. Thomâ, Concilij Florentini auctoritatem: Quem nodum vix solui posse ratus, ingenuè profitetur *non ita cogi nos Conciliorum verba obseruare, præsertim cùm non ex proposito certas quæstiones discutiunt.* Et id confirmat exemplo confessionis Berengarij, quæ Glossatori & Turrecrematæ minùs probata fuerit. Scripturæ verba Concilio Florentino opponit, quæ cum opinione communi nullatenus stare possunt, vt ibidem ipse prolixiùs declarat. Denique demiratur quâ ratione fieri potuerit, vt turba Scholasticorum in hanc persuasionem ita facilè deuenerit, & impugnatâ iterum D. Thomæ doctrinâ, reiectisque Caietani argutiolis, concludit formam consecrationis esse positam in oratione Sacerdotis, quâ Deum obsecrat vt panis & vinum quæ habet præ manibus, fiant corpus & sanguis Christi; Deinde per modum recitationis duntaxat adjici, *Qui pridie quàm pateretur*, &c. *Fit ergo*, inquit, *nobis corpus Christi propter orationem præmissam & ex vi pacti.* Igitur Catharinus cum Græcis recentioribus in hoc conuenit, quòd, vt illi, quidquid aduenit virtutis & efficientiæ in munera proposita, id in precatio-

Digitized by Google

nem, quâ Spiritus ſancti illapſum deprecatur Sacerdos, refundat; & reuera Græcorum conſuetudinem hac arte meritò defendi poſſe affirmat. Illud tamen inter hunc & Græcos iuniores extat diſcriminis, quòd in Latinorum Canone verbis, *Qui pridie, &c.* præmittatur oratio; in Græcanico autem poſtponatur. Complures habuit Catharinus ſententiæ ſuæ paulo liberioris aduerſarios, ea potiſſimùm ratione adductos, quòd illa in peruerſum hæreticiſque accommodum ſenſum trahi poſſet, quibus & ipſe alterâ, quam de eodem negotio ſcripſit diſſertatione, conatus eſt ſatisfacere. In hac iterum Thomæ & aliorum doctrinam expendit, quam vti priùs, veluti Scripturæ & rationi contrariam auerſatur. Optat ſibi dari hominem ſectis non addictum. Vim inprimis facit in verbo *benedixit* apud Euangeliſtas. Vocat in auxilium præclariſſimos ætatis ſuæ Theologos, & honoris causâ appellat Petrum Ortiz Hiſpanum doctorem Pariſienſem, qui publicâ, inquit, diſputatione in Sorbona hanc concluſionem defendit. Eos qui plus æquo Conciliorum ſanctionibus tribuant, his verbis perſtringit. *Sunt qui nimium quandoque Synodorum & Pontificum doctrinæ tribuunt, vt etiam non dicta ibi, ſed ſolùm doctrinæ gratiâ enuntiata, velint pro Scripturis haberi.* Denique nonnulla habet ad Lectorem, quem monitum vult, à ſe nihil innouatum fuiſſe; ſed hanc opinionem à viris clariſſimis ſemper, & ad ſua vſque tempora, *vti veriorem ac probabiliorem acceptam ac defenſam, & in celeberrimis Vniuerſitatibus in earum numero habitam, quæ in diatribis & diſputationibus publicis & defenduntur & improbantur:* Et paulò poſt ait. *Teſtor Deum, ſæpius cum non paucis verè piis ac doctis Theologis, & ingenio præſtantibus contuli hanc doctrinam, nec memini vllum abiiſſe non conſentientem. Vnde audiui reperiri quoſdam liberè confitentes, eſſe quidem illam veram; ſed his temporibus non tractandam. At id quamobrem? Nunquid non licet his temporibus vera dicere ac docere?* Grauiter conqueritur, quòd ſocij ſui cum eo duriùs agant, ſuæ ſententiæ iniquiores, quam in eo laudat quòd *auferat multas ac veras difficultates, ob quas ridentibus hæreticis, ita laborant noſtri, vt vix vnus cum altero conueniat.* Demum teſtatur ſuam ea de re lucubrationem miſiſſe ad Concilium Tridentinum, eamque cordatioribus non diſplicuiſſe. Hæc autem Catharini opuſcula cum aliis illius tractatibus Romæ edita ſunt anno 1552. & in epiſtola quæ illis præmittitur ad Iulium 3. Pontificem maximum, rurſus eamdem quæſtionem attingit, totuſque eſt in refellenda B. Thomæ ſententia, & mirè traducit illius diſcipulos, quòd ad vnius hominis doctrinam reſpi-

Digitized by Google

ciant. Sed de his fortasse multò plura, quàm necesse fuerit. Nunc ad alium eiusdem opinionis assertorem veniamus. Scripsit De capite fontium de eodem argumento tractatum, qui sub hoc nomine legitur, *de necessaria correctione Theologiæ scholasticæ*. Huic operi præmittitur epistola ad Sixtum 5. in qua autor prima fronte grauissimè conqueritur de maxima opinionum varietate, quæ in Theologiam à viris in hac arte primariis introducta est. Sumit pro exemplo rem sacramentariam, & in specie cõtrouersiam, quævulgò de cõsecratione mouetur. Theologos profert longè plurimos, qui præter Catharinum Innocentij 3. ea de re sententiam suffragiis suis approbauerint. Commune Theologorum ætatis nostræ placitum, Concilio Tridentino penitùs contrarium esse contendit. Vnde in Synodi Tridentinæ verba ab initio sui tractatus prolixè inquirit, & ex his putat se conseciſse perfectam à Christo fuisse confecrationem, priusquàm diceret, *accipite & manducate, &c.* Aliàs hanc in ipso vsu factam fuisse cum Lutheranis dicendum, Patrumque argumenta, quibus panis in Christi corpus transformationem probant, nihil omnino concludere. Præterea vocat in subsidium Scripturæ ipsius verba, quæ ex Græco contextu & Patribus illustrat ex quibus hanc ducit consecutionem, *Non potest benedictio prò alio ab illis Patribus fumi, qui per illam, consecrationem Eucharistiæ fieri aiunt à Sacerdotibus, quàm pro innocatione Dei Patris, quam sacerdos super consecrandam oblationem facit.* Christi Missam eiusque seriem vniuersam describit, qua similiter assertionem suam confirmat. Idem ex Liturgiis Patrumque consensu adstruit, simulque notat Cardinalis Bessarionis solutionem, veluti Dionysij verbis contrariam. Obijcientibus eos dubio procul hæresi notandos esse, qui negent consecrationem in his verbis, *hoc est corpus meum*, positam esse, respondet Græcos qui illam in Sacerdotis precatione reponunt, velut hæreticos ab Ecclesiâ minimè damnari, neque ob id in Concilio Florentino damnatos fuisse, sicut illius Synodi acta manifestè demonstrant. Cur nonnulli de illâ opinione tale ferrent iudicium causam aperit, quia videlicet ipsa Concilij Florentini acta non legerint. *Contenti*, inquit, *summulæ quadam Conciliorum à quodam Dominicano quondam Archiepiscopo Toletano non satis fideliter collecta.* Longè aliud antea sensisse Patres in Concilio Romano sub Gregorio 7. congregatos, ex eo arguit, quòd panis & vini in Christi corpus & sanguinem conuersionem orationi tribuant, & quòd illud pariter expressum fuerit in Berengarij Confessione. *Ego Berengarius.* His addit maximam esse

dispa-

diſparilitatem inter Concilij & Eugenij decretum, Eugenium in decreto ſuo res pertractare, quæ ſynodicè diſcuſſæ non fuerant. Iterum argumentatur ex ſynodo generali Nicæna 2. in qua Patres affirmant, vocabulum *antitypi* apud Baſilium ſupponere conſecrationem nondum factam, quæ ſi vera ſint, tota conſecrationis ratio in verbis illis *hoc eſt corpus meum*, ſita non erit: quando quidem illa iam antea pronuntiata fuere. Patribus adiungit Doctores ſcholaſticos, quorum primus eſt Scotus, quem vult in ea opinione fuiſſe, vt exiſtimauerit, vniuerſum canonem ad conſecrationem requiri. Deinde ordine ſuo ſequuntur Angelus in Summa, quæ dicitur Angelica, tractatu de Euchariſtiâ, Magiſter Landulphus in 4. diſtinctione 8. Magiſter Petrus de Aquila in 4. diſt. 8. Magiſter Pelbartus in ſuo Theologiæ roſario, Magiſter Maturinus Bretius in 4. diſt. 8. qui velint ad perfectam conſecrationis rationem hæc verba, *hoc eſt corpus meum*, non ſufficere; ſed iſta neceſſariò debere determinari à precatione illa, quæ præuia eſt, *vt nobis corpus & ſanguis fiat, &c.* qua omiſſa, inquit Petrus de Aquila; *Illa 4. verba non ſignificant eſſe ibi verum corpus Chriſti:* &, vt loquitur Pelbartus, *de neceſſitate requiritur, vt exprimantur aliqua verba, quibus præ dicta forma ſolummodò determinetur ad corpus Chriſti.* His adiungit Nicolaum Dorbellis in 4. Petrum Tartaretum in reportatis ſuper 4. Doctores Colonienſes aduersùs Lutherum, quorum hæc verba ſunt in ſuo Antididagmate Pariſiis edito anno 1549. *Hîc poſtulat neceſſitas vt indicemus vehementem prorſus inſaniam eſſe, quod nunc quidam arbitrentur ſe conſecrare Sacramentum corporis & ſanguinis Chriſti ſine Catholicâ prece quam Canonem appellamus, & abſque inuocatione Diuini nominis ſuper propoſita dona &c.* Nec minùs ſtrenuè Lindanus acerrimus fidei Catholicæ defenſor eamdem ſententiam propugnauit, qui receptam à vulgo Theologorũ formam vocat *aduleterinam, nouam, & contrariam traditionibus Apoſtolicis, & vniuerſali Eccleſiæ vſui.* Denique probat iam à temporibus Caroli Magni conſecrationem tum incepiſſe, quando poſt gratiarum actionem Sacerdos ait, *Te igitur Clementiſſime pater &c.* Et tunc morem fuiſſe, vt nihil prorſus cantaretur; ſed omnes qui Sacris intererant, valde attentos ſecretè, & abſque vllo verborum ſtrepitu, vnà cum Sacerdote pro Euchariſtiæ conſecratione precatos fuiſſe, Sacerdotalis orationis effectum cum magnâ animi deuotione præſtolantes. Ibidem quoque refert Haymonem Commentariis in Epiſtolas Pauli pariter dixiſſe, conſecrationis initium ſumendum eſſe ab iiſdem verbis, *Te igitur Clem. &c.* Addit

præterea libellum alterum quem inſcripſit, *de ordine quem Chriſtus in ſuâ celebrandâ Miſſâ ſeruauit.* Et in hoc, vt in priori, Scripturæ, & Concilij Tridentini verba fuſiori expoſitione perſequitur. Liturgias ſimiliter, Patreſque appellat, & noua producit Paſchaſij Corbeienſis, Anſelmi, Ruperti, Oddonis Cameracenſis Epiſcopi, Gaudentij, Algeri, Petri Venerabilis, Hugonis Abbatis Affligienſis, & aliorum teſtimonia, quibus ſe confeciſſe putat, iam tum conſecrationem factam fuiſſe, cùm dixit Chriſtus *hoc eſt corpus meum.* Demum vt opinionem ſuam à cenſurâ Scholæ Pariſienſis aſſereret, nihil hactenus ea de re in Conciliis, & Facultate Pariſienſi difinitum fuiſſe conſtanter aſſeuerat, licuiſſe Catharino eamdem libellis duobus Romæ editis tueri: neque etiam hactenus Doctores Colonienſes, & Lindanum cenſurâ notatos fuiſſe, quin immò eiuſdem Lindani panopliam à Doctore Pariſienſi Gallicè redditam, & doctiſſimum Claudium de Saintes Ebroicenſem Epiſcopum, illius partes, etſi aliud ipſe ſentiret, contra Kemnitium defendiſſe. Hactenus de Capite fontium. Eraſmum quidem, Georgium Caſſandrum, alioſque viros longè præſtantiſſimos, quos in præſentia non moramur, quia ſcilicet autoritate ſunt inferiores afferre potuiſſet, qui Græcorum ſententiam de conſecrationis forma, & prece myſtica, quâ Spiritus ſancti aduentus à Sacerdote imploratur, ſuffragiis ſuis approbauerint. Id autem inprimis monitum velim, Scriptorum turbam, quam produxit De capite fontium, non in vnam eamdemque doctrinam conſpirare, etſi maximâ ex parte conueniant inter ſe ad veram & perfectam conſecrationis rationem, hæc 4. verba, *hoc eſt corpus meum non ſufficere.* Quæ Scoti illuſque ſequacium mens fuit. Innocentius vero 3. de præſenti argumento nihil aſſeueranter pronuntiauit, ſed in recenſendis quæ tum erant Theologorum de conſecratione opinionibus, quam iudicabat probabiliorem declarauit, nec tam de formâ quæ nunc adhiberi debeat, mouet quæſtionem, quàm de illâ quâ vſus fuit Chriſtus. Et id ſimiliter de Patribus obſeruandum venit. Demiror autem hominem, qui nihil non molitus eſt, vt eam quæ dudum Scholarum omnium approbatione firmata eſt, de conſecratione ſententiam, refelleret, non recurriſſe ad vetuſta Latini Miſſalis exemplaria, in quibus pro eo quod nunc poſt orationem Dominicam legimus. *Hæc commixtio & conſecratio corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti fiat accipientibus nobis in vitam æternam*; habetur,

Digitized by Google

Hæc commixtio & conſecratio fiat corporis & ſanguinis. Immò penes me eſt liber Miſſalis non ita recens in vſum Eccleſiæ Gallicanæ exaratus in quo contra aliorum exemplariorum fidem extat, *hæc commixtio & conſecratio fiat corpus, &c.* Quæ ſi vera ſit lectio, nec potius in librarij σφάλμα rejici debeat, omnimoda erit Græcarum Latinarumque Liturgiarum inter ſe conſenſio. Poterat quoque De capite fontium; ſi quid ipſi eruditionis Iudaicæ fuiſſet, ex more apud Iudæos recepto, in obſeruando Paſchæ ritu ſuam opinionem illuſtrare. quippe liber officialis Iudæorum in eiuſmodi ritu, eaſdem pene benedictiones, obſecrationes, gratiarumque actiones quibus Chriſtus panem & vinum fecit corporis & ſanguinis ſui Sacramentum complectitur. Ita illi in Paſchæ conſecratione, quam קידוש של פסח *Paſchæ ſanctificationem* vocant, precatione vtuntur, quâ primò benedicunt Deo vineæ conditori, qui eos à cæteris gentibus ſeparatos, ſanctos effecerit. Deinde felicis ſui è terra Ægyptiorum exitus, & feſti, qui peragitur, mentionem faciunt, ſimulque Deo gratias agunt pro beneficiis omnibus, quæ abundè in eos contulit. Dicunt, *Benedictus tu Dominus Deus noſter Rex mundi qui creaſti fructum terræ.* Quod verò magis refert ceremoniam, quam Chriſtus in cænâ ſuâ obſeruauit, trium placentarum, quas in eâ adhibent, mediam in duas partes diſtringunt. Mox ij omnes, qui cænæ interſunt, apprehenſâ patenâ, in quâ eſt placentæ dimidium hæc verba Chaldaicè efferunt.

הא לחמא עניא די אכלו אבהתנא בארעא דמצרים כל דכפין ייתי ויכול כל דצריך ייתי ויפסח השתא הכא לשנא הבאה בארעא דישראל· בני חורין·

Hic eſt panis afflictionis, quem manducauerunt Patres noſtri in terra Ægypti. Qui eſurit, accedat, & comedat. Qui neceſſitate premitur, accedat, & de agno Paſchali edat. Hoc anno ſumus hic, anno proximo in terra Iſraël. Hoc anno ſerui ſumus, anno proximo in terra Iſraël erimus liberi.

Idem agada, ſiue feſti illius, & portentorum quæ eum comitata ſunt, narrationem continuant. *Quàm diuerſa eſt nox iſta à cæteris noctibus? quia &c.* Chriſtianorum quoque cæna magnam partem circa agada, ſiue myſteriorum fidei noſtræ, præſertim Chriſti Paſſionis, & Reſurrectionis hiſtoriam debet occupari. Poſtea gratias agunt, canuntque Pſalmos, *Laudate pueri Dominum, in exitu Iſraël de Ægypto, non nobis Domine non nobis, dilexi quoniam, quid retribuam Domino &c.* Quæ ſimiliter à Chriſto obſeruata fuiſſe declarat Matthæus. *Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti.* Id autem in præſenti negotio vide-

tur inprimis animaduerſione dignum, & confirmandæ opinioni De capite fontium perquàm idoneum, quòd dum alias, quæ ſuperſunt placentas, paterfamilias rumpit ac diſtribuit, ſolitam ſemper benedictionis formulam, quæ in modum gratiarum actionis concipitur, adhibeat, vnde peti queat expoſitio verborum, *benedixit & gratias egit*, quibus peragitur ſecundùm illius mentem conſecratio. Quatenus videlicet Chriſtus beneficio precationis, quam Iudæi קירוש *ſanctificationem*, appellant, & ritè dici poteſt benedictio & gratiarum actio, panem & vinum conſecrauerit ſiue ſanctificauerit: vini ſiquidem eadem eſt, atque panis ratio. Quo etiam pacto duplicem calicis benedictionem, quam vnus Lucas recenſet, facillimè aſſequemur. Verba autem illa, *hoc eſt corpus meum &c.* Symbola, iam benedictionis operâ in Chriſti corpus & ſanguinem conuerſa demonſtrabunt; ac purum putum agada, non ſecus atque illa, *Hic eſt panis afflictionis &c.* præferent: Sicuti quæ habentur in ſimili cauſâ exodi capite 24. v. 8. Moyſes verò ſumptum ſanguinem reſperſit in populum, & ait. *Hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his.* In contextu quidem Hebraico legitur. *En ſanguis &c.* Sed optimus interpres Hieronymus *hic eſt ſanguis*, idem prorſus eſſe, atque, *en ſanguis*, arbitratus eſt. Pari modo in ſententiâ De capite fontium *hoc eſt corpus meum*, idem valet, atque, *en corpus meum.* Et *hic eſt ſanguis*, vel *calix ſanguinis mei*, nihil aliud ſonabit, quàm *en ſanguis &c.* Sed de his plus ſatis. Longiùs quidem quàm ſtatueram elatus ſum; ſed ad id me adduxit argumenti obſcuritas, præſertim ætate noſtrâ, quâ in Scholis vix attingitur illa quæſtio, ſaltem in eâ parte, quæ Græcos, reliquaſque Orientis nationes reſpicit. Neque etiam ad illud parum contulit Eccleſiæ Orientalis Antiſtes, cuius fidem illuſtrare debuimus, vt ea palam omnibus fieret, maximè verò Caluinianis hominibus, qui non modò conuitiis ac mendaciis miſeras chartas replent, ſed & in eo omne ſtudium ſuum ponunt, vt illos, qui de rebus fidei optimè inter ſe conſentiunt, ad mutuum odium incendant, & diſſolutâ Eccleſiarum concordiâ illas interſtinâ ſeditione dilacerent (hoc quippe vnum Albertinus in primâ operis ſui parte de Sacramento Euchariſtiæ ſibi propoſuit) cùm & ipſimet animorum ſententiarumque diſſenſionibus ſeparati, mutua inter ſe odia & contentiones foueant. Illa autem hiſtoricorum more, & ab omni præconceptâ opinione liber deditâ operâ contexui, vt nuda & aperta Græcorum fides de rebus Euchariſticis, iis qui reformato-

Digitized by Google

rum nomen ambiunt, innotesceret, qui in eo prorsus insulsè agunt, quòd opinionem, Catholicorum fidei stabiliendæ perquàm idoneam sibi sumant; ea tantùm ratione ducti, quia eidem Catholicorum fidei aliquâ in re videtur contraria, non attendentes in causâ transubstantiationis perfectissimam Græcos inter & Latinos reperiri consensionem. Nunc ad partis alterius seu opinionis illius, quæ dudum in Scholis Romanæ Ecclesiæ obtinet, declarationem veniamus.

Communis est sententia & omnium ferè Scholasticorum autoritate comprobata, Christum iisdem omnino verbis, quibus nunc Sacerdotes consecrant, corpus & sanguinem suum confeciſſe; verba autem illa non alia esse, quàm ista, *hoc est corpus meum*, & *hic est calix &c.* Neque necesse esse, vt vlla interueniat oratio. Illius probationes similiter ducuntur ex Scripturâ, Patribus, Conciliis Florentino & Tridentino, & maximâ Doctorum concordiâ. His autem referendis supersedere visum est; quia passim obuia sunt, & è libris Theologiæ disputatricis facilè peti possunt. Omnium optimè id argumenti pertractasse mihi videntur inter Latinos iam laudatus Episcopus Ebroicensis, Gabriel Vasquez, Franciscus Suares, & Cardinalis Perronius: inter Græcos, qui fidei Romanæ suum nomen dederunt, Cardinalis Bessario, & nouissimè Petrus Arcudius. Acta quoque Concilij Florentini quæ ab Horatio Iustiniano collecta, disposita, illustrata, ac Romæ edita sunt, orationem continent, quam ea de re habuit aduersùs Græcos Turrecremata in Synodo Florentinâ. Nos quia malumus in rebus Theologiæ, virorum qui vulgò probati sunt, quàm nostro stare iudicio, quid principibus illis Doctoribus, de præsenti lite visũ fuerit paucioribus cõplectemur. Primò itaque existimat Turrecremata in oratione, quam modo appellauimus, Latinorum sententiæ approbatores esse Patres cum Græcos, tum Latinos, puta dicit Ambrosius Sacerdotem non suis, sed Christi sermonibus, *hoc est corpus meum*, Sacramentum conficere, à quo non dissideant Eusebius Emissenus, Augustinus, & alij. Argumenta quæ vulgò sumuntur ex autoritate Dionysij, Basilij, & Damasceni, absque vllo negotio solui posse arbitratur: nam Dionysius & Damascenus per inuocationem illo autore intelligunt formam Sacramenti, quæ in Christi verbis consistit. Basilius verò, licet orationem de quâ nunc disputatur, fecerit, nusquam tamen asseruit in ea positam esse consecrationis formam, neque in mentem profectò hominis paulò cordatioris venire potest, virum pietate & eruditione conspi-

cuum credidiſſe, verbis ſuis panem & vinum in Chriſti corpus & ſanguinem conuerti. His accedit verba precationis Baſilianæ per modum ſupplicationis concipi, adeóque in illis conſiſtere nequit, forma factionis, vti loquitur Turrecremata; quandoquidem, ſi credamus B. Dionyſio teſti in hac materia locupletiſſimo, *verba conſecrationis habent virtutes actiuas.* Præterea cùm in illa precatione Spiritus ſancti aduentus imploratur, vt faciat panem hunc &c. Intellige corpus myſticum Eccleſiæ, iuxta
cor. 1. c. 10. ſenſum Apoſtoli, *Vnum corpus ſumus omnes, qui de vno pane participamus*; & Auguſtini, *vnum corpus & vnus panis dicitur Eccleſia; quia ſicut vnus panis multis granis, &c.* Vno verbo hæc eſt germana orationis Baſilianæ & Chryſoſtomianæ expoſitio. *Facito vt corpus tuum myſticum participatione corporis tui veri conſequatur remiſſionem peccatorum, gratiam Spiritus ſancti, & æternam beatitudinem.* Oratione quoque ſua Turrecrematæ ſuffragatur ſummus Pontifex, & ait verbis tantùm Chriſti Seruatoris, non verò orationibus Ambroſij & Hieronymi eiuſdem Chriſti corpus confici, aliàs ante Doctores iſtos confectum non fuiſſet. Mox veniam precatus Andreas Ruſſiæ Archiepiſcopus, reſpondit Miſſale Eccleſiarum ſuarum vſu receptum, iam à SS. Baſilio & Chryſoſtomo ante ſchiſmatis tempora traditum fuiſſe, neque mutationis quidpiam in illud inuectum, adeoque etiam nunc retinendum eſſe; Græcos autem non ſecùs atque Latinos credere myſterij confectionem petendam eſſe ex Chriſti ſermone; ſed vt ille aptetur, inuocari à Sacerdote Spiritum ſanctum, cuius gratiâ idem ſermo repetitus, eamdem vim & efficientiam habeat, atque ipſum Dei verbum: ita vt in hac cauſa voces Dominicæ ſuam operationem habeant, ſicuti femina, & compleantur beneficio orationis ſacerdotum. Et hoc pacto Græcos cum Latinis omnino conſentire arbitratur. Rogantibus autem Latinis, vt iſta Eccleſiæ vtriuſque concordia inſereretur diffinitioni, reſpondet Andreas id nullatenùs neceſſe eſſe; quia ſi de omnibus cauendum eſſet, quæ in controuerſiam vocari poſſunt, tempus deficeret, cùm de baptiſmate ex. c. non pauca ſint, quæ in controuerſiam venire queant. Verùm Turrecremata Andreæ reſponſum in eo præſertim caſtigat, quòd exemplum de ſeminibus poſuerit, *quæ licet habeant virtutem actiuam, tamen egent aliis operationibus.* Negat id quod iam abſolutè, & ex omni parte perfectum eſt, vlteriùs oratione Sacerdotis perfici poſſe. Fatetur quidem in Latino canone, poſt Chriſti verba, ſequi deprecationem Sacerdotis: Sed qua deprecetur corpus Chriſti iam

Digitized by Google

consecratum, fieri nobis in vitam æternam. Hæc habuit in synodo Florentina Ioannes de Turrecremata aduersus Græcos pro tuenda Latinorum sententia. Paulo post in iisdem actis vbi Cardinalis S. Sabinæ, Papæ iussu, id omne quod in synodo gestum fuerat, resumit, affirmat Græcos auditis Latinorum rationibus confessos fuisse, se nihil vnquam diuersi ab illis sensisse de consecrationis negotio, quam verbis Dominicis semper tribuerunt; noluisse tamen vt id in diffinitione poneretur, ne illorum Ecclesia, *reciperet ignominiam, ac si hactenus tenuissent aliud.* Græcorum autem postulationibus Papa eò facilius concessit, quod alij Pontifices eâ de re nunquam illos sollicitassent. Denique in iisdem quoque actis, quæ primus è Bibliotheca Vaticana publicauit illius custos Iustinianus, extat breuis oratio, quam Episcopus Nicænus Bessario Ecclesiarum suarum nomine, de eadem materia ad Papam & Cardinales habuit, in qua eamdem omnino, atque ipsi Latini, consecrationis formulam agnoscit. Sed postea Ecclesiæ Romanæ Cardinalis illius doctrinam firmissimis argumentis aduersùs Græcos iuniores, in primis Ephesium, stabiluit in speciali dissertatione, quam inscripsit, *de Sacramento Eucharistiæ, & quibus verbis Christi corpus conficiatur.* Hanc primò assertionem præfert. *Panis & vini in corpus & sanguinem transmutatio, non potentium meritis, sed eius potentia, qui ex nihilo cuncta produxit, per Sacerdotem tanquam per instrumentum quoddam efficitur.* Deinde eamdem probat ex eo quòd posita contraria opinione, illius Sacramenti confectio bonorum potius virorum, quàm prauorum orationi tribuenda esset. Addit virtutem illam Sacerdotum precibus inesse non posse, cùm eam petant, & formam Sacramenti debere vnam esse atque immutabilem. Quod de orationibus, quas diuersi Liturgiarum contextus, diuersas repræsentant, affirmari nequit. Nonnulla admiscet ex Philosophiæ Peripateticæ placitis de rerum transmutationibus desumpta, Transubstantiationem fieri in instanti *non imperatiuo, non optatiuo, non cuiusuis alterius modi verbo, sed ipso verbo, est, temporis præsentis, & modi indicatiui.* Neque aliter exprimi posse contendit. Præterea vim maximè in hoc facit, quòd Christus dixerit. *Hoc facite in meam commemorationem:* quandoquidem *expressior*, inquit, *eius memoria fit, cùm illius verba repetimus, quàm si alia quæcunque referamus.* Ducit quoque probationes ex SS. Patrum Ambrosij, Augustini, & Chrysostomi testimoniis, quarum hæc summa est, non à Sacerdote qui minister est, sed ab ipsomet Christo consecrationem deriuari: simulque soluit:

Epheſini & Cabaſilæ ad Chryſoſtomi verba exceptiones, & ait verba Chriſti non proferri à Sacerdotibus, quaſi rei geſtæ ſeriem narrarent; *Sed tanquam Chriſti perſonam induti, & quaſi ipſe eſſet qui diceret, & faceret.* His ſubiungit quæ habet Gregorius Nyſſenus in ſermone catechetico de Diuinis Sacramentis, vbi ita loquitur. *Rectè igitur & nunc panem Diuino verbo ſanctificatum in corpus Dei Verbi tranſmutari credimus, &c.* Quod verbum mox inquit eſſe, *hoc eſt corpus meum.* Imò quod vix credibile eſt, Ioannem Damaſcenum veluti Latinorum ſententiæ approbatorem appellat. Sumit etiam argumentum ex Liturgia Græca: quia dum Sacerdos more ſolito verba illa, alta voce pronunciat, ſtatim populus reſpondet, Amen; *Quaſi dicat*, inquit, *verè ita eſt, vt tu dicis.* Neque aliud ſimiliter tunc diaconum atteſtari demonſtrat, quòd eodem etiam tempore, *Propria ſtola duobus primis digitis tacta panem & calicem oſtendat.* Adiungit baptiſmatis exemplum, quod verbis duntaxat ſuis Chriſtus confici iuſſerit; & illud eò magis vrgere Græcos in præſenti causâ exiſtimat, *Quòd illa duo potiſſimum Sacramenta nobis à Saluatore tradita fuerint.* Denique partis contrariæ argumenta profert, quorum primum ducitur ex Miſſis SS. Clementis, Iacobi, Baſilij, & Chryſoſtomi: alterum ex autoritate Ioannis Damaſceni, ac tertium ex Dionyſij Areopagitæ, vt loquitur, teſtimonio. Ad primum reſpondet duplex Chriſti corpus diſtingui poſſe, verum ſcilicet & myſticum: hoc ſacris Sacerdotum precibus compleri; & ita exponendam eſſe Sacerdotis orationem, quâ deprecatur vt Spiritus ſanctus illapſu ſuo dona faciat Chriſti corpus & ſanguinem. Secundò quaſi reſpondum illud minùs firmum ſibi videretur, addit orationem, quâ ſpecialiter imploratur Spiritus ſanctus, refundi debere in inuocationem Trinitatis; cùm hoc Sacramentum ſit opus commune, adeóque totius Trinitatis, atque inde concludit hanc, *aliaque huiuſmodi, non tanquam in tempore pro quo dicuntur ita intelligenda eſſe, ac ſi tempus illud moneret &c.* Agnoſcit in Chriſti verbis apud Euangeliſtas Hyſterologiam, & fatetur rerum ordinem poſcere, vt primò Chriſtus conſecraret, deinde frangeret, poſtea diſtribueret, vt nos in præſentiâ facimus. Addit precationes, quæ Chriſti verba in Liturgiarum contextu ſubſequuntur, non plus ad conſecrationem conferre, quàm illas quæ præeunt; vt pote quæ ſint omnino ſimiles. Demum reſpondet iuſtum orationibus non ſatiari, & id cauſæ eſſe cur Sacerdos vehemente quodam amore, velut extra ſe poſitus, & quaſi Diuino quodam furore correptus,

Digitized by Google

ptus, ea quæ iam consecutus est, iterum desideret. Ad secundum verò argumentum quod ex autoritate Damasceni desumptum fuerat, qui sancta munera etiam longè post verba Domini præfiguratiua corporis & sanguinis illius à Basilio appellata fuisse asseuerat, quasi reuera nondum consecrata fuissent, ingenuè respondet. *Tanquam Filij à Patre veniam poscimus, si propositis duobus amicis præferamus veritatem.* Deinde ait Sacramenta, etiam postquàm consecrata sunt, figuram dici posse. Suspicatur Liturgiam Græcam Damasceni temporibus aliâ ratione dispositam fuisse; ita vt Basilij verba ante consecrationis formulam locum habuerint. Denique verba Dionysij multum præ se ferre difficultatis haud diffitetur, & affert solutionem ex principio iam antea posito de operibus ad extra, vt vocant, quæ totius Trinitatis communia sunt, putat vocem consecrationis quâ vtitur Dionysius, de eâ, quæ sola, & principalis est consecratio, minimè intelligendam esse; verùm de ea duntaxat, quæ multitudini notior est & manifestior. Hactenus Cardinalis Bessario, cuius rationes & responsa, qui postea secuti sunt Theologi, fermè ad verbum in scripta sua transtulerunt, si nonnulla exceperis, quæ viris doctissimis minùs probata fuerint. Iam vt ad eruditissimum Episcopum Ebroicensem deueniamus: ille primò aperit controuersiæ statum; deinde Patrum nonnullos profert, qui Græcorum fautores esse videntur: tertiò conciliationis viam quærens ait *Porro controuersia hæc facilè componi potest: nam Græci & Latini etiam ipsa verba Christi, precationis appellatione comprehenderunt, & totum canonem.* Postea subdit institutionem cænæ, & verba Christi efferri posse, velut rei gestæ recitationem, quo modo nihil habent efficaciæ; vel quatenus ex mente & intentione Sacerdotis proficiscuntur, & hac ratione effectum suum sortiuntur. *Quando igitur*, inquit, *precibus fieri consecrationem inuenitur, aut Spiritus sancti operâ, aut preces magnum pondus habere ad Sacramenti perfectionem, aut alia dicendi genera occurrunt, interpretari oportet ex illo veteri ritu, quo inter preces & inuocationem effamur verba consecratoria, quæ ob id etiam nomine precationis & inuocationis à veteribus capi probauimus.* In eo totus est Episcopus Ebroicensis, vt probet ex solis Sacerdotum precationibus Christi corporis confectionem obtineri nunquam posse; & ita Colonienſium Theologorum, Lindani que partes aduersus Kemnitium tuetur, vt eorum opinionem emollire videatur, Gregorium Magnum falsitatis arguit, qui Apostolos vnius orationis Dominicæ beneficio panem sanctificasse existimet; si-

clau. Sanctius 7. relationis de transf.

mulque Scoti opinionem, quâ formulam conſecrationis ex vniuerſo canone petendam eſſe arbitratur, refellit. Similiter Innocentij 3. ſententiam veluti nimis argutam reprobat, & in ius vocat Ambroſium Catharinum, quòd vix ab eorum hæreſi diſcrepet, qui verba ad Sacramentorum confectionem nequicquã proficere exiſtimant. Denique Marci Epheſini, aliorumque Græculorum placito nubem Patrum cùm Græcorum, tum Latinorum opponit, quorum teſtimoniis fuſiùs recenſendis, quia hæc communia ſunt, & in eorum ſcriptis qui argumentũ illud pertractarunt, paſſim reperiuntur, prudens ſuperſedebo. Haud abſimiliter parcã iis contexendis, quæ in hanc rem à Suarezio, & Vaſquezio prolixiùs congeſta ſunt: cùm iſta ſufficienter ex his quæ produximus, peti queant, & eorum libri in omnium manibus verſentur. Vterque Latinorum ſententiam quæ communi Theologorum conſenſu, præeunte ſibi Doctore Angelico, recepta eſt, Catholicam appellat: neque aliud ſentit Theologorum vulgus: etſi nonnulli, iidemque eruditiſſimi contrariam opinionem, vt temerariam potius, quàm hæreticam notare malint. Petrus Arcudius Corcyræus Preſbyter, qui libro tertio concordiæ ſuæ eamdem materiam compluribus illuſtrauit, probat capite 16. etiam ex ipſo Liturgiæ Græcæ contextu, non aliam Sacramenti Euchariſtiæ formam Sacerdotibus Græcis cognitam fuiſſe, quàm certa hæc, & determinata, eaque ſola verba. *Hoc eſt corpus meum. Hic eſt ſanguis meus.* Τοῦτο ἐστι τὸ σῶμά μου, τοῦτο ἐστι τὸ αἷμά μου, & ab ipſis potius ſignificatiuè, quàm narratiuè eadem recitari. Illud verò præſertim vrget poſt Beſſarionem, quòd ea dum clarâ voce Preſbyter enuntiat, quodammodo à verbis antecedentibus ſeparet. Vim quoque facit in rubricâ Liturgiæ Baſilianæ in quâ hæc leguntur. *O ἱερεὺς κλίνει τὴν κεφαλὴν, καὶ ἅπτει τὴν δεξιὰν αὐτοῦ, ᾗ μετ' ὀλίγα θεάς εὐλογεῖ τὸν ἄρτον ἐκφώνως λέγων. Sacerdos inclinat caput, ac dexteram ſuam tollit, & cum veneratione ſanctum panem benedicit clara voce dicens: hoc eſt corpus meum &c.* Alia ſubiungit, quæ iam antea magna ex parte Cardinalis Beſſario attigerat, quæque Miſſam Græcam euoluentibus facillimè occurrent. Præterea partis contrariæ argumenta fuſiùs, quàm Cardinalis Beſſario exponit, ſimulque eadem conuellit. Quæ tamen ſilentio præterire viſum eſt: quia iam plus æquo de præſenti controuerſiâ diſſeruimus. In hoc tamen caſtigandus mihi videtur Arcudius, qui vt rationes quæ petuntur ex Damaſceni autoritate caſſas & inanes faciat, totam illam Periodum, in qua antityporum mentio fit non

Digitized by Google

esse Damascenì existimat; sed à sciolis eius libro assutam fuisse contendit: id enim gratis & absque vllius codicis Msc. fide asserit. Similiter ab eâ quam in 7. Synodo generali eiusdem vocis antitypi interpretatione allata est se dissentire liberè profitetur. Agmen claudet Cardinalis Peronius, qui res Eucharisticas omnium optimè illustrauit. Ille vt subtilissimi erat ingenij, ita & nouâ arte vocem antitypi, quam post verba Domini Basilius vsurpauit, quæque plerisque Theologis multum negotij facessiuit, explicat. In eâ enim est opinione, vt Græca Basilij, quæ habent: ὡσθέντες τὰ ἀντίτυπα τοῦ θεοῦ, non per præsens, vti vulgò redduntur, sed per præteritum, efferantur: ita vt dicendum sit, *propositis antitypis*; non verò *proponentes antitypa*. quomodo ad ea quæ gesta sunt ante consecrationem, nimirum in altari prothesis siue propositionis, respicietur. Similiter & inuocationem Spiritus sancti, quam Liturgiæ Græcæ post Consecrationis formulam exhibent, expositionem tantùm esse precationis, quæ virtualiter, vt loquuntur, in verbis Sacramentalibus comprehendatur, asseuerat. Et hâc ratione soluit absque vllo negotio rationes quæ sumuntur ex autoritate Patrum, qui formam Consecrationis in precationibus reponunt. Denique vt finem dicendi faciamus, quia in præsenti dissertatione haud infrequenter Florentini & Tridentini Conciliorum meminimus, non erit à proposito alienum proferre quid ab vtriusque Synodi Patribus ea de re definitū fuerit. Sub finem sessionis 25. Concilij Florentini hæc habentur sub nomine Rutheni, Nicæni, Trapezuntij & Mytilinensis Episcoporum.

Περὶ δὲ τῆς θείας ἱερουργίας ἐζητήθη παρὰ τῶν Λατίνων. πῶς τὰ τοῦ Χριστοῦ ῥήματα λαληθέντα, τοῦτο ἐστὶ τὸ λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τὰ λοιπὰ καὶ τὸν ἁγίων δώρων ἀφ' ὧν τὰ ῥήματα τελεσθέντα, ὑμεῖς μετὰ ταῦτα ποιεῖτε εὐχὴν, καὶ λέγετε· καὶ ποίησον τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον, τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου. τὸ δὲ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου, μεταβαλὼν τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ. ἐλύθη δὲ τοῦτο οὕτως. ἡμεῖς ἐπομένῳ ὅτι ὁμολογοῦμεν διὰ τῶν ῥημάτων τούτων τελειοῦσθαι τὸν θεῖον ἄρτον, καὶ γίνεσθαι σῶμα Χριστοῦ· ἀλλ' ὕστερον καθὼς ἡ αὐτοῦ λίτανεία κέλευσεν προσενεχθῆναι τὰ δῶρα ταῦτα διὰ χειρὸς ἁγίου ἀγγέλου εἰς τὸ ἁγιασθέντα σου θυσιαστήριον, ἵνα ἡμεῖς εὐχόμεθα λίτανεῦσαι καὶ πέμψαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ποιῆσαι σὺ ἡμῖν τὸν ἄρτον τοῦτον, τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου· καὶ τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ τούτῳ, τίμιον αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου καὶ μεταβαλεῖν αὐτὰ τῷ πνεύματι αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ, ὥστε γενέσθαι τοῖς μεταλαμβάνουσιν εἰς νῆψιν ψυχῆς, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

De Diuino autem sacrificio quæsitum est à Latinis; quomodo prolatis Christi verbis: accipite, comedite, hoc est

corpus meum &c. & ſanctis donis per hæc verba conſecratis, vos poſtea hanc orationem additis dicentes, & facpanem quidem hanc, pretioſum corpus Chriſti tui, tranſmutans Spiritu tuo ſancto. Hoc autem ita ſolutum fuit. Fateri nos diximus per hæc verba conſecrari Diuinum panem, & fieri corpus Chriſti: ſed poſtea, ſicut & ipſi dicitis, iube hæc dona perferri per manum ſancti Angeli in ſupercæleſte tuum altare: ita nos quoque oramus dicentes, vt Spiritus ſanctus deſcendat ſuper nos, & efficiat in nobis panem hunc, pretioſum corpus Chriſti tui, & quod eſt in ipſo calice pretioſum ſanguinem Chriſti tui, tranſmutetque ipſa Spiritu ſancto ſuo, vt fiant communicantibus in purgationem animæ & in remiſſionem peccatorum.

Concilij verò Tridentini definitio his verbis concepta exprimitur ſeſſionis 13. capite 1. *Ita enim maiores noſtri omnes quotquot in verâ Chriſti Eccleſia fuerunt, qui de ſanctiſſimo hoc Sacramento diſſeruerunt, apertiſſimè profeſſi ſunt, hoc tam admirabile Sacramentum in vltima cœna Redemptorem noſtrum inſtituiſſe, cùm poſt panis vinique benedictionem, ſe ſuum ipſius corpus illis præbere, ac ſuum ſanguinem diſertis ac perſpicuis verbis teſtatus eſt.*

Iam ſi mentis quoque noſtræ ſenſum afferre liceat, ingenuè & liberè dixerim, Theologorum nimiam ſubtilitatem præſenti controuerſiæ, plus attuliſſe detrimenti, quàm emolumenti, dum in eâ tanquam in re Mathematicâ aut Metaphyſicâ verſantur. Meminiſſe debuerant ea quæ mores, & religionem ſpectant, non ita accuratè tractanda eſſe, atque ea quæ ſunt naturæ & Mathematicarum diſciplinarum. Quî fit enim, vt ipſi pariter non quærant, quâ ratione Sacerdos poſtquàm pœnitentem abſoluit à peccatis, veramque ac debitam abſolutionis formam ritè pronuntiauit, iterum per modum precationis hæc addat. *Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, meritæ Beatæ Mariæ Virginis, & omnium ſanctorum, ſuffragia ſanctæ Matris Eccleſiæ, quidquid boni feceris, & mali ſuſtinueris valeant tibi in remiſſionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ.* An Sacerdotis abſolutio nulla eſt, ſi orationem hanc, vt ſæpe fit, omittat? nemo ſanè paulò cordatior ita ſentiet. Sed cur, inquies, iterum Sacerdos peccatorum, quæ iam condonata ſunt, remiſſionem deprecatur? Reſpondeo hæc & alia id genus bonè multa, ab iis ſolùm proficiſci poſſe, qui ſingula ad Scholaſticarum exercitationum & dialecticæ regulas religioſiùs expendunt: ſicuti quando nimis anxiè diſquiritur, quomodo forma abſolutionis in eum cadere queat, qui iam ratione contritionis ſuæ veniam peccatorum conſecutus fuit. Facilis eſt ad ea omnia reſponſio, ſi dialecticam ſubtilitatem valere iubeas, eademque mo-

Digitized by Google

raliter, vt aiunt, non autem Metaphysicè consideres. Hoc pacto vtriusque Ecclesiæ conciliatio facillimè obtinebitur, si Patrum dicta nimia contentione non vrgeantur. Quando Latini formam consecrationis à verbis Domini sumendam esse affirmant, non ita intelligenda est eorum sententia, quasi verba nudè, & vt sonant, accipiantur: sed eadem verba virtutem omnem & efficientiam à Spiritu sancto qui inuocatur, hauriunt. Vnde quidquid est in orbe Catholico Liturgiarum, in eo conuenit, quòd præter verba Domini, admixtas quoque habeat orationes, etsi non efficienter & formaliter, vti loquuntur, ad consecrationem concurrant. Idem sentiunt ætate nostra Doctores Catholici, quòd inde iam à priscis Ecclesiæ temporibus Patres tam Græci, quàm Latini, verbis expressis testati sunt, videlicet ad rationem consecrationis, panisque & vini in Christi corpus & sanguinem transformationem certa & determinata verba necessariò requiri. Orationes autem quæ præeunt, vel subsequuntur, huc referri necesse est: quandoquidem hæc omnia, vt vna eademque actio respiciuntur; vti iam antea laudatus Episcopus Ostunensis scholiis in Constitutiones Apostolicas bene monuit his verbis. *Constans & perpetua fuit omnium Patrum sententia verbis Domini tantum mysterium administrari: quod verò hoc loco dicitur* (loquitur de inuocatione Spiritus sancti, quam præfert Clementis Missa post verba consecrationis) *ad superiora verba respectum habet, & ad illa referri debet: Vt enim quæ ante consecrationem dicuntur, ad oblationem corporis & sanguinis Christi dirigenda sunt, sic quæ post consecrationem mysticè precatur, & facit Sacerdos, ad vnum peractæ consecrationis actum trahuntur. Sacerdos ante consecrationem tenens manu patenam & calicem dicit se offerre hostiam immaculatam pro peccatis, & calicem salutaris. Quæ actio respondet oblationi corporis & sanguinis faciendæ, tunc anticipatione quadam Sacerdotis mente atque proposito conceptæ. Ita post consecratam Eucharistiam, inuocatur Spiritus sanctus illorum munerum sanctificator, & peracti operis vnà cum Patre & Filio effector. Quæ inuocatio non est separanda à prima actione, qua Sacerdos verba Domini proferens panem & vinum consecrauit: sed ad eumdem actum reuocari debet. Imò ad idem temporis momentum, quo illa admirabilis conuersio facta est: Nam cùm omnia simul, atque vno tempore fieri non possint, ordine ac temporis interuallo disponuntur. Quæ verò sermone & tempore diuiduntur, cogitatione, & intelligentia sunt in vnum coniungenda.* Quæ verba, si probè teneantur, totum illud negotium, quodplerisque molestum & magnis difficultatibus impeditum visum fuit, facili negotio conficient. His ac-

cedit dudum Ecclesiam Romanam pro comperto habuisse, Græcos Sacramentorum formas in precationibus maxima ex parte collocare; nunquam tamen illius fidem vt hæreticam in hac causa accusauit. Immò, si res ipsa penitiùs introspiciatur, id quod Latini simpliciter & nudè verbum appellant, apud Græcos sub nomine orationis & inuocationis nomine venire deprehendemus. Ita Philadelphiensis noster Antistes tractatus de Sacramẽtis capite de forma baptismi hæc habet.

Τὸ εἶδος τῦ ἁγίου βαπτίσματος ἔστιν ἡ τῆς ἁγίας τριάδος ἐπίκλησις καὶ τὸ τῦ σωτῆρος ῥῆμα· πορευθέντες γὰρ εἰπὼν τοῖς ἱεροῖς μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τῦ πατρὸς, καὶ τῦ υἱῦ, καὶ τῦ ἁγίου πνεύματος. τῦτο ἐστι τὸ εἶδος τὸ εἰδοποιῶν, καὶ τὸ εἶναι παρέχον τῷ ὀρθοδόξῳ χριστιανῷ.

Forma sancti baptismatis est inuocatio sanctæ Trinitatis secundum Seruatoris nostri mandatum. Ita enim præcepit sacris discipulis & Apostolis, euntes: docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Hæc est forma constituens & præbens esse Christiano Orthodoxo.

Forma baptismi Græcanica, vt neminem latet, eadem est, si conceptus ratio habeatur, atque Latina, videlicet, *Baptizatur seruus Christi in nomine Patris, &c.* Non verò *baptizetur*, vti post Theologorum vulgus etiam Perronius sentit. Græca enim habent βαπτίζεται, *baptizatur.* Quantum verò vniuersa Ecclesia Orientalis precationibus tribuat, puto neminem ignorare, nisi planè hospes fuerit, ac peregrinus in illarum gentium ritibus. Id enim abundè comprobant Græcorum Euchologium, reliquorumque Orientalium Liturgiæ, quæ ad cognitionem nostram peruenerunt. Ritus baptismi & reconciliationis apud Nestorianos recepti, qui ad calcem libri eorum missalis Mſc. adtexuntur, manifestas rei huiusce probationes sufficiunt. Præterea D. Seueri liber de ritibus baptismi, nec non orationes quibus Æthiopum Ecclesia in Baptismi & Confirmationis Sacramentis vtitur, latio donata sunt, ex quibus illud quod huic quæstioni lucis aliquid afferre poterit, desumetur. Quorum omnium summa est, vt præter orationes ac formulas precationum, quibus inuocatur Spiritus sanctus, certa quoque adhibeatur verborum formula, quæ rei illius, quam Latini formam appellant, locum teneat: ita quoque nonnullis præsertim ætate nostra persuasum est, formam absolutionis deprecatiuam esse, ductis scilicet autoritate librorum qui id negotij pertractant, in quibus nihil præter orationes apparet. Sed rem aliter se habere docet Christophorus Angelus homo ritus Græcanici opusculi, quod de ritibus Ecclesiæ suæ conscripsit ca-

Digitized by Google

pite 22. cui titulum fecit *de modo confitendi.* Ille ſi quidem expoſita Confeſſionis, quam Sacerdos excipit, methodo, formam abſolutionis ita declarat. *Quo facto pœnam aliquam Spiritualis* (id eſt Sacerdos qui confeſſionem excipit) *illi denuntiat, h. e. iniungit illi, vel aliquot dierum ieiunium, vel eleemoſynarum erogationem, illique vltimo loco benedictionem impertiens hunc in modum fatur. Ex ea poteſtate quam Chriſtus Apoſtolis ſuis conceſſit, dicens, Quæcunque ſolueritis in terra, & in cælis ſoluta erunt, & quam ab Apoſtolis Epiſcopi acceperunt, quamque ego ab Epiſcopo meo mihi traditam nactus ſum autoritatem, abſolueris, & criminum purus pronuntiaris à Patre Filio & Spiritu ſancto, amen: & inter iuſtos cernes ſortem atque hæreditatem tuam. Poſt hæc impoſita in caput confitentis manu conſuetam aliquam precationem recitat.* Ibi forma abſolutionis modo deprecatiuo & indicatiuo, vt aiunt, exprimitur. Præterea iuuat nonnulla proferre ex codice Neſtorianorum manuſcripto, quæ nondum lucem aſpexerunt. Hic complectitur formam baptiſmi gentis Neſtorianæ, cuius autor eſt quidam Ieſuiab, quem Catholicum ſiue Patriarcham appellant. Prætermiſſis itaque precationibus quibuſdam generalibus, non ſecùs atque iis quæ propius ad baptiſmi rationem accedunt, ea ſolùm referam quæ præſentis ſunt negotij.

Ritus iſte ſumit exordium à precationibus & laudibus quibus finitis Sacerdos, רשם עלחד חד מן טלא בצבעא דלות ברתה מן לתחת לעל ומן ימנא לסמלא ואמר מתרשם פלן או פליתא בשם אבא ובר ורוחאו· *Conſignat vnumquemque infantium digito qui propior eſt pollici ab inferiori parte ad ſuperiorem, & à dextra ad ſiniſtram, ac dicit: Conſignatur ille aut illa in nomine Patris & Filij & Spiritus.* Deinde poſt longam orationum & hiſtoriæ Sancti Baptiſmi, nec non aquæ & olei benedictionum ſeriem, & alia longè plurima quæ præſentis non ſunt negotij, baptiſmi infantium, vt adultos præteream, forma ita exprimitur. *Sacerdos imponit manum capiti illius, qui baptizatur dum aquis immergitur, & ait baptizatur N. in nomine Patris,* & cætera. Neque alia ratione forma vnguenti ceremoniæ præmittitur, nimirum, *vngitur & ſanctificatur N. in nomine Patris, &c.* Quo pacto formulas benedictionum, diuerſaque precationum genera, quæ iam antiquitus apud Orientales in re Sacramentaria obtinent, cum Occidentalium vſu, facilè conciliabimus. His ſubiungam ex eodem codice manuſcripto Neſtorianorum, טכסא דרחוסיאו id eſt, *ritum reconciliationis*, cùm ad præſentis controuerſiæ illuſtrationem aliquid conferre videatur. Itaque primò *Sacerdos cum Diaconis ad portam cancellorum, ſeu altaris accedit. Pariter*

Ex Cod. MS. Neſt.

accedit qui reconciliatur coram altari. Vti totidem verbis in ritus huiusce rubrica prænotatur. קרב כהנא ומשמשנא על תרע קנבא או מדכתא וקרבתו דמתחסא קדם מרבתא׃

Deinde precationes, quæ huic ceremoniæ consentaneæ sunt, recitantur; ac demum.

Ex Cod. Mſ. Neſt.

קרב הו דמתחסא וסאם כהנא אידה על רישה ותנא עלוהי צלותא הדא ניחאיר אלחן טבא ומלא רחמא דעל כלשפיעא טיבותר׃ ורחמנותר׃ אשפע מרי חננא דבסימותך עלעבדך הנא ושחלפהי בסברא דהודתא דמן דריש לחיא דתיבותא וחדת בנוה רוחך קדישא דאתחתם בר׃ ליומא דפורקנא ודקיהי בחנגך מן כלה טמיתא ותרוץ הלכתא דדוברוהי בשבילא דזדי׃ קיתא ושותפיהי עם קדישא דבעדהך בשורר סברא דסימת בניא דמרותך ובבוסמא דארזיך מהינא והילוהי בעודרנא דרחמיך למטר פוקדניך ולמעבד צבינך ולמדיו ולסכנד ולמשכחו לשמך קדישא בכלערן מרא דכל׃

Accedit ille qui reconciliatur, & Sacerdos imponit manum ſuam eius capiti, recitatque ſuper illum orationem hanc ſecretò. Deus noſter bone & plene miſericordia, cuius gratia in omnes effunditur ac miſericordia, effunde Domine, benignitatem ſuauitatis tuæ in hunc ſeruum tuum, & conuerte illum in ſpe renouationis prioris in vitam pœnitentiæ, & reuoca intra eum Spiritum tuum ſanctum, quo obſignatus eſt in die redemptionis, & purifica eum per miſericordiam tuam ab omni labe, & dirige greſſus illius viuendi rationis in ſemitas iuſtitiæ, faciaſque illum participem cum ſanctis Eccleſiæ tuæ firmæ ſpei adoptionis Dominationis tuæ ac ſuauitatis myſteriorum tuorum, quæ vitam largiuntur; & confirma illum auxilio miſericordiæ tuæ. Ad cuſtodienda præcepta tua, ad faciendam voluntatem tuam, atque ad confitendum adorandumque, & laudandum nomen ſanctum tuum, omni tempore, Domine vniuerſorum.

Hæc quidem reconciliationis forma, vt ex illius contextu manifestò apparet, in precatione posita est. Verùm hanc alia in eodem exemplari Mſc. excipit, quæ modo, vt aiunt, indicatiuo concipitur, nimirum in diuersa reconciliationis ratione, & hæc ita exprimitur.

ואן כפורא הו רשם לה בית עינוהי במשחא באתא דצליבא ואמר מחר׳ שם ומתקדש ומתחרת פלן אנדין דלא בצבינה ובלא ידעתא לא׳ מתרשם במשחא אלא באידר׳ דכהנא ובן שקל קודשא׃

Si verò fuerit Apoſtata, ſignat eum inter oculos cum vnguento, ſigno crucis, & ait: ſignatur & ſanctificatur, & innouatur N. in nomine, &c. ſi autem non voluntariè & inſcitiâ, minimè ſignatur oleo; ſed manu Sacerdotis, & ſic recipit ſanctitatem.

Cæterum id inprimis animaduerſione dignum eſt, quòd ſæpiſſime codices Orientalium, ex quibus illorum ritus proferuntur, contracti fuerint, & aliorum dun-

taxat

taxat sint compendia ; ita Syrorum ordinationes, quas primus publicauit ex codicibus manuscriptis doctissimus Ioannes Morinus, epitomen tantùm illarum esse ex alio exemplari Mſ. didici. Pariter sæpe fit, vt multum inter codices eiusmodi reperiatur discrepantiæ : quod, vt longè plures fileam , inter conferendum officium baptismi , quod Latinè habetur editum in Bibliotheca Patrum sub nomine Seueri Patriarchæ, cum manuscripto exemplari lingua Syrica exarato , haud infrequenter deprehendi. Sed de his plus satis , & prolixiùs forsitan, quàm par erat. Ad id instituti nostri ratio , quod fidei Ecclesiæ Orientalis illustrationem potissimùm respicit , me adduxit. Optarim sanè vt ij omnes, quibus est aliquid eruditionis Theologicæ , & linguarum Orientalium peritiæ , veteres libros in Bibliothecis sepultos, qui nondum lucem adspexerunt , è tenebris producant in publicum , vt ex his inanissimæ, quibus heterodoxi homines extolluntur cogitationes , quasi cum eorum innouationibus consentiat Ecclesia Orientalis, retundantur. Hac arte illorum garrienti impunitas, qua fidem Ecclesiæ Romanæ obscurare maximè exoptant, refrænabitur. Et ita demum obtinebimus , perfectam non solùm in rebus Eucharisticis; sed & in vniuersa penè re Sacramentaria , inter nationes , quæ longiùs à se inuicem diuulsæ sunt, reperiri consensionem : si tamen ea excipiantur , quæ minutiora sunt , & de quibus absque vllo fidei orthodoxæ dispendio disputari potest.

COROLLARIVM.

QVIA firmissimum transubstantiationis argumentum continent Nationum Orientalium Liturgiæ, Claudius Resp. ad Arnald. earum fidem accusat, quòd Latinæ solùm versiones habeantur, quæ, vt ab hominibus , qui Ecclesiæ Romanæ nomen dederunt , accuratæ sunt; ita quin ab iisdem in plerisque locis deformatæ fuerint, non dubitat. Sed quàm futilis & euanida sit illa exceptio, manuscripti Codices, quos iam bene multos produximus , manifestè arguunt. *Non tanto apparatu* *, inquit, *D. Arnaldus eiusmodi Liturgias Orientales iactitet : si enim puræ & sinceræ extarent , non dubito quin bene multa in iis deprehenderentur , quæ cum persuasione præsentiæ substantialis & transubstantiationis nullatenus consentirent.* Sed temerarium est pro-

* *Que M. Arnaud ne se glorifie donc plus de ces sortes de Liturgies Orientales, car si nous les auions pures & sinceres, ie ne doute pas que nous n'y visions bien des choses, qui ne s'accorderoient, ny auec la creance de la presence substantielle, ny auec celle de la transubstantiation. M, Cl. lib. 5. cap. 6. p. 609.*

Digitized by Google

fectò decretum illud, quo tantâ confidentiâ de exemplaribus, quæ nunquam ad manus ſuas peruenerunt, pronuntiat. tamen, ſi fidem illi adhibere velimus, ſincere* & abſque fuco locutum ſe fuiſſe palam teſtatur, neque aſſerere reformidat, nihil à ſe productum, niſi quod potentiſſimis probationibus ſtabilitum nouerat. Imò quod vix credibile eſt, quaſi Diuinum aliquod oraculum enuntiaret, ex tripode loquitur. Nos contra, illum in pleriſque, & quidem grauiſſimè hallucinatum contendimus, quòd de iis in quibus planè hoſpes erat ac peregrinus, ſententiam ferre voluerit.

Primò vaniſſima ſunt, quæ aduerſus SS. Baſilij, Gregorij & Cyrilli Liturgias Ægyptiacas, ductus Salmaſij autoritate objicit. *Non poſſum*, inquit, *quin hîc referam quæ D. le Faucheur de Ægyptiacâ Liturgiâ, quæ tribuitur ſanctò Gregorio, annotauit, ex quibus nemo non perc'piet, nos haud immeritò de eiuſmodi librorum deprauationibus conqueri. Liturgia Ægyptiaca*, inquit, *quæ tribuitur S. Gregorio, hæc præfert. Offero tibi Domine Symbola liberationis meæ: nam legitur in contextu Ægyptiaco* NICYMBOLON, *id eſt τὰ σύμβολα, vt accepi à D. Salmaſio, penes quem eſt vetuſtus codex manuſcriptus: non verò vti Latinè vertit Victor Scialach Maronitæ è Libano, præcepta liberationis meæ, qui quia Seminarij Romani ſocius fuit, aduerſariorum noſtrorum cauſam inſigni mendacio tueri voluit.* Hæc ſumpſit Claudius ex libro tertio Faucheuri de cæna Domini cap. 6. quæ ad verbum Latina fecimus. Verùm ſi quid mali de fide & ingenio doctiſſimi Salmaſij ſuſpicari liceat, longè potiori iure ab Eccleſiæ Romanæ Theologis in iudicium vocabitur, vt interpretationis ſuæ dicat rationem, dum eiuſdem Liturgiæ Ægyptiacæ precationem, quam de Arabicis conuertit, à vero & legitimo ſenſu abductam, Caluinianæ doctrinæ accommodauit. Itaque cùm ad manus noſtras manuſcriptus ille codex Copto-Arabicus peruenerit, totum illud negotium iuuat expendere. In contextu Ægyptiaco, vt ritè à Salmaſio animaduerſum eſt, haberi *Niſymbolum*, & hanc vocem Græcæ, σύμβολοι, reſpondere, non diffiteor. Sed Victor Scialach conuerſionem Arabicam ſe Latinam facere, non verò ſermonem Ægyptiacum, profitetur. Arabica igitur Claudius debuit conſulere, eademque cum Latinis illius Maronitæ conferre; priuſquàm illum inſignis, vt loquitur cum Fauchero ſuo, falſitatis redargueret. Deinde etiam-

* *I'oſe aſſeurer qu'il ne trouuera dans toute cette diſpute aucune illuſion de ma part, i'y ay procedé ſincerement, & de bonne foy. I'y ay pris les choſes naturellement. Ie n'ay rien mis en auant qui ie ne l'aye bien eſtably, &c. Ibid.*

ſi deprehendiſſet Latinam verſionem Arabicæ nullatenus reſpondere, in exemplariorum potiùs variationem, quàm in malum interpretis animum rejicienda erat illa diuerſitas: quandoquidem nec Salmaſij interpretatio Eccleſiæ Romanæ fidei vllatenus officit. Vt eâ de re omnino conſtet, verba ipſa Liturgiæ ſancti Gregorij, vt habentur in Latinâ Victoris tranſlatione, exhibemus cum reformatione, quam neceſſariam exiſtimat Claudius. Sic itaque Sacerdos ante conſecrationem affatus, ſuam ad Chriſtum vniuerſi generis humani reſtitutorem, precationem dirigit; *Veniſti ad occiſionem tanquam agnus: vſque ad crucem demonſtraſti ſollicitudinem tuam erga me: occidiſti peccatum meum in Sepultura tua, extuliſti oblationem meam ad cælos, oſtendiſti mihi magnitudinem amoris tui in eo quod ſis venturus ad iudicandos viuos & mortuos, vt reddas ſingulis ſecundùm opera eorum. Populus. Secundum miſericordiam tuam. Sacerdos. Offero tibi Domine Symbolum liberationis meæ.* Nunc iudicent cordatiores, vtrum meritò Maronita Scialach, inſignis falſarij nomen reportauerit. Sed ne ampliùs aduersùs Eccleſiam Romanam Claudius ob id negotij lites iniquas agat, voces ipſas Arabicas, vt extant in meo codice manuſcripto, illius iudicio permitto. Pro Ægyptiaco itaque contextu, quem putat Salmaſius conuertendum eſſe, *Symbolum liberationis meæ*, legitur in Arabicâ verſione קרבן חריתי quæ ſonant ad verbum *oblationem libertatis*; ſeu *liberationis meæ*, quaſi dixeris. *Offero tibi Domine ſacrificium redemptionis atque ſalutis meæ.* Iam dicat Claudius, vtrum hæc Liturgiæ S. Gregorij ſententia euertat Catholicam de rebus Euchariſticis perſuaſionem, & vtrum Victor Scialach deditâ operâ, atque ex odio ſectæ Caluinianæ, *præcepti* nomen pro oblatione vel ſacrificio repoſuerit; an quo vtebatur exemplar manuſcriptum, lectionem diuerſam ſuffecerit. Vtinam de Salmaſio, cui multum profectò debent Literati, ita ſentire poſſemus! Ille igitur in epiſtolâ ad Dallæum, quæ in Epiſtolarum ſuarum codice numeratur 32. Miſſalis Copto-Arabici meminit, quod in Bibliothecâ Thuanâ aſſeruabatur. Illud ſtatim ſe magno ſtudio euoluiſſe teſtatur, quòd multa & quidem diuerſa de eo circumferrentur. *Nam referente*, inquit, *Grotio, in animo habuerat Erpenius oſtendere, Cophitas in iis quæ ad Sacramentum Euchariſtiæ pertinent, à noſtrâ* (Id eſt Caluinianâ) *perſuaſione minimè diſcrepare. Contra verò vt accepi, Franciſcani quidam ex ordine Capuccinorum, qui Regiones Orientales peragrauerant, earum linguis bene inſtructi, Cophitas in hoc argumento cum Eccleſiâ Romanâ perfectè conſentire con-*

tendunt. Verùm, vt ibidem subdit Salmasius, *vetustissimum codicem præ manibus habeo, & ab eo tempore exaratum, quo Ægyptus ditionis erat Imperatorum Christianorum vnde Francisçanos istos refellam.* Hactenus magna pollicetur Salmasius, vt partes, quibus defuerat Erpenius, exequatur. Iam quâ potissimum ratione, vt de Cophtitarum fide ita sentiret, adductus fuerit, anquiramus. Inuocandi Spiritus sancti formulam profert, ex quâ putat dogma Caluinianum firmissimè stabiliri. Hanc, quòd ad calcem eiusdem epistolæ Arabico & Latino sermone adiecta fuerit, eodem planè modo, quo ab ipso profecta est, omnium oculis subjicimus, vt de Latinâ illius interpretatione, & consequentiis, quas ex ea deducit, saniùs iudicent.

אנת אתירת פיצא תדכר כדמתך
אלמקדס אנת ארסל עלינא נעמת
רוחך אלקדוס לבי נטהר ונקל
הדרת אלקראבין אלמוציעת אלי
נפסר ודם בלגנא׃ *Tu confirma in nobis commemorationem ministerij tui sancti. Tu mitte super nos gratiam Spiritus tui sancti, vt purificemur, & conuertamus has oblationes viles in corpus & sanguinem Seruatoris nostri.*

Vides, * vti subiungit in epistolâ ad Dallæum, *hanc inuocationem non eo fine peragi, vt Spiritus sancti gratia in panem & vinum illabatur, eiusque efficacia ita adhæreat, vt conuersis substantiis corporis & sanguinis præsentia eâ ratione adsit, vt eadem corpore & sanguine omni sumenti insit, fideli infideli ve; sed Sacerdos Cophtita, qui in hac precatione omnium personam induit, autor est, vt panis & vinum in cœnâ fiat corpus & sanguis Christi ritè sumentibus, & Spiritus sancti gratia sanctificatis.* Imò video, & doleo optimum Salmasium in rebus criticis exercitatum, non animaduertisse pro נטהר & ננקל legendum esse הטהר & תנקל, vti reuera exhibent manuscripti codices. Literarum proculdubio *t* & *n* similitudine, quæ maxima est quòd vnius tantùm apiculi notatione in exemplari manuscripto discrepent, deceptus fuit. Et vt illa puncta diacritica haud infrequenter omittuntur, forsan ille apex à suo codice aberat. Vt id etiam intelligant, qui elementa Arabica non callent, dico eamdem fuisse in legendis Arabicis Salmasij hallucinationem, atque siquis in Latinis pro *inanes* legeret *manes*; quia scilicet api-

* *Vous voyez que cette inuocation ne s'y fait pas pour faire descendre la grace du Saint Esprit sur le pain, & sur le vin, & y attacher son operation de telle sorte que changeant les substances, la presence du corps & du sang soit telle, qu'elle demeure en corps & en sang à tout ce qui le receura, soit fidelle ou infidelle. Mais ce Prestre Cuphti, qui fait cette inuocation au nom de tous, veut que ce pain & ce vin que nous receuons en la Cene, deuienne le corps & le sang de N. Seigneur, à ceux qui le receuront deuement, & que le Saint Esprit aura premierement sanctifiez, &c.*

Digitized by Google

culus ſupra literam *i* non appingebatur. Sed debuerat Salmaſius, niſi ex anteceptâ Cahuinianiſmi opinione informatus fuiſſet, ad Græcas aliaſque nationum Orientalium Liturgias attendere. Earum ſiquidem perfectiſſimus eſt hac in re conſenſus, vti apertè demonſtrat longa earumdem ſeries, quam ſupra fuſiùs contexuimus; & illas ſpeciatim quæ in vſum Gentis Cophticæ ceſſerunt, Gregorianam videlicet, Baſilianam & Cyrillinam, produximus. In Baſilianâ autem ex quâ inuocationis formam Salmaſius deſumpſit, hæc ad verbum tranſlata habentur. *Tu mitte ſuper nos gratiam Spiritus ſancti tui, vt purificet & conuertat has oblationes propoſitas in corpus & ſanguinem Seruatoris noſtri.* Non verò vt præfert Salmaſij interpretatio, *vt purificemur, & conuertamus has oblationes viles in corpus, & cætera.* Verbum טהר idem eſt in hac precatione, atque in Græcâ ἁγιάζω, *ſanctifico*, & propriè transferri debet, *vt ſanctificet.* Hanc inuocationem Græco ſermone, vnde quidquid eſt Liturgiarum in oriente deriuatum eſt, exprimimus, vt germana dictionum illius ratio meliùs teneatur. καὶ ἀτενίσον ἐφ' ἡμᾶς χάριν τὸ πνεύματός σου τὸ ἅγιον, ὡς ἀμέλει καὶ μεταβάλῃ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν. Denique exceptionem Claudij aduerſus eaſdem Liturgias Copto-Arabicas, qua clauſulam quamdam his recentiùs aſſutam fuiſſe contendit, non moramur: quandoquidem illa in exemplari manuſcripto, cuius antiquitatem multis nominibus Salmaſius commendat, integra apparebat.

Secundò non minùs vana ſunt, quæ Claudius contra gentis Æthiopicæ Liturgias obiicit. Liturgiam, quæ ſub nomine canonis generalis Æthiopum edita eſt*, adulteratam affirmat, & ea de cauſa in Bibliothecam Patrum abſque interpretis nomine inuectam fuiſſe contendit. Sed vnde illa ſumpta fuerit, ex prima eius editione quæ Romæ excuſa eſt apud Antonium Bladum, anno 1549. cum ritu Baptiſmi & aliis benedictionibus, cognoſcere eſt: huic enim Petri cuiuſdam Abbatis Æthiopis ad ſummum Pontificem Paulum tertium epiſtola præmittitur, in qua totum illud negotium verbis apertiſſimis declaratur. *Non poſſum*, inquit iſte Abbas ferè ab initio ſuæ epiſtolæ, *non maximè dolere beatiſſime Pater quòd quidam hæc* (nimirum quæ ſunt religionis) *in diuerſas diſſecent ſectas, eaque, quæ omnibus eadem ſunt, quærant prorſus diuerſa facere. Quo factum eſt, vt vnus idem-*

* *Il eſt donc certain que cette Liturgie, de la maniere qu'elle eſt dans la Bibliotheque des Peres, eſt vne piece alterée; & c'eſt pour cela qu'on l'y a miſe, ſans dire ny d'où l'on l'a tirée, ny qui a eſté ſon Traducteur. M. Cl. lib. 5. cap. 7. p. 607.*

quo Christi sanctissimus grex, cuius tu vniversalis pastor à Christo es institutus, in diuersa vel abierit, vel abusse credatur, dum vnusquisque nostrum eos, quos ab Ecclesia desciuisse temerè reputat, vt hæreticos fugit. Quod præcipue in Orientis prouinciis euenisse dolemus, quando nos Æthiopes, qui Catholici sumus, & esse volumus, Christique instituta atque doctrinam vsque hodie illibatam tenemus, tanquam schismatici ab omnibus fere Europæis iudicamur. Hæc sane ad præsens institutum apprimè faciunt, & quasi consultò aduersùs Claudium scripta fuisse videntur. Deinde quibusdam interiectis, à quo profecta fuerit Æthiopicæ Liturgiæ Latina interpretatio indicat his verbis. *Subiecimus in fine Æthiopicæ Missæ canonem, opus labore & industria Petri Pauli Gualterij Aretini translatum, viri certe tum morum comitate, tum variarum scientiarum studio nunquam satis laudati.* Ad hanc ipsimet Æthiopes breuiores quasdam annotationes adiecerunt, quæ maximum sinceritatis suæ argumentum continent, neque habentur in bibliotheca Patrum. Ne quis enim eos veluti Liturgiæ suæ corruptores exagitaret, quòd verba Consecrationis refinxissent: quia codices manuscripti, *hic panis est corpus meum*, non verò, *hoc est corpus meum*, præ se ferebant, monent reuera in exemplaribus Æthiopicis legi, *hic panis est corpus meum:* sed mendum esse ex eo in primis arguunt, quòd Ægyptiorum à quibus magnam religionis suæ partem accepere, Codices, vulgatam lectionem exhibeant. De his iam supra disseruimus. Iterum Claudius interpretem Liturgiæ Æthiopicæ, quæ extat in Bibliotheca Patrum vellicat, quòd hanc pericopen, *Amen, amen credimus & confidimus & laudamus te, Deus noster, hoc verè corpus tuum est*, aliter Athanasius Kirkerus exprimat in sua translatione, nimirum, *Amen, amen credimus & confidimus & laudamus te, ô Domine Deus noster, hoc est in veritate credimus, caro tua.* Multum est, inquit, discriminis inter hanc & illam interpretationem: in vna enim dictio verè cadit supra corpus; in altera verò supra fidem populi. Sed firmæ probationes Claudium deficiunt, qui eiusmodi minuta consectetur. Verum quidem est Kirkerum magis ad literam contextum Æthiopicum reddidisse: at in vtriusque Latina conuersione aduerbium *verè*, siue *in veritate*, cadit in *corpus* seu *carnem*. Id solùm est disparilitatis, quòd Aretinus ad sensum dilucidum & explanatum respiciens, metathesim vocis illius, quæ erat in Æthiopico, fugerit: sic enim habent Æthiopica, אמן א נאמן ונתאמן נשבחך אנאיאן זנת ואת באמן סנך: Kirkerus verò literam præsius secutus, hæc verba, quæ in controuersiam veniunt זנת ואת באמן נאמן סנך interpreta-

tus fuerit, *hoc eſt, in veritate credimus, caro tua.* Iam tum in Aretini, tum in Kirckeri interpretatione באמן *in veritate*, ſeu *verè* neceſſariò ad גוך *corpus tuum*, ſiue *caro tua* referri debet. Accuſandus itaque non eſt in hac parte Latinus canonis Æthiopum interpres, qui ſententiæ duntaxat obſcuritatem remouit, vbi manifeſta erat tranſpoſitio. Græcis domeſtica eſt eiuſmodi locutio, & ad eorum mentem, ſermonem Æthiopicum exprimimus, πιστεύομεν ὅτι τοῦτο ἐν ἀληθείᾳ σῶμά σου. Vbi ἐν ἀληθείᾳ, ſiue *in veritate* coniungitur cum σῶμα *corpus*. Valeant igitur Claudij argutiolæ, qui ſubtilitatibus ſæpius, quàm argumentis pugnat. Eiuſdem planè generis eſt quod ibidem ſubiungit ex eodem canone vniuerſali ſiue miſſa Æthiopum. *Nonnulla*, inquit, *in hoc relicta ſunt, quæ minùs benè cum doctrina tranſubſtantiationis conſentiunt, qualis eſt illa Sacerdotis poſt conſecrationem precatio.* Nunc autem recordamur mortis tuæ & reſurrectionis tuæ, offerimuſque tibi hunc panem, & hunc calicem, tibique gratias agimus, quòd per hoc ſacrificium dignos nos feciſti ſtandi in conſpectu tuo, & ſacerdotale officium coram te exequendi. Oramus te, Domine, & à te inſtanter petimus, vt mittas Spiritum ſanctum ſuper hunc panem, & hunc calicem, videlicet corpus & ſanguinem Domini & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti in ſecula ſeculorum, amen. *Si pro perſuaſo haberent*, inquit, *panem & calicem eſſe Chriſti corpus, & ſanguinem in ſubſtantiæ proprietate, num dicerent ipſummet allocuti, ſe ei offerre panem & calicem in mortis ſuæ & reſurrectionis memoriam? ſimiliter eumdem impiè obſecrarent, vt Spiritum ſanctum in panem & calicem mitteret, &c.* Sed nodum hunc iam antea ſoluimus, vbi de formulis inuocandi Sancti Spiritus, quas Orientalium populorum Liturgiæ repræſentant, egimus; ſpeciatimque Æthiopica formæ ſuæ reſtituta eſt. Latini non minùs, quàm aliæ nationes, mortis Chriſti, nec non reſurrectionis illius, etiam poſt conſecrationem memoriam celebrant. Verba enim conſecratoria vix à Sacerdote pronuntiata ſunt, cùm ſtatim ait. *Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Et mox. *Vnde & memores, Domine nos ſerui tui; ſed & plebs tua ſancta eiuſdem Chriſti Filij tui Domini noſtri, tam beatæ Paſſionis, nec non ab inferis reſurrectionis; ſed & in cælos glorioſæ Aſcenſionis, offerimus præclaræ maieſtati tuæ de tuis donis ac datis, hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam, panem ſanctum vitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ.* Igitur etiam in Romana Eccleſia, *memoriæ panis, & calicis*, vocabula cum vera & ſubſtantiali, quam vocant, Chriſti corporis & ſanguinis præſentia minimè pugnant. Vtrùm autem illa precatio ad Patrem vel ad Filium

" " " "

dirigatur parui refert. Quocunque enim modo fiat, semper Sacerdos apud Orientales illapsum & aduentum Spiritus sancti in proposita Symbola deprecatur. Neque ad rem sunt quæ iterum subdit Claudius aduersus huiusce inuocationis formulam, quasi Sacerdos frustra eiusmodi illapsum precetur, si iam dona consecrata fuerint. Argumentum illud quia plerisque videbatur impeditum, & id ad suas partes vulgò transferunt Caluiniani homines, abundè supra expositum. Et miris profectò modis hoc cum Romanæ Ecclesiæ persuasione consentit: quandoquidem eiusmodi inuocationum formæ, veram Symbolorum transformationem manifestò supponunt.

Tertio fidem censorum accusat Claudius, qui multa in Christianorũ Orientalium Liturgiis, quæ publici iuris facta sunt, resecuerint. Ita in Bibliothecâ Patrum habetur. *Missa quâ vtuntur antiqui Christiani Episcopatus Angamallensis in Montanis Mallabarici Regni apud Indos Orientales emendata & ab erroribus blasphemisque Nestorianorum expurgata ab Illustrissimo & Reuerendissimo Domino Alexio Menesio Archiepiscopo Goano Indiæ primate &c. è Syriaco in Latinum conuersa &c.* Consimili ratione Victorius Scialac de Liturgiis Copto-Arabicis sermonem instituens in epistolâ ad Velserum ita præfatur. *Illud quidem certè de hoc exemplari verissimè dici potest, nihil ipsi insertum esse ab Orthodoxa religione alienum, nihil admixtum, quod Catholicæ concordiæ ac societati repugnet. Id quod aliis recentioribus codicibus contigit, quos tamen hoc tempore Apostolicæ sanctæque Romanæ Ecclesiæ iussu correctos esse non ignoramus, in cuius sinum, quippe germanæ veræque parentis, Alexandrina Ecclesia, & honestissima illa natio nuper Clemente 8. Pontifice maximo redit.* Sed non est cur in istos censores impetum faciat Claudius: neque enim Latinas versiones, de quibus sæpissimè conqueritur, quasi ab ipsis interpretibus fœdè corruptæ fuerint opponimus; sed ipsosmet codices manuscriptos, eosdemque antiquissimos, nec à Romanis censoribus castigatos suffecimus. Et quod est præsentis negotij, ex vetusto Missali officio Nestorianorum, charactere quoque Nestoriano & Babylonensi exarato, iam antea illud omne quod eorum fidem de rebus Eucharisticis illustrare poterat, productum fuit, idque etiam ex Nestorij ipsius Liturgia. De Liturgiis quoque Copto-Arabicis SS. Basilij, Gregorij, & Cyrilli, idem obseruauimus. Harum autem omnium exemplaria asseruantur in Bibliotheca viri clarissimi Claudij Hardy Literarum & Literatorum studiosissimi. Præterea in nonnullis quidem capitibus Nestorianorum, Cophtitarum, Maronitarum, aliarumque gentium,

plagæ

plagæ Orientalis, libros à ſuis erroribus expurgatos fuiſſe haud diffiteor; ſed ea inprimis reſecta ſunt, quæ ad myſterij Incarnationis doctrinam pertinent. De his enim præcipuè diſputant Orientales. In iis verò, quæ rerum Euchariſticarum fidem ſpectant, nihil eſt inter ipſos controuerſiæ, ſicuti nec ab Eccleſiâ Romanâ in hac parte diſſentiunt. Porro Claudius non ægrè ferre debet, ſi manifeſti illarum nationum errores tollantur, quando Romanæ Eccleſiæ ditioni ſe ſubjiciunt: ſed priùs in eorum perſuaſionem inquirendum eſt, quàm accuſentur. Ita quòd hæc apud Thomam à Ieſu legerim libri 7. de conu. omn. Gent. proc. capite de Maronitis, *Cautum porro fuit, ne quis alio Miſſali vtatur, quàm ex iis qui miſſi ſunt à Romano Pontifice; vel certè ex antiquis ſi tantùm in vſu eſſent, qui à Patriarcha erunt propriâ manu ſubſcripti; & vni ex ſupradictis alumnis demandatum fuit vt eos diligenter inſpiceret, atque expurgaret erroribus quibus à Iacobitis fuerant aſperſi*; non ex eo ſtatim confeci, illos codices ex omni parte caſtigatos fuiſſe, verùm ad exemplaria manuſcripta recurrens, quæ Romanam cenſuram fugerant, ex eorum inter ſe collatione, quid mutatum quidve refectum fuerit deprehendi, nimirum Canon quidem Miſſæ ad Latinum reformatus eſt, & formulæ quoque inuocationis aliquid immutatum, ſed id in doctrinam rei Euchariſticæ refundi nequit: cùm Græcorum Liturgiæ quas Romani Cenſores autoritate ſua munierunt, eumdem Miſſæ canonem, eamdemque inuocationis formam contineant, quæ in manuſcriptis & non correctis Maronitarum libris apparent.

Quartò Claudius eiuſdem libri 5. capite 3. & 4. vt Armenos à ſuis etiam ſtare partibus euincat, nubem teſtium profert, quos omni exceptione maiores exiſtimat, quia fidem Romanæ Eccleſiæ profitentur. Parco recenſendis eorum nominibus; quia omnes ab vno Guidone Carmelita dependent. Illi enim non tam de re ſibi comperta ſentétiam ſuam ferunt, quàm quod iam antea de hoc argumento iſte Guido ſcripſerat, idem & ipſi in ſua commentaria retulere. Ita Prateolus elenchi ſui libro primo ad vocem, *Armeni*, poſtquam longam errorum Gentis Armenicæ ſeriem contexit, hæc ſubiungit. *Hi ſunt Armeniorum errores, quos Guido Carmelita præter cæteros recenſet libro quem de hæreſibus edidit.* Similiter Thomas à Ieſu, dum illius nationis errores contexit, eum de quo in præſentia agitur, eidem Guidoni ſe acceptum ferre teſtatur. *Præter hos etiam errores*, inquit, *aliis quamplurimis ſcatent de quibus latiſſimè Guido Carmelita in libro quem de hæreſibus edidit. Primò* Lib. 7. par. 1. cap. 18

&c. Et aliquibus interiectis quæ eiusdem sunt classis, ait. *Item negant illi verum Christi corpus realiter in Sacramento Eucharistiæ, &c.* Neque ab his discedit Abrahamus Bzouius: eadem enim verba, quæ Prateolus à Guidone mutuatus fuerat, etiam ipse refert. *Notæ sunt*, inquit, *apud Prateolum Armenianorum Schismaticorum hæreses.* Deinde ipsummet Prateolum sue Guidonis catalogum subiicit. Thomas quoque Valdensis huius fidem in notandis Armenorum erroribus, sic aperit. *Vnde hæresi Armenorum 22. sic habet Guido Carmelita.* Præterea Iodocus Coccius & Dauity, etiam non diffitente Claudio, ab eodem Guidone toti pendent, cum eo tamen discrimine, quòd Coccius Euthymium Monachum Zigabenum Guidoni adiungat; cuius tamen de industria non meminit Claudius, quia aliud profectò à Guidone de Armenis sentit iste Monachus Panopliæ parte 2. tit. 20. vbi multa aduersus Armenios veluti Eutychianos atque Monophysitas, qui vnam in Christo naturam agnoscerent coniecit. *Dicunt*, inquit, *carnem ipsius in diuinitatem esse conuersam, & eiusdem factam essentiæ, cuius est ipsa diuinitas.* Et mox. *Ex quo sacrificium etiam panis carnis Christi negant esse corpus Christi, sed Diuinitatis corpus esse dicunt.* Quæ profectò longè absunt à sententiâ Claudij. Eos verò qui peregrinationes suas in vulgus edunt, silentio prætereo; quia si perpaucos exceperis, ne quidem eorum industriam ac diligentiam fugisse videatur, id omne quod in aliorum libris qui res Orientis attigerunt, occurrit; temerè & absque delectu in suos transferunt.

Ad ann. 1318. n. 16.

Tom. 2. cap. 30.

Ad vnum igitur Guidonem Carmelitam longa testium series, quos produxit Claudius, necessariò reuocatur; quippe qui, quod Guidoni de Armenorum persuasione visum est, se referre non interposito iudicio suo apertè profiteantur. Quisautem fuerit, & quo ingenio Guido iste; paucis; sed appositis declarat Leo Allatius; quando illum appellat, *fundum mendaciorum feracissimum.* Sed ne vtriusque Gentis conciliandæ studio, conciliator Allatius Guidoni detraxisse videatur, grauissimum in hoc argumento Alfonsi de Castro testimonium proferemus. Ille non secùs ac Guido, Prateolus, & alij, errorum hæreseanque catalogum contexuit, non omnino tamen ab aliorum placitis dependens, sed in id, quod iam ab aliis ea de re scriptum fuerat, sæpius inquirit. Ille statim ab operis sui exordio de Guidone hæc habet. *Guido de Perpiniano Carmelitani instituti, & postea Elnensis Episcopus, librum de hæresibus composuit, in quo illas hæreses addidit, quæ post Augustinum fuerunt exortæ, nec illas omittens, quæ olim apud Iudæos fuerant. Verùm hic*

Digitized by Google

non contentus eſt hæreticorum nudam narrare hiſtoriam, prout Auguſtinus & Philaſter fecere, ſed cum ſingulis hæreticis manus conſerere tentauit, & quaſi ad ſingulare prouocat certamen. Quam rem adeo infeliciter agit, vt ſæpenumero veritatem dicas ſuccumbere, ſi ex illius pugna cenſura ducenda ſit. Omitto quòd in ipſa etiam hiſtoriæ narratione deficit -- aliquando hæreſes commutat. Tribuens huic, quæ ſunt illius: aliquando etiam errores ex diametro apertiſſimè pugnantes, eidem factioni tribuit, vt facile eſt apud eum inuenire, cùm de erroribus Armenorum loquitur. Nunc expendat Claudius, quem habeat ſententiæ ſuæ de fide Armenorum autorem. Vbique idem Alfonſus Guidonis iſtius errores detegit ac refellit, & ne ad aliena cõfugiamus exempla, vbi domeſtica in promptu ſunt, libri ſexti aduerſus hæreſes capite de Euchariſtiâ in peruerſam de Sacramento Euchariſtiæ opinionem, quæ vulgò Armenis tribuitur, ita animaduertit. *Huius erroris primi duces, vt Guidoni placet, fuerunt Armeni. Neſcio tamen quos autores in hoc ſecutus fuerit Guido, vt hanc hæreſim Armenis impingeret, quam nullam alium illis tribuiſſe reperio. Omnes enim, quos huius peruerſi dogmatis feciſſe mentionem reperio, aſſerunt hanc fuiſſe Berengarij inuentionem.* Denique præſidium ſibi quærit Claudius in libris Proteſtantium Lazicij videlicet, Brereuodi, & Thomæ Herberti: verum ſi Proteſtantes Proteſtantibus in hoc negotio opponere liceat, haud dubiè maiora ſunt Gerlachij, & Olearij teſtimonia, qui ab ipſiſmet Patriarchis Armenorum, quæ eſſet eorum de rebus Euchariſticis perſuaſio, ſe excepiſſe teſtantur. Illi autem etſi animo & doctrina ab Eccleſia Romana alieni eſſent, nihil eſſe inter hanc & Armenicam in hac parte diſſidij lubenter agnoſcunt. His omnibus ſubiungere viſum eſt, quæ aliàs in pari cauſa Staniſlaus Orechouius Roxolanus ſcripſit Staniſlao Hoſio Eccleſiæ Romanæ Preſbytero Cardinali, & tunc Concilij Tridentini Præſidi, cuius ſanè autoritas Claudio non diſplicebit, quòd in hac epiſtola ingenium paulò liberius, nec in omnibus Eccleſiæ Romanæ obſequens præferat. Græcos, Ruthenos, & Armenos, qui à Latinis in iis duntaxat quæ ſunt rituum diſcrepent, veluti ſchiſmaticos ab Eccleſia diuelli ingemiſcit. *Neque verò intelligo*, inquit, *quidnam ad coaleſcendum in vnum Dei populum, Latinis in Sarmatia, cum Roxolanis atque Armeniis obſtent diuerſi ritus.* Negat Oecumenicam fore Tridentinam Synodum, niſi & illarum nationum Patriarchæ huic interfuerint. Deinde quibuſdam interiectis hæc ſubiicit. *Nec enim eſt quidquam, quod ad rem magnopere attineat apud Occidentales, quod idem non ſit apud Orientales. De vxore & de fermento lis erat inter*

nos capitalis, ſed tamen neque vxor ſalutis noſtræ prora eſt, atque puppis, neque fermentum, ſalua panis ſubſtantia variat ſacramentum, quæ ſubſtantia, inquam, tota verbis ſacratis in Chriſti tranſit corpus. Et quia ſibi cum Freicio quodam de fide eiuſmodi nationum negotium fuerat, iterum hæc ſubdit: *Quamobrem cùm hæc & alia Sacramenta, omnia numero, ordine, pondere æqualiter inter Græcos & Latinos conſtent, facilè Freicium, Deo duce, & conſcientia illius teſte conuincam illum cum Orientali Eccleſia, nihil habere commune; imò verò vt Latinæ Eccleſiæ Freicius pro hæretico eſt condemnatus, ita quoque Orientali Eccleſiæ illum pro eodem ipſo condemnatum videri.* Demum ipſummet Cardinalem Hoſium ita alloquitur. *Neque verò propter Freicium tantùm id ego ex te ſcire aueo: ſed etiam propter autoritatem librorum tuorum, quorum in nonnullis autoritatem Græcorum eleuas, Roxolanoſque noſtros, totumque Illyricum genus, quod ampliſſimum latiſſimumque ſub Conſtantinopolitana ſede eſt, pro ſchiſmaticis ducis, quæ ſententia tua perperam fortaſſe intellecta multos offendit, &c.* Cardinalis autem Hoſius ſua ad Orechouium Reſponſione, vbi Orientalium inconſtantiam atque errores notat, præſentis qui maximi erat momenti nullam facit mentionem.

Quintò Claudius eiuſdem libri 5. capite 2. Armenorum perſuaſionem de myſterio Incarnationis, quæ eadem eſt atque Eutychiana, cum reali, quam vocant, Eccleſiæ Romanæ præſentia & Phyſica ſymbolorum conuerſione, nullatenus conciliari poſſe arguit. Sed vt argumenta quibus gentem Armenicam Eutychianis conſentire adſtruit, non reſpuam, dico eas quas inde deducit conſequentias nullas omnino eſſe; ſed malè cohærentes. Quippe dum Claudius non ſatis accuratè diſtinguit, quid ſit ſententiæ alicuius principium, & quid conſecutio, quæ ex eodem ab hominibus partis contrariæ ducitur, mirum non eſt quòd falſas & ipſe concluſiones innectat. Non abſolutè negant Armeni cæterique Eutychianæ hæreſeos fautores, Chriſti corpus verè ineſſe panis & vini ſymbolis; ſed ea ſolùm ratione, qua negant eum eſſe hominem, quod non ſimpliciter faciunt, ſed ex parte tantùm, & neſcio quam Chriſti carnem comminiſcuntur. *Quod ſi,* inquit Euthymius aduerſus Armenos, *rationibus victi coacti-que Chriſtum eſſe Deum atque hominem fateantur, id ſimulatione agunt. Quomodo enim hominem eſſe verè queant concedere, cuius eſſentiam vt diximus, à noſtra diuerſam eſſe contendunt?* Non igitur Eutychiani cæteriique Monophyſitæ Chriſtum natura humana prorſus exuunt, ſed nouam & à noſtra diuerſam confingunt, quam Diuinitatis corpus, referente eodem Euthymio appellabant, & illud verè ac phy-

Pan. par. 2. tit. 10.

Digitized by Google

sicè, non autem virtute solùm & efficacia in Sacramento Eucharistiæ reperiri, ibidem affirmant; quod Caluinianos homines penitus enecat. Quale sit autem illud corpus quod Eutychianorum inuentum est, in præsentia non explico, quòd Arnaldus id muneris se executurum, vbi de Theodoreti testimonio aget, pollicitus fuerit. Præterea quod ad præsentis controuersiæ illustrationem non mediocriter confert, P. Philippus à SS. Trinitate, qui in suis peregrinationibus ex ipso Armenorum ore, quid illi de rebus Religionis sentirent, hausit, de eorum erroribus in itinerario Orientali ita loquitur. *Quartus tandem & maximus est circa Christum, in quo non duas, sed vnicam fatentur esse naturam. Sed hic error, vt ipsi explicant, potius in theologia, quàm in fide est, ex ignorantia tamen ipsorum procedens.* Igitur si doctissimo Theologo fides adhibeatur, non tam hæresi notari debent Armeni, quàm rerum Theologicarum imperitia, quæ profectò apud Orientales maxima est. Vnde idem Philippus hæc statim subiungit de Christianis, qui in Oriente Nestorianorum hæresim acerrimè impugnant. *Alij Christiani, vt nefarium hunc impugnent errorem, nescientes tamen distinctionem naturæ & personæ, in alium turpissimum incidunt. Volentes enim duas in Christo negare personas, duas etiam in ipso naturas esse negant. Sed vt dixi, hic error, provt nunc ab illis tenetur, non est in ea extremitate, qua erat priùs. Dicunt enim in Christo esse naturam Diuinam sine destructione humanæ, & humanam sine destructione diuinæ, ac ex illis duabus tanquam partibus vnam totalem componi, nimis adhærentes his verbis Symboli Athanasij, sicut anima rationalis & caro vnus est homo; ita Deus & homo vnus est Christus. Quod tamen impossibile esse Theologi multis demonstrant rationibus cum D. Thoma 3. p. q. 2. ar. 1. sed eorum ignorantiæ parcendum est: nulla enim apud eos florent studia solà scripturæ memoriter tenendæ nauant operam.* His accedit, quòd cùm Religiosissimum Vscanum Armenorum Episcopum tunc Parisiis degentem, Gentis suæ de Sacramento Eucharistiæ sententiam rogassem, simulque quid ea de re à nonnullis Scriptoribus relatum fuisset exposuissem, statim respondit, de reali præsentia & vera Symbolorum conuersione apud Armenos nihil prorsus esse difficultatis; sed de natura tantùm Christi humana, & modo illius incarnationis. Corruant itaque necesse est, quæ prolixè Claudius congessit, vt Armenorum de natura humana Christi persuasionem, cum reali præsentia & substantiali donorum transformatione nullatenus cohærere posse, ostenderet. Et eo ipso pariter concidunt, quæ ibidem capite 6. eodem argumentationis genere de Iacobitarum, Cophtitarum,

Æthiopumque fide concludit; quasi nimirum illorum de Christi corpore sententia, ex opposito cum reali præsentia pugnaret. Verùm si tractatum à Monachis Sancti Antonij, natione Cophtitis, & secta Monophysitis conscriptum, quemque iam antea laudauimus consulere velit, ea quæ de istarum nationum fide attulit, veritati parum esse consentanea deprehendet. Noui quidem quid ad hoc argumentum excepturus sit. Fidem Abrahami Echellensis Maronitæ, à quo primùm liber ille productus est, accusabit. Iam enim hac arte soluit testimonia, quæ pro Melchitarum & Maronitarum persuasione de rebus Eucharisticis aperienda, Cl. Arnaldus ex libris quibusdam Orientalibus ab eodem Echellensi, notis in Ebed Iesu recensitis adduxerat. Vt imperitum, inquit, mendacem, impostorem, & hominem qui piraticam exercuerit, Gabriel Sionita Maronita pariter, & socius, Abrahamum Echellensem traducit. Sed quo ingenio Claudius ad scribendum ductus fuerit, manifestò demonstrat. Quæ ab homine irato aduersus alium hominem, quo cum sibi lis intercesserat, profecta sunt, ea vt indubitata, & quasi essent extra controuersiam, assumit. Gabriel Sionita aduersus Abrahamum Ecchellensem, supremæ curiæ Parisiensi libellum quemdam supplicem obtulerat, in quo grauissimè de Abrahamo, qui ei socius in editione Bibliorum Parisiensium adiunctus fuerat, conqueritur: & ita fit, vt dum quisque nummis D. *le Jay*, cuius sumptibus Polyglotta illa biblia in vulgus edita sunt, inhiat, illi pacem diu tenere non potuerint. Si impostor erat Abraham, cur Gabriel, antequàm lis inter eos mota fuisset, eum fratris nomine compellauit? Si hæc vera sunt quæ de Abrahamo Gabriel affirmauit, hunc impostorem potius esse existimauerim; cùm ille ipsius rogatu & accersitu Parisios venerit. Si imperitus Abraham, eo longè imperitiorem fuisse necesse est Gabrielem, qui eius testimonium, in approbandis versionibus suis Syriacis & Arabicis requisierit, vel ipsemet Domino *le Jay* imposuit. Sed vt non ampliùs eiusmodi rebus, quæ nihil ad propositum conferunt, quæque hominem sapiunt firmissimis probationibus destitutum, immoremur, multa silentio præterire visum est, quæ in commendationem Abrahami proferri possent, atque inprimis epistolam, qua doctissimus Ioannes Morinus amplissimum Cardinalem Franciscum Barberinum, de illius probitate, vigiliis assiduis, & labore indefesso quandiu Parisiis commoratus est, certiorem facit. Pudet hæc minuta consectari. Nec enim ij sumus, quibus aliquid verum, aut falsum esse videatur ex

aliorum duntaxat autoritate. Quippe non tam autores, quàm rationis momenta quærenda ſunt. Abrahamo Echellenſi, quando illum à vero diſcedere cenſuimus, etſi linguis Orientalibus bene informatus fuerit, non pepercimus. Nunc autem de libro agitur ſermone Arabico à Monachis Copticæ nationis compoſito. Vnde codicem illum manuſcriptum Abrahamus hauſerit, ad calcem Reſponſionis ſuæ ad Ioannis Seldeni origines declarat his verbis. *Tractatus Monachorum Sancti Antonij nationis Cophitarum de Sacroſancta Euchariſtia editus an. Martyrum* 1112. *multa continet contra Sacramentariorum putida & blaſphema placita de hoc argumento digniſſima notatu. Apocha autem Martyrum, ex Iſmaelis Sciahinſciah tabulis, reſpondet anno Chriſti Domini* 282. *Exemplar in Vaticana extat Bibliotheca.*

Sexto fidem etiam Gentis Maroniticæ Claudius vellicat. Thomas à Ieſu libro 7. de conuerſione omn. Gent. procur. refert 1. *Interrogationes aliquot factas ſuæ Sanctitati à Reuerendiſſimo Patriarcha Maronitarum ſuper fide & ritibus Catholicis, manifeſtandas in Synodo celebranda circa feſtum Paſchatis anno* 1578. 2. *propoſitiones aliquot excerptas, tum è quibuſdam libris Maronitarum dum expurgarentur à Legatis Apoſtolicis, tum ex communi conſenſu, & quadam traditione receptis, quæ videlicet hæreſes ſunt manifeſtæ, vel erroneæ, vel ſuperſtitioſæ; qui etiam errores ſolent eſſe communes aliis nationibus Orientalibus.* Iam ex his Arnaldus non malè confeciſſe viſus fuerat præſentiam realem, atque veram donorum conuerſionem Maronitis perſuaſam fuiſſe; quia in vtraque ſerie agitur de Sacramento Euchariſtiæ, nec tamen quidpiam occurrit, quod fidem & doctrinam illius myſterij reſpiciat. Sed Claudius Arnaldo perſpicacior, quique ea quæ non ſunt videt, ſicut ea quæ ſunt, hunc vt minùs accuratum, quaſi obiter & aliud cogitans acta Maronitica legerit, exagitat, neque veretur affirmare, in his tres eſſe propoſitiones, quæ manifeſtè oſtendunt, tranſubſtantiationem, atque præſentiam realem à Maronitis negari. Prima propoſitio ita exprimitur. *Chriſtus intinxit panem, quem erat Iudæ porrecturus, ad conſecrationem tollendam*; altera verò quæ inter illas refertur, quæ à legatis expurgatæ fuerunt, ſic concipitur. *Euchariſtiam in os receptam ad ſtomachum non deſcendere exiſtimatur; ſed ſtatim per omnia corporis membra diffundi.* Tertia denique quæ excerpta eſt ex ſectione, quæ inſcribitur. *Nonnulla loca ſacræ Scripturæ prauè intellecta*, ſic habet. *Primò aſſerunt legendum eſſe hoc eſt Sacramentum corporis, &c.* Sed vti iam animaduertimus, dum inter rem ipſam & conſequentias, quas ex ea deducit, minimè diſtinguit, miſerè hallucinatur. Si eam; qualem ipſe comminiſ-

citur euidentiam ,-illæ conſecutiones præferant ; quî fieri potuit, vt cenſores, qui minutiſſimos errores caſtigant , præcipuos, eoſdemque magni momenti non reprehenderint ? Ita non minus pugnat illa propoſitio - *Chriſtus intinxit panem, &c.* aduerſùs Caluinianam doctrinam , quam aduerſus Romanam. Licet enim illa in pane conſecrato veram fieri conuerſionem non ſtatuat, tamen panem ſanctum eſſe, neque ampliùs communem Caluiniani homines agnoſcunt. Quare ſi preſſiùs agendum & ſecundùm regulas Dialecticæ de iſta Maronitarum propoſitione iudicandum ſit, pariter eos rogabo , qua ratione apud Maronitas in Caluinianorum ſententia verum eſſe queat, panis conſecrationem ex ſolo intinctu deperdi. Exquiſitum* & accuratum, vt optime in Moralibus annotauit Ariſtoteles, in omni ſermone fruſtra requiritur ; ſed hominis eruditi eſt, in tantum , id quod exactum eſt requirere, in quantum fert in omni genere materia. Adde & à Bæotis imperitiſque & craſſo ſub aere natis locutiones æque exactas, atque ab iis qui Literarum ſtudio præſertim Theologiæ operam dederunt, expectari non poſſe. Nec aliter explicanda venit ſecunda propoſitio. *Euchariſtiam in os receptam ad ſtomachum, &c.* Quam vt non ſatis caſtigatam Cenſores meritò reprehendunt. Sed ſuo ſeipſum gladio Claudius iugulat, dum eamdem in Damaſceno locutionem agnoſcit. Ille enim verbis teſtatiſſimis realem præſentiam & phyſicam Sanctorum munerum in Chriſti corpus & ſanguinem conuerſionem adſtruit. Adeo parum cohærent quæ Claudius enuntiat. Quæ fuerit autem ea de re mens Damaſceni infra commodiùs expendetur , & iam magna ex parte illam declarauimus. Tertiam verò propoſitionem, quæ extat in claſſe locorum Scripturæ prauè intellectorum, nemo ſanè paulò cordatior, eam , vt ſonat , exponendam eſſe dixerit. Quaſi videlicet Maronitæ in Euangelij contextu, pro *hoc eſt corpus meum* legerint, *hoc eſt Sacramentum corporis.* Syriaca enim Euageliorum interpretatio , hac in parte cum Latinis Græciſque exemplaribus conſentit. Itaque neceſſariò intelligenda eſt de verborum ſenſu. Iam ſi Romani cenſores reiiciant , etiam quoad ſenſum propoſitionem iſtam , non id fecere , quòd hanc ſanæ & Catholicæ perſuaſioni contrariam exiſtimauerint ; ſed vt Gentem illam contra Quinglianorum inuocationes cautiorem facerent ; Nam Orthodoxis non

* Τὸ δ' ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ἀπαιτητέον -- πεπαιδευμένῳ γὰρ ἐστι περὶ ἕκαστον γένος τοσοῦτον τὸ ἀκριβὲς ἐφ' ὅσον ἡ τῷ πράγματος φύσις ἐνδέχεται. *Ariſtot. Ethic.* 1. *cap.* 3.

insolens est, illa loquendi forma, quâ Eucharistiam vocant Sacramentum corporis Dominici, vti reuera est. Sacramentum enim, & res Sacramenti, siue signum, & id quod per illud significatur simul existunt, idcirco propria & accurata est illa locutio, *Sacramentum corporis Domini.* Si verò nostra ætate apud Theologos minùs frequenter reperitur, id tribuendum est Caluinianis hominibus, qui eam vsu domestico in prauum sensum detorquent. Falsum autem est illos ab hac penitùs abhorrere. Videntur tamen Romani Censores eam non ob aliam causam damnasse, quàm quòd vererentur, ne tandem in contextum sacrum, vel in ipsius consecrationis formulam irreperet. Id suadet ratio qua verba illa enuntiantur, scilicet asserunt legendum esse, *hoc est Sacramentum corporis &c.* Cùm tamen inscriptio ea solùm notet scripturæ loca, quæ prauè intelligebantur.

Denique nonnullis quæ refutatione minimè egent, silentio prætermissis, antequàm Corollarium istud claudatur, locutiones quasdam Liturgiarum Græcarum, quas transubstantiationi contrarias putat Claudius, operæ est examinare. *Liturgiæ Græcæ,* inquit, *celeberrimique illius Ecclesiæ Scriptores Sacramentum Eucharistiæ appellant panem sanctum, panem sanctificatum, panem diuinum, panem Diuinum factum, dona Spiritus sancti operâ sanctificata.* Sed cur similiter non annotauit in iisdem libris haberi, panem fieri corpus Christi, sancta munera in Christi corpus & sanguinem conuerti, imò hanc donorum conuersionem, diuersis rerum naturalium transformationibus illustrari? Illustria Patrum Liturgiarumque eâ de re testimonia, quæ passim reperiuntur nullâ arte eludere poterit. Iunioris etiam Græciæ Scriptores, quibus nomen μετουσιάσεως, siue Latinorum *transubstantiationis* non displicuit, & qui συμβεβηκότα καὶ αὐτὰ *accidentia & species* sine subiecto, vt vulgò loquuntur, remanere cum iisdem Latinis statuunt, voces pariter * ἅγιον ἄρτον, ἁγιάζομεν, θεῖον, & alias id genus retinent, vt pote quæ cum doctrinâ transubstantiationis aptissimè conueniant. Itaque Symbolorum conuersio mystica non est, & sanctificationis conuersio, qualem ille fingit; sed substantiæ. Verbum quidem ἁγιάζω in genere significat sanctifico; sed huic & illi materiæ applicatum, tunc specialem denotat sanctificationem ac consecrationem. Itaque nihil causæ est, cur Claudius in eiusmodi dictionibus ἅγιος, ἁγιαζόμενος, θεῖος, *sanctus, sanctificatus, diuinus &c.* vim faciat: quandoquidem aliud est sumere vocem aliquam nudam, & à suis adiunctis separatam; aliud verò eam-

* *panem sanctificatum. panem Diuinum.*

Resp. ad Anr. lib. 3. cap. 13. p. 34.

dem huic & illi materiæ adiunctisque determinatis addictam vſurpare. Non ſemel inculcauimus voces finitas eſſe, res autem infinitas, & niſi tollatur illarum ambiguitas, multiplicem in rebus Religionis exoriturarum eſſe confuſionem. Iterum & acriore contentione eadem objicit reſponſionis ad Arnaldum lib. 3. cap. 5. *in Liturgiis Græcis*, inquit, *exempli causâ in Chryſoſtomiana Sacerdos poſtquàm enuntiauit*, fac quidem „ panem hunc, pretioſum corpus „ Chriſti tui, & quod eſt in hoc „ calice, pretioſum ſanguinem „ Chriſti tui, immutans Spiritu tuo „ ſancto, *ſtatim hæc adiunxit*, vt fiant „ accipientibus in purificationem „ animæ ad remiſſionem peccatorum, in communicationem Spiritus ſancti, in Regni cælorum „ plenitudinem, in fiduciam erga te. *Quæ verba, vt mihi videtur, ſatis aptè conuerſionem do qua agitur denotant, conuerſionem ſcilicet ſanctificationis & virtutis. Quippe ſi ageretur de conuerſione ſubſtantiæ, dicendum fuiſſet, immutans ea ſancto tuo Spiritu, vt euadant in propriam ſubſtantiam corporis huius & huius ſanguinis, vel quid ſimile.* Idem ex Liturgiis quæ circumferuntur ſub Iacobi & Marci nominibus, conatur adſtruere, additque manifeſtò his verbis, *vt fiant &c.* illa quæ antecedunt, *conuerte ea in corpus & ſanguinem Chriſti* explicari, & determinari ad immutationem ſanctificationis & virtutis, non verò ſubſtantiæ. *Illud*, inquit, *adeo euidenter conſtat, vt Arcudius lib. 3. cap. 33. liberè agnoſcat hanc clauſulam* fac panem hunc, corpus Chriſti tui, *ſi abſolutè ſumatur, quaſi enuntiet, vt faciat corpus Chriſti ſimpliciter & abſolutè, non vero comparatè ad nos, nihil habitum connexionis cum his quæ ſequuntur, vt fiant &c.* Sed auſus illius luduntur inanes: eâdem enim chordâ ſemper oberrat. Iam diximus ſubſtantiæ conuerſionem, ex adiunctis & exemplis, quibus hæc à Patribus illuſtratur, ſatis innui. Ad ea verò quæ acrior inſtans oppoſuit, ita reſpondeo. Primò quæ ſumit ad expoſitionem verborum Liturgiæ, quaſi hæc *conuerte in corpus &c.* per illa determinari debeant, *vt fiant &c.* falſiſſima ſunt, & ab homine proficiſcuntur, qui ſubtilitatibus & argutiis germanæ contextus expoſitioni inſidiatur. Nam modus quo reficienda eſſe putat Liturgiæ verba, ſi de ſubſtantiali conuerſione agatur, idem omnino eſt, atque ſi hac ratione concipererentur. *Fac panem hunc pretioſum corpus tuum, vt fiat pretioſum corpus tuum &c.* Quo nihil inſulſius concipi potuit. Aperta ſunt illius precationis verba, quæ Liturgiæ Græcæ præferunt. Sacerdos Deum precatur, vt Spiritum ſanctum emittat, qui panem & vinum propoſita, Chriſti corpus & ſanguinem faciat, vt dona illa hac ratione in Chriſti corpus &c.

p. 197.

p. 198.

Digitized by Google

ſanguinem conuerſa, *fiant accipientibus in remiſſionem peccatorum, &c.* Precatio illa duas propoſitiones complectitur, quarum prima abſoluta eſt, & altera relatiua. Prima ſimpliciter enuntiat, vt panem Spiritus ſanctus faciat Chriſti corpus, ſimiliter calicem &c. Secunda ad effectum refertur, ſeu ad efficaciam quæ ex verâ & ſubſtantiali donorum tranſformatione, in eorum animas, qui eadem, vt hoc myſterium decet, ſuſcipiunt, refunditur. Quippe caro Chriſti ſub ſymbolis deliteſcens verè nobis alimentum eſt. *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Sicut igitur panis terrenus paſcendo ventri deſtinatus, & quo aluntur corpora noſtra, veræ ſubſtantiæ rationem participat, priuſquàm in noſtram tranſeat; ità & cibus cæleſtis Chriſtus paſcendis Fidelium animabus deſtinatus, vitam in eos ex propriâ carnis ſuæ ſubſtantiâ transfundit. Secundò merum Sophiſma eſt illud, quod ducit ex autoritate Arcudij: nam ex diſparatis concludit. Videlicet vnam ex Arcudij ſententiâ propoſitionem aſſumit; alteram verò ex Græcorum opinione, quam impugnat Arcudius. *Humano capiti ceruicem iungit equinam.* Iunior Græcia exiſtimat, inuocationem Spiritus ſancti, ad Symbolorum conuerſionem in Chriſti corpus & ſanguinem aliquid conferre: Arcudius verò cum Latinis, hanc verbis quæ vocant conſecratoria, iam factum fuiſſe arbitratur. Sentit inuocationem Liturgiæ Græcæ malè ab Interpretibus redditam fuiſſe, *fac hunc panem, pretioſum corpus Chriſti, & quod eſt in calice, ſanguinem eius*: cùm ita debuerit exprimi, *fac vt ipſe panis quem Spiritu ſancto tranſmutaſti, & qui eſt pretioſum corpus Chriſti tui, fiat participantibus in emendationem animæ &c.* Itaque ſi cohærentia loqui velit Claudius, neceſſe eſt vt vel ex Arcudij, vel ex Græcorum ſententiâ ſeparatim argumentetur; & ita vtramque præferre veram ſanctorum munerum tranſformationem facili negotio deprehendet. Sed de his plus ſatis, cùm ſpecialem de hoc argumento diſſertationem inſtituerimus.

10. *In diuinâ ſuâ Liturgiâ.* Metropolita Philadelphienſis haud infrequenter ſumit teſtimonia ex Liturgiis, quæ ſub nominibus SS. Iacobi, Chryſoſtomi, & Baſilij circumferuntur. Dubitant tamen plerique vtrùm illæ à Scriptoribus, quorum nomina præferunt, verè profecta fuerint. Caluinianos homines in præſentiâ nihil moror, qui non aliâ ratione videntur adducti, vt eas reſpuant, quàm quòd iis ſe premi ſentirent. Criticos igitur appello, quibus nihil eſt veritate antiquius, vt ex eorum animaduerſionibus, quid in hac materiâ indubitatum ſit, quid falſum, &

quid ambiguum pro comperto & explorato habeatur. Græci ferè omnes ex iis veluti germanis Iacobi, Chryſoſtomi, & Baſilij operibus, probationes opinione ſua firmiſſimas eruunt. Dudum enim in Eccleſiâ Græcâ inualuit, vt Iacobus Domini frater, & primus Hieroſolymorum Epiſcopus, primus Liturgiam compoſuiſſe credatur, quam poſtea Chryſoſtomus & Baſilius, ne ceremoniarum multitudine Fideles obruerentur potius, quàm recrearentur, contractiorem fecerunt. Id dudum affirmauit Proclus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus libello περὶ τῆς παραδόσεως τῆς θείας λειτουργίας, *de traditione diuinæ Liturgiæ.* Sed quia veritati deeſſe nequeo, quamuis ſciam Scriptores grauiſſimos, qui id argumenti attigerunt, totos à Procli illius autoritate dependere, hunc de traditione Miſſæ tractatum extra controuerſiam Procli eſſe, non auſim contendere. Vincentius Riccardus, qui illius Archiepiſcopi Analecta Græcè & Latinè edita Romæ publicauit, commentario ad hunc tractatum, poſtquàm eorum nomina, qui eum Proclo tribuunt, longiori ſerie contexuit, ſtatim hæc ſubiungit. *Sed nec tractatus integer eſt; ſed potius fragmentum quoddam excerptum ex epiſtolâ, vel tractatu ſancti Procli à Librario qui Liturgias exſcripſit, vt tanti viri teſtimonio, pariter & elogio, eas commendaret. Quo circa ea duntaxat quæ ad rem ſuam facerent, exſcripſit. Nam ita abruptè hæc ipſa fuiſſe compoſita haud crediderim vnquam.* Ille autem primos Liturgiæ autores facit Clementem & Iacobum, quam deinde Baſilius & Chryſoſtomus ætate ſua in epitomen redegerint. Verùm etſi primam antiquitatis faciem haſce Liturgias præ ſe ferre certiſſimis monimentis demonſtrari non poſſit: tamen eas vetuſtas eſſe docet canon 32. Trullanæ Synodi. Cùm enim Armenij vinum duntaxat in ſacrificio adhiberent, Epiſcopi Græci Conſtantinopoli imperante Iuſtiniano 2. anno 692. vel vt aliis placet, 707. congregati, vſum aquæ in peragenda Liturgia contra eoſdem Armenios eiuſmodi Liturgiarum autoritate ſanciuerunt. Καὶ γὰρ, inquiunt, καὶ Ἰάκωβος, ὁ τοῦ κυρίου ἀδελφὸς τῆς θεοῦ ἡμῶν ἀνδρὸς ὁ Ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας προεδρεύσας τὸν θρόνον ὁ ἐπίσκοπος, καὶ Βασίλειος ὁ τῆς Καισαρέων ἐπίσκοπος, οὐ τὸ κλέος τὸν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διέθαμβεν ἐγγεγράφως τὴν μυστικὴν ἡμῖν ἱερουργίαν παραδεδώκασιν, ὅτε πληροῖ ὁ τῆ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐξ ὕδατος καὶ οἴνου τὸ ἱερὸν ποτήριον ἐκδιδὼς ἀγιάσει. *Nam & Iacobus Chriſti Dei noſtri frater ſecundum carnem, cui Hieroſolymitanæ Eccleſiæ thronus primùm concreditus fuit, & Baſilius Cæſareenſium Epiſcopus, cuius gloria omnem terrarum orbem petuaſit, myſticum nobis in ſcriptis tradentes ſacrificium, ita in diuina Liturgia*

ex aqua & vino sacrum calicem perficere docuerunt. Famosus ille Marcus Ephesinus Ecclesiæ Romanæ ritibus infensissimus dissertatione, quam de verbis, quibus consecratio peragatur, instituit, ex Iacobi, Basilij, & Ioannis Chrysostomi Liturgiis Latinos arguit, & ante illum Nicolaus Cabasilas expositionis Liturgiæ capite 29. consimili ratiocinatione eorumdem Latinorum sententiam de consecrationis forma reprehenderat. Græci pariter, qui à Latinorum partibus contra schismaticos steterunt, Cardinalis videlicet Bessarion, Gennadius, & alij easdem Liturgias, vti germanos fœtus illorum, quorum præferunt nomina, agnoscunt. Rem istam accuratius expendisse videtur Theodorus Balsamon iuris Græco-Romani libro 5. qui est Responsorum primus. Marcus Patriarcha Alexandrinus, Balsamonis sententiam rogauerat de Iacobi & Marci Liturgiis, quæ in Hierosolymitana, & Alexandrina Ecclesiis legebantur, vtrum illæ recipiendæ essent, vt à Iacobo & Marco conscriptæ. Marcus Alexandrinus hanc à Balsamone responsionem tulit. Φαμὲν τοίνυν, ὡς ὅτι ἀπὸ θείας γραφῆς, ὅτι ἀπὸ κανόνος ἐκφωνηθέντος συνοδικῶς αἱ δύο λῆξεις, ἱεροπλεσίαι τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Μάρκου παραδέδονται· μόνος δὲ ὁ λϚ'. κανὼν ὁ τῷ πρώτῳ τῶν μεγάλου παλατίου, συχάνης ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, φησὶν τοῦ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου μυστικὴν ἱερουργίαν συντεθεικαι. ὁ μὲν τοι πέ. κανὼν τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου Ἀποστόλου, καὶ ὁ ιθ'. κανὼν τῆς ὁ Λαοδικείας συνόδου, ἀπαειθμούμθοντι τὰ ὀφείλοντα παρ' ἡμῖν πολιτίευεσθαι βιβλία τῆς παλαιᾶς Διαθήκης, καὶ τῆς καινῆς, καὶ αὐτὰ δὴ τὰ Ἀποστολικὰ ἱερουργίας τοῦ ἁγίου Ἰακώβου, ἢ τοῦ ἁγίου Μάρκου μηέαν ὅλως ἢ ποιοῦνται. ἀλλὰ καὶ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως οὐδ' ὅλως ταύτας ἐπιγινώσκει· ψηφιζόμεθα οὖν μὴ ἔναγδικτας αὐτάς. Καὶ γὰρ ἐγένοντο παντελῶς ἀπαράδεκτοι καὶ ἀνεπιφοίτητοι, ὡς καὶ ἄλλα πολλά. καὶ δηλόν ὅτι ἀπὸ τοῦ πέ. κανόνος τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου Ἀποστόλου, καὶ τοῦ βΓ. κανόνος τῆς ὁ τῷ πρώτῳ τῷ μεγάλου παλατίου συχάνης ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου· ὁ μὲν γὰρ ὁ Ἀποστολικὸς δηλαδὴ διορίζεται τὰς τοῦ Κλήμεντος δύο ἐπιστολάς, καὶ τὰς Διαταγὰς τοῦ ἐκτὸς βιβλίων αὐτὸς ἀναγινώσκεσθαι ἢ, μὲν δημοσιεύεσθαι δὲ Διὰ τὰ ὁ αὐτοῖς μυστικά· ὁ δὲ θεῖος ταύτας μηδὲ ἀναγινώσκεσθαι, Διὰ τὸ παρεπεθῆναι αὐταῖς τοῦ ἑτεροδόξων πολλά πινα νόθα, καὶ τῆς εὐσεβείας ἀλλότρια. Διὰ τοῦτο καὶ ὀφείλουσι πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τοῦ θεοῦ ἀκολουθεῖν τῷ ἑβδόμῳ τῶν ἁγίων Ῥώμης, ἤτοι τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, ἢ ἱερουργίᾳ καὶ τοῖς ὁσίοις πατράσι τῶν μεγάλων διδασκάλων, ἢ φωστήρων τῆς εὐσεβείας τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου. φησὶ γὰρ τὸ μά. κεφάλαιον τοῦ ά. τίτλου τοῦ βΓ. βιβλίου τῶν βασιλικῶν. ὅθεν ὧν ἐγχειρεῖς ἢ χειτα ἰόμας, ἢ διαφυλάττειν δεῖ τὸ ἔθος

ὃ ἡ Ρώμη κέκρικεν. *Dicimus igitur nos, neque à Scriptura diuina, neque à canone Synodicè pronuntiato edoctos fuisse Sacrum officium à sancto Apostolo Marco traditum. Solus enim 32. canon sanctæ & œcumenicæ Synodi coactæ in Trullo magni palatij, ait à S. Iacobo Dei fratre mysticum sacrificium fuisse compositum. Tamen 85. canon sanctorum, & omni laude celebrium Apostolorum, & 59. canon Laodicenæ synodi enumerantes veteris testamenti & noui, ipsosque Apostolicos libros, qui in vsu nobis esse debent, nullam sacrificij sancti Iacobi vel sancti Marci mentionem faciunt. Neque etiam Catholica sanctissimi & œcumenici Throni Constantinop. Ecclesia. vllomodo eas Liturgias agnoscit. Pronuntiamus igitur non esse has recipiendas. Etsi enim ab his factæ sint, ab omni vsu vacare inuentur, vt & aliæ multa. Idque manifestum est ex 85. canone sanctorum & celeberrimorum Apostolorum, & 2. canone sanctæ & œcumenicæ Synodi in Trullo magni palatij coactæ: alter enim, Apostolicus videlicet definit, duas Clementis epistolas, & octo librorum eius constitutiones legi quidem, non autem euulgari ob arcana quæ ipsis insunt. Alter autem cauet ne ea legantur, propterea quòd iis spuria quædam multa, & à pietate aliena interpolita sint ab hæreticis.* Quamobrem omnes Ecclesiæ Dei sequi debent, *morem nouæ Romæ, nimirum Constantinopolis, & sacra celebrare iuxta traditiones magnorum Doctorum, & luminarium pietatis* S. *Ioanni Chrysostomi & S. Basilij. Ait enim 41. c. 1. tituli 2. libri Basilicõn. De quibus scripta lex non est, morem quo Roma vtitur, seruare oportet.*

Balsamon Liturgias, quæ sub nomine Iacobi & Marci habentur ex duplici capite non admittit. Primò quidem, quòd has ab illis conditas fuisse, non existimet. Secundò quòd, etiamsi ab illis factas fuisse constaret, vsus eas non comprobauerit. Quapropter Chrysostomianam & Basilianam non ob id recipit, quòd earum autores fuerint Chrysostomus & Basilius; verùm quia illæ in publicum Ecclesiæ Constantinopolitanæ vsum cesserunt. Doctissimus ille Ieremias Patriarcha Constantinopolitanus Responsi 1. ad Theologos Witembergentes capite 13. de hoc argumento diuersa loqui videtur. Primò enim sanctum Iacobum Domini fratrem à Christo edoctum, Liturgiæ Sacræ autorem esse asseuerat, & id ex diuinis sanctorum Patrum canonibus, Ecclesiasticisque historiis constare, & in Ecclesiâ Græcâ firmiter credi contendit, quem deinde in eâdem Liturgiâ adornandâ Basilius & Chrysostomus exceperint. Secundò aliquot interiectis sensum mentis suæ moderatiùs declarat. Vbi enim 32. canonem Synodi in Trullo retulit, dixitque nonnulla etiam in sermonibus Ecclesiasticis sparsim haberi, quæ fidem faciant Marcum Euangelistam Sacræ Liturgiæ oracu-

Digitized by Google

la in ordinem redegisse, tum hæc subiungit. Εἶτα δὲ ἡ ἀμφοῖν τοῖν Ἀποστόλοιν τὰ συντάγματα νενόθευται, καὶ θάτερον ἰσότερον ἀπὸ τοῦ Κλημέντιος ἀφῖκται ξεις· εἶτα γὰρ ἀφ' ἑτέρας πεπλατυσμένου ὕστερον ἐκθέσεις οἰκονομικῶς ταῦτα ἀνδρὶ τῷ μεγάλου πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου δημοσιώτερον συντέθεται, εἶτα καὶ ἀνδρὶ τῷ Χρυσοστόμου, ἀκριβῶς οὐκ ἐμφαίνεται. Τίνας δ' οὖν τῷ ἀσφαλῶς δημοσιεύομεθα, ἃς αὐτόθεν δύο τόμοι παρεδόθησαν ἡμῖν, καὶ ἐπεγνώσθησαν, καὶ φαίνονται οἷς ἡ λειτουργίαι ποιούμεθα. αὐτῷ δὲ τῷ μεγάλου Βασιλείου καὶ τῷ ἁγίου πατρὸς Ἰωάννου Χρυσοστόμου. Ἐνὸς πνεύματος ἁγίου ἡ ἀμφότεροι καὶ μιᾶς ἀνδρώσεως. πλὴν ὁ μὲν Βασίλειος πλεονάζει τοῖς ῥήμασιν, ὁ δὲ Χρυσόστομος συνεπτυγμένως λαλεῖ. *Nunc autem amborum Apostolorum scripta adulterata sint, & postea Clementinæ constitutiones: an propter nimiam fortasse prolixitatem æconomicè hæc à magno Patre nostro Basilio, deinde etiam à Chrysostomo ad compendium redacta, de hoc nihil certi habetur. Hoc tamen constat, ab antiquo iam duos tomos nobis traditos esse, & agnosci, ex quibus Liturgiam celebramus, tum ipsius magni Basilij tum S. Patris Ioannis Chrysostomi. Ab uno eodemque Spiritu sancto & vnâ traditione profecti ambo: nisi quod Basilius verbis abundat, Chrysostomus verò contractiùs loquitur.* Ieremias de eiusmodi Liturgiis nihil affirmat simpliciter, sed id solum quod Ecclesiæ fuæ fert traditio, enuntiat. Et ita vulgo Græci Scriptores, quod semel in vulgus editum, & longo vsu comprobatum relinquitur, facilè arripiunt; quia scilicet artem criticam minimè exercent, cuius beneficio faciliùs traditionis veritatem consequimur. In eo tamen à Balsamone discrepare videtur, quòd non omnem Liturgiarum Iacobi & Marci vsum probeat; sed autor est, vt illæ etiam, vbi consuetudo inualuerit, adhibeantur. Latini verò Doctores, ij præsertim quibus inest aliquid eruditionis, de iudicio quod de hisce Liturgis ferre debeant, longè sunt incertiores. Ita Bellarminus libro de Scriptoribus Eccles. de Iacobi Liturgia hæc habet. *Extat etiam Liturgia eidem sancto Iacobo attributa, quæ tamen à posterioribus ita locupletata est, vt non sit facile diiudicare, quæ pars eius Liturgiæ sanctum Iacobum habeat autorem.* Vix scilicet Iacobum illius autorem audet pronuntiare, cùm eam in suo catalogo diligentissimus scriptor Hieronymus non recenserit. Similiter neque earum quæ sub nominibus Petri, Marci &c. in contexendis illorum operibus meminit. Sobriè quoque Perronius illud argumentum tractauit, quando subdubitans ait, *Quoad Liturgiam quæ præfert sancti Iacobi nomen, siue ita inscribatur, quòd primus eam S. Iacobus contexerit, & multa deinde ei inserta fuerint, & addita ad mysteriorum fidei explicationem siue ita dicta fuerint, quòd in Ecclesia Hierosolymitana, quæ*

De Sacram. Euch. lib. 2.

primum Sacerdotem habuerat S. Iacobum peragereturr, &c. Hanc tamen, vt & aliàs ibidem rectè à Pleſſæi mendaciis aſſerit. Pamelij, Lindani, Sancteſij, Genebrardi, & aliorum teſtimonia, quæ cordatiorum non explerent animos, ſilentio prætereo. Franciſci quoque Biuarij nugis, quibus ſuppoſitum Dextri chronicon adornauit, haud immoror. Quis enim ita plumbeus fuerit vt Biuario commentariis in hoc chronicum ad annum Chriſti 37. hæc referenti fidem adhibeat. *Cæterum magno Dei munere factum eſt, vt anno 1595. in monte Ilipulatano Granatenſi, qui nunc à re dicitur mons ſanctus, non ſolùm cineres ſacri & oſſa præſtantiſſimorum D. Iacobi diſcipulorum reperta fuerint, ſed etiam 18. libri in æreis ſeu plumbeis tabulis exarati, de quibus non pauci à S. Apoſtolo compoſiti leguntur, præſertim vnus cui titulus de miſſa Apoſtolorum cum ſuo Ceremoniali; & alter de hiſtoria Euangelica. Quo videas beatum Apoſtolum, vt ſanctum Chriſti Euangelium ſuis communicaret diſcipulis, non eguiſſe Euangelio Matthæi. Ille præſertim qui ſecretioribus Domini actionibus præſens fuit. Inſuper Iulianus in chronico autor eſt, miſſam ſeu Liturgiam, quæ olim recitari conſueuit in Hiſpania, & nunc in Miſſali Mozarabum extat, compoſitam fuiſſe in ſua origine à ſancto Iacobo, auctam verò à Melancthio & Aſturio Toletanis Præſulibus, & nouiſſimè à ſancto Iſidoro. Quare ob tanti autoris reuerentiam, multæ in canone dicuntur à Sacerdote orationes, in memoriam ſancti Iacobi Apoſtoli, cùm tamen ibi nulla de alio Apoſtolo mentio fiat.* Quis inter legendum iſta riſui temperet? Sed valere iuſſis hominis iſtius malè feriati fabellis, nunc quod eſt inſtituti noſtri proſequamur. Rem Liturgicam priſca Patrum noſtrorum ætate, & ab ipſâ Eccleſiæ infantiâ obtinuiſſe, nemo, niſi antiquitatis Eccleſiaſticæ imperitus, inficiabitur. Libros quidem Miſſales inde iam ab Apoſtolorum temporibus nondum compoſitos fuiſſe facilè conceſſerim: verùm licet tunc Miſſale officium in codices relatum non fuerit; tamen certa erat & propria in qualibet Eccleſiâ conficiendæ Liturgiæ ratio, quam ſuis conditoribus acceptam ferebat. Et hoc pacto fieri potuit, vt reuera Iacobus in Eccleſia Hieroſolymitana, & Marcus in Alexãdrina, miſſas quæ ſub eorum nominibus editæ ſunt, inſtituerint. Quo modo Baronius ad annum Chriſti 63. ea confert, quæ habentur in Cyrilli Hieroſolymitani Myſtagogicis orationibus, cum Iacobi Liturgiâ, probatque ex eâ collatione, illa neceſſariò ab hac deſumpta fuiſſe. *Sed illud accidit*, inquit, *vt in Sacratiſſimâ Miſſa aliis ſuperadditis precibus, aliis verò breuiori ſummâ contractis, ritibuſque nonnihil auctis, aut mutatis, rei tamen ſubſtantiâ integrâ permanente, paulò diuerſior ab illâ priſtinâ habeatur.*

habeatur. Prima igitur Liturgiarum facies Autores habuit Apostolos, qui Ecclesiarum fundamenta iecerint, vnde Epiphanius hæresi 79. dum mulieres à publico ministerio arcet, rectè annotat Petrum, Andream, Iacobum, Ioannem, Philippum, Bartholomæum: Thomam, Thadæum, Iacobum Alphæi, Iudam Iacobi, Simonem Cananæum, & Mathiam vnà cum Paulo, & Barnaba, & reliquis, non solùm Euangelij ministros fuisse; sed & μυσηρίων ἀρχηγέτας σὺν Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ κυρίου τῷ πρώτῳ ἐπισκόπῳ Ἱεροσολύμων, *Mysteriorum conditores cum Iacobo fratre Domini & primo Hierosolymorum Episcopo.* Ex quo haud dubiè factum est, vt Liturgiæ sub horum ferè omnium nominibus in Ecclesiâ Orientali habeantur. Quælibet enim Ecclesia suum sibi statuit ἀρχηγέτην, à quo primùm instituta fuerit, & ad eum velut ad principem ac ductorem suum refert id omne quod habet ceremoniarum, & summam huic traditioni tanquam à Patribus acceptæ defert autoritatem. Basilius Magnus libri de Spiritu sancto ad Amphilochiũ capite 27. vbi strenuè pro traditionibus non scriptis decertat, totus est vt ostendat Apostolorum temporibus, ea quæ sunt ritus citra scriptum tradita fuisse. Τὰ τῆς ἐπικλήσεως, inquit, ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας, καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας, τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν κατέλειπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα ὧν ὁ Ἀπόστολος, ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη· ἀλλὰ καὶ προλέγομεν, καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα τὴν πρὸς τὸ μυστήριον τελεσιουργὸν ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες. *Invocationis verba, cùm ostenditur siue consecratur panis Eucharistiæ, & poculum benedictionis, quis Sanctorum scripto nobis reliquit? neque enim iis contenti sumus, quæ commemorat Apostolus, aut Euangelium; verùm alia quoque, & ante & post dicimus, tanquam multam habentia virtutem ad Mysterium, quæ ex traditione citra scriptum accepimus.* Cùm igitur in Liturgias quæ Petri, Iacobi, Ioannis, Marci, & aliorum Apostolorum nomina præferunt, incidimus, necesse non est vt eas Petro, Iacobo, & cæteris tribuamus; quasi reapse libros Missales in Ecclesiarum suarum vsum confecerint; sed hæc & alia eiusdem generis complura ex traditione hausta sunt. Ordo pariter Basilij & Chrysostomi, qui in Ecclesiâ Græcâ obtinet, ad hos velut ad illius Autores solet referri, quòd illam Ecclesiam maximè illustrarint. Hunc enim ab ipsis institutum fuisse, nihil, si Græcorum traditionem exceperis, certò euincit. Neque id etiam est insolens cæteris Orientalibus. Ita Cophtitæ Cyrilli Alexandrini, Nestoriani, ipsiusmet Nestorij, Armeni, Gregorij cuiusdam Armeni, Maronitæ similiter & Ia-

cobitæ, ſpeciales hominum, quorum memoriam venerantur, Liturgias plurimi faciunt. Verùm à quibus illæ profectæ fuerint accuratiùs anquirere videtur omnino ſuperfluum : quandoquidem perfectiſſima eſt omnium, ſi ad ea quæ præcipua ſunt, & ex quibus veluti conſtat earum corpus, attendamus, conſenſio. Cur exempli cauſâ de Liturgiâ, quæ ſub nomine Ioannis Chryſoſtomi edita eſt, lites moueam ; cùm eamdem iam ante illius ætatem in Eccleſia Græca inoleuiſſe, ex illius in Apoſtolum commentariis certior factus fuerim? In his enim celeberrimus ille Eccleſiæ Orientalis Antiſtes, ſingulas eius partes ſæpius attingit. Ita Homilia 18. in epiſtolam 2. ad Corinthios vniuerſam Liturgiæ œconomiam conſectatur his verbis. Ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων, ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ κειμένων, ἢ ἀπὸ τῆς ἱερέως, καὶ ἀπὸ αὐτῶν γίνονται αἱ εὐχαὶ καὶ πάντες μίαν λέγουσιν εὐχὴν, εὐχὴν τοῦ ἐλέους γάρ μυσταγωγίαν. πάλιν ἐπειδὰν εἰρήνην τὴν ἀλλήλων παραιτῶνται τὰς οὐ δυναμένων τῆς ἱερᾶς μεταλαγχάνειν τραπέζης, ἑτέραν δὴ γινέσθαι εὐχὴν, καὶ πάντες ὁμοίως ἐπ' ἐδάφους κείμεθα, καὶ πάντες ὁμοίως ἀνιστάμεθα. ὅταν εἰρήνης πάλιν μεταλαμβάνειν καὶ μεταδίδοται δέη, πάντες ὁμοίως ἀναζώμεθα. ἐπ' αὐτῶν πάλιν τῶν φρικωδεστάτων μυστηρίων ἐπεύχεται ὁ ἱερεὺς τῷ λαῷ, ἐπεύχεται καὶ ὁ λαὸς τῷ ἱερεῖ. τὸ γὰρ μετὰ τοῦ πνεύματός σου, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τοῦτο. τὰ τῆς εὐχαριστίας πάλιν κοινά. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνος εὐχαριστεῖ μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ λαὸς ἅπας. τρίτον γὰρ αὐτῶν λαβὼν φωνὴν, εἶτα συνεπεύχεται ὅτι ἀξίως καὶ δικαίως τοῦτο γίνεται, τότε ἄρχεται τῆς εὐχαριστίας. καὶ ἡ θαυμάζεις εἶπε μετὰ τοῦ ἱερέως ὁ λαὸς φθέγγεται, ὅτι γὰρ καὶ μετ' αὐτοῦ τὸν χρεὼν καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων κοινωνῆσαι τὰς ἱερὰς ἐκείνους ὕμνους ἀναπέμπει. *Pro Energumenis & pro iis qui ſunt in pœnitentiâ, communes, & à ſacerdote, & ab illis* (populo) *fiunt precationes. Et omnes precationem vnam recitant, precationem miſericordiæ plenam. Rurſus, cùm eos qui ſacræ Menſæ participes eſſe nequeunt, à ſacris ſeptis remouimus, alia precatio facienda eſt, & omnes æque humi iacemus, & ſimiliter omnes conſurgimus. Præterea quando pax accipienda & danda eſt, omnes æquè nos oſculamur inuicem. Iterum in tremendis myſteriis Sacerdos pro populo precatur, & populus pro Sacerdote. Hæc enim verba, cum Spiritu tuo nihil aliud ſignificant. Rurſus gratiarum actionis verba communia ſunt. Non enim ille ſolus gratias agit; ſed & vniuerſus populus : cùm enim prius eo vocem ſumpſit, & ille conſenſit id dignum & iuſtum eſſe, tunc gratiarum actionem inchoat. Quid admiraris, ſi cum Sacerdote interdum loquatur populus, cùm etiam cum ipſiſmet Cherubim & ſupernis virtutibus ſacros illos hymnos in cælũ mittat.* Innumera ſunt apud eumdem Chryſoſtomum, quibus etiam minutiſſimæ Liturgiæ partes exponuntur. Ita Hom. 17. in epiſtolam ad Hebræos, Ὁ διάκονος ὑψη-

λὸς ἐχὼς μεγάλῃ τῇ φωνῇ, φρικτῇ τῇ βοῇ καθάπερ τις κήρυξ τὼ χεῖρε αἴρων εἰς τὸ ὕψος, τοὺς μὲν καλεῖ, τοὺς δὲ ἀπείργει, τὲς μὲν ἐκβάλλει, τὲς δὲ εἰσάγει. *Diaconus in altiori loco ſtans magna voce, terribili clamore, veluti quidam præco manus tollens in altum, alios quidem vocat, alios autem prohibet, alios excludit alios introducit.* Sed his, & aliis id genus bene multis, quia longus eſſe nolo, ſupersedere viſum eſt, præſertim cùm illa in Myſtagogicis Cyrilli Hieroſolymitani, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, quæ ſub nomine Clementis publici iuris facta ſunt, in vnum locum, & ſuo ordine digeſta congerantur. Itaque nemo peritus antiquitatis Eccleſiaſticæ, Liturgiis hodiernis antiquitatem ſuam detraxerit; ſed ea ſolùm quæ recentiori æuo, & hæc nullius ferè ſunt momenti, adiecta ſunt, ſi ſit eiuſdem antiquitatis Eccleſiaſticæ non ſegnis explorator diligenter annotabit. Ita de voce ὁμοσίου & de hymno triſagio, atque conſimilibus, quæ tamen vetuſtiſſima ſunt, cum Pleſſæo nimio æſtu non contendam. Nemo enim paulò cordatior, hæc in euerſionem antiquitatis rei Liturgicæ trahi poſſe exiſtimauerit, quæ firmiſſimè nationum omnium conſtanti traditione, & earumdem libris Miſſalibus conſtabilitur. Miſſa quidem vetuſtiſſimis Apoſtolorum temporibus ſimplicior extitit, nulla tamen earum quæ nunc obtinent, partium defuit. Fideles initio ad doctrinam Apoſtolorum, orationem, oblationem, & fractionem panis conueniebant. Quem conuentum deſcribit Tertulianus Apolog. cap. 39. *Corpus ſumus*, inquit, *de conſcientiâ Religionis, & diſciplinæ veritate, & ſpei fœdere. Coimus in cœtum & congregationem, vt ad Deum quaſi manu factâ precationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata eſt. Oramus etiam pro Imperatoribus, pro miniſtris eorum ac Poteſtatibus, pro ſtatu ſeculi, pro rerum quiete, pro moræ finis. Coimus ad Literarum Diuinarum commemorationem &c.* Sed longè meliùs ex 2. Iuſtini Martyris Apologiâ diſcere eſt, qualis fuerit ab ipſâ Chriſtianæ Reipublicæ naſcentis infantiâ, publica illa actio. A precationibus, vt hodie, ducitur initium, quibus finitis ſe inuicem exoſculantur Fideles, deinde vniuerſam Liturgiæ peragendæ diſpoſitionem his verbis manifeſtè declarat. Προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος, καὶ ποτήριον ὕδατος, καὶ κράματος. καὶ οὗτος λαβὼν, αἶνον καὶ δόξαν τῷ πατρὶ τῶν ὅλων διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἀναπέμπει. καὶ εὐχαριστίαν ὑπὲρ τοῦ καταξιῶσθαι τούτων παρ' αὐτοῦ ὅπι πολὺ ποιεῖται. οὗ συντελέσαντος πᾶς ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, Ἀμήν. Τὸ δὲ Ἀμὴν τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ τὸ γένοιτο σημαίνει. Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ, οἱ

κελεύθου παρ' ἡμῖν ἀφθόνως διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου, καὶ οἴνου, καὶ ὕδατος, ὑπὸ τοῖς διακόνοις παρεῖναι ἀποφέρουσιν. Ei qui fratribus præest, profertur panis & poculum aquæ & vini, quibus acceptis, ille laudem & gloriam rerum vniuersarum Patri per nomen Filij & Spiritus sancti offert, & gratiarum actionem, pro eo quod nos donis hisce suis dignatus sit, prolixè exequitur. Vbi ille preces & gratiarum actionem absoluit, populus qui adest omnis fausta approbatione acclamat, Amen. Amen autem voce Hebræa significat, fiat. Præsidens verò postquàm gratiarum actionem perfecit, & populus vniuersus lætâ adprecatione eam comprobauit, qui apud nos vocantur Diaconi distribuunt vnicuique præsentium, panem, vinum, & aquam, super quibus gratiæ actæ sunt, & ad absentes deferunt. Subjicit deinde illius alimenti, quod à Christianis Eucharistiam appellari obseruat, naturam, simulque illius consecrationis rationem declarat. Οὐ γὰρ, inquit, ὡς κοινὸν ἄρτον, οὐδὲ κοινὸν πόμα ταῦτα λαμβάνομεν· ἀλλ' ὃν τρόπον διὰ λόγου θεοῦ σαρκοποιηθεὶς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν καὶ σάρκα, καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔσχεν, ὅτως καὶ τὴν διὰ εὐχῆς λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ εὐχαριστηθεῖσαν τροφὴν, ἐξ ἧς αἷμα καὶ σάρκες κατὰ μεταβολὴν τρέφονται ἡμῶν, ἐκείνου τοῦ σαρκοποιηθέντος Ἰησοῦ καὶ σάρκα καὶ αἷμα ἐδιδάχθημεν εἶναι. Non enim, vt communem panem, neque communem potum, ista sumimus; sed quemadmodum per verbum Dei caro factus Iesus Christus Seruator noster, & carnem & sanguinem salutis nostræ causa habuit; ita & eam super qua per precationem verbi quod ab ipso profectum fuit, gratiæ actæ sunt, alimoniam ex qua sanguis & caro nostra per mutationē aluntur, Incarnati illius Iesu carnē & sanguinem esse edocti sumus. Deniq; ait: Ἐπὶ πᾶσί τε οἷς προσφερόμεθα, εὐλογοῦμεν τὸν ποιητὴν τῶν πάντων, διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ πνεύματος ἁγίου· καὶ τῇ τῆ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ, πάντων κατὰ πόλεις, ἢ ἀγρούς μενόντων, ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τῶν Ἀποστόλων, ἢ τὰ συγγράμματα τῶν προφητῶν ἀναγινώσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ. εἶτα παυσαμένου τοῦ ἀναγινώσκοντος, ὁ προεστὼς διὰ λόγου τὴν νουθεσίαν, καὶ πρόκλησιν τῆς τῶν καλῶν τούτων μιμήσεως ποιεῖται. ἔπειτα ἀνιστάμεθα κοινῇ πάντες, καὶ εὐχὰς πέμπομεν· καὶ ὡς προέφημεν, παυσαμένων ἡμῶν τῆς εὐχῆς ἄρτος προσφέρεται, καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ· καὶ ὁ προεστὼς εὐχὰς ὁμοίως, καὶ εὐχαριστίας, ὅση δύναμις αὐτῷ ἀναπέμπει, καὶ ὁ λαὸς ἐπευφημεῖ, λέγων τὸ ἀμήν. Καὶ ἡ μετάδοσις καὶ μετάληψις ἀπὸ τῶν εὐχαριστηθέντων ἑκάστῳ γίνεται, καὶ τοῖς διὰ παρόντων ἀφ' ἑκάστου πέμπεται. In omnibus oblationibus quas offerimus, benedicimus omnium Creatori, per Filium eius Iesum Christum, & Spiritum sanctum; & Solis quæ dicitur die, omnium qui vel in oppidis, vel ruri degunt in eumdem locum conuentus fit, & commentaria Apostolorum aut scripta Prophetarum, quantum per tempus licet, leguntur. Dein-

Digitized by Google

de Lectore quiescente, Præsidens orationem, qua populum instruit, & ad eorum quæ pulchra sunt, imitationem adhortatur, habet. Tum simul consurgimus omnes, & precationes fundimus, & sicuti iam diximus, finitis precationibus nostris, panis offertur & vinum & aqua. Consimiliter Præpositus ipse, quantum potest, vota & gratiarum actiones effundit; & populus fauste acclamat, dicens, Amen. Et distributio communicatioque fit eorum, super quibus gratiæ sunt actæ, cuique præsenti; absentibus autem per Diaconos mittitur. In hæc forsan prolixiùs, quàm consentaneum videbatur, elatus sum; sed id consultò feci & deditâ operâ, vt intelligat Protestantium turba, quæ Liturgias conscindit, vetustissimum esse illarum vsum, & ordinem Missæ, quem tenet Ecclesia cùm Orientalis, tum Occidentalis, si perpauca, eaque minutissima, exceperis, quæ postea adiecta sunt, ab ipsismet Apostolis, saltem viris Apostolicis, deriuatum fuisse. Diuersas illi frustra Liturgiarum formas obiiciunt: nam etsi vna locupletior sit, plusque precationum contineat, quàm alia, & inter has precationes aliquid variationis deprehendatur; tamen omnium maxima est, si rei ipsius, & præcipuarum illius partium ratio habeatur, concordia. Vbique orationes, precationes, gratiarum actio, quæ & apud Latinos præfatio dicitur, verba quæ ad consecrationem adhibentur, Mysteriorum distributio, atque participatio, eodem ordine concepta, ac digesta in publica illa actione conspiciuntur. Quidquid est Liturgiarum Orientalium, de quibus præsertim sermonem instituimus, si conferatur cum Missæ formâ, quam præscribit Iustinus, id omne in rituum ceremoniasumque substantiâ ab hac nullatenus recessisse, statim cognoscetur. Multa quidem rescindi possent, quæ constat recentiùs in Missale officium inuecta fuisse; sed vt ea partem maximam in minutioribus sita sunt; ita si iam illorum vsus inualuerit, retinenda censeo; modò fidei Catholicæ nihil contrarium fuerit, & absit omnis superstitio. Magnam fatemur esse exemplariorum discrepantiam; sed ea, vt iam animaduertimus diuersitas, rei ipsius vnitati nequaquàm officit: quandoquidem & inter vnius eiusdemque Liturgiæ Chrysostomianæ codices apud Græcos eamdem annotauit P. Goar in Euchol. Græc. *Perlectis*, inquit, *& fideliter inter se collatis pluribus Chrysostomianæ Liturgiæ tum editis, tum Mss. exemplaribus, tanta in eis discrepantia se se prima fronte obtulit, vt quodnam præcipuum, ad quod referrentur cætera, & qua ratione inter se cuncta comparanda essent non inuenirem.* Variantes ibidem lectiones contexit; & paulo post diuersitatis illius causas venatus, hæc habet. *Cùm in Litur-*

gico contextu preces & ceremonias maximè possimus attendere harum & illarum simul & omnium, pro vt iacent, sanctum illum (Chrysostomum) à dignitate ἱερεϱάρχην, & ab hoc opere sacro verè ἱερουργὸν nullatenus profiteri volumus. Vt enim ritus & preces quasdam à nobis suo loco notandas ab altenius ἱερουργοῦ, sacræ nimirum Liturgiæ conditoris ter-magni Basilij opere, in suum transferre non est veritus; ita Græcorum posteri, noua quædam dicenda, facienda ve à Diacono vel Sacerdote, hìc & illic pro suo nutu respergere, & præcipere frequentius, quàm par esset, pro ambita minùs ab ipsis antiquitatis vbique seruatæ gloria sunt ausi. Inde tanta non editorum solum; sed & Mss. antiquorum varietas, vt nos qui octo sola ex illis tibi lector renouandæ, vel agnoscendæ antiquitatis, studiosè ob oculos ponimus, cuncta illa simul tantæ dissimilitudinis aspectu territi, inter se se conferre, vitandæ nimiæ confusionis gratiâ non potuerimus. Similia deprehendere est in aliarum Gentium, etiam Latinorum Liturgiis. Imò quæ sub vno eodemque nomine venit apud nationes diuersas, eadem non est. Ita apud Maronitas eadem non est Missa Chrysostomi, quæ apud Græcos, vti neque Missa Marci, & aliæ, quæ sub eodem nomine apud vtrosque comprehenduntur. Vnius Iacobi Missa in vtriusque Gentis codice Liturgico eadem apparet; si nonnulla exceperis atque inprimis ea, quæ Liturgiæ Græcæ præmittuntur, illa scilicet quæ hymni Cherubici atque deportationis sanctorum munerum ceremoniam comitantur. Orationes quoque quas Sacerdos cum thus adoletur, pronuntiat, in Missa Iacobi Maronitica non extant: sed hæc & alia nonnulla petenda sunt ex libro, quem Maronitæ librum ministri Missæ appellant, & habetur seperatim editus. Itaque si quando multa occurrant in Græcis Missalibus, quæin Syricis desiderentur, non inde statim consequitur, Græca exemplaria hac in parte luxuriare, quòd Syrica quæ à Græcis sumpta sunt, eadem minimè repræsentent. Sed id sæpius in rubricarum diuersitatem referendum est. Quia scilicet quæ apud Græcos vnus Sacerdos enuntiat, ea interdum minister, vel populus apud Syros recitat: & ob hanc causam liber ministri non verò Missalis illa complectitur. Si autem res aliter ceciderit, tum Liturgiæ simplicitas illius antiquitatem non malè arguit. Ita Andreas Masius in epistola ad Busbeckium, de Syrica Basilij Liturgia, quam ex vetusto codice Latinam fecerat, ita loquitur. *Atqui, inquies, non pauca lego in illa Basilij Græca λειτουϱγία, quæ tu de tua Syricà non expressisti. Fateor equidem prolixiorem esse Græcam; quippe is fuit perpetuò hominum in religione sensus, vt intra præscriptas à Patribus ceremonias, quantumuis sanctissimas se se continere pauci potuerint; vnde*

cum temporis tractu ad illas pro vario Antistitum pietatis affectu alia atque alia addita, multa etiam mutata videre est. Neque alia Iuliani in Synodo Florentina, vt legere est in historiâ Sguropuli de Liturgiis Græcis sententia extitit. Cùm enim vehementiùs vrgerent Latini, vt codex Græcus Missarum expurgaretur, fortiterque renueret Imperator, quòd Basilium & Chrysostomum illius autores agnosceret: tum Iulianus respondit Imperatori. *Potest tua sacra Maiestas iureiurando affirmare, codices quos asseris, sic ab initio à sanctis illis Patribus fuisse traditos, vti nunc deprehenduntur, & nullatenus immutatos fuisse?* Ex his colligere est, ex Liturgiis Græcis pro astruenda rei alicuius antiquitate sobriè & cautè ducenda esse argumenta, priusque in singulas Liturgiæ partes non segniter inquirendum, quàm aliquid earum autoritate constabiliatur. Quapropter dum sæpius in hisce opusculis Philadelphiensis Metropolita Iacobi, Chrysostomi, & Basilij Liturgias appellat, vt assertionis suæ fidem faciat, non id statim, quasi sit extra dubitationem, amplecti debemus. Hæc sors libris omnibus, qui officia, vt vocant, Ecclesiastica continent maximè apud Græcos obtigisse videtur, vt multa in iis etiam à priuatis hominibus, absque Ecclesiæ consensu mutentur: ita vt de ceremoniarum præsertim antiquitate ex Liturgiis decernere non liceat. Vix enim ritus aliquis vsu publico receptus fuit, cùm libris Ecclesiasticis ab illorum editoribus inseritur. Sed rubricis inprimis diligenter attendendum est, quarum videlicet partem recentiùs additam fuisse, manuscripta & bonæ notæ exemplaria arguunt; non secùs ac Liturgiarum Orientalium, quæ è Græcis desumptæ sunt, ea in re ab his diuersitas. Contra illarum inter se consensio, maximum veritatis argumentum continet. Hæc autem consensio in præcipuis Liturgiæ partibus, & earum ordine constanter reperitur: & quod pluris in hoc negotio faciendum est, eadem Patrum autoritate suffulcitur. Quo pacto, vt Græcis Patribus Latinum adiungam omni exceptione maiorem, Augustinus epistola 59. ad Paulinum de Missæ partibus intelligit illa Apostoli verba scribentis Timotheo: Παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων τῶν ἀνθρώπων, quæ Latinus interpres apud August. reddidit. *Obsecro itaque primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones.* Multa hîc affert Augustinus, quibus voces illas, etiam ex contextu Græco illustret, ac postremò ait. *Sed eligo in his verbis hoc intelligere, quod omnis vel penè omnis frequentat Ecclesia, vt precationes accipiamus dictas, quas facimus in*

1. Tim. 2.

celebrationem Sacramentorum: antequam illud quod est in Domini mensa, incipiat benedici, orationes cum benedicitur, & sanctificatur, & ad distribuendum communitur, quam totam petitionem fere omnis Ecclesia Dominicâ oratione concludit. Deinde quid sit προσευχὰ, anquirens subdit. *Ideo in huius* (oblationis) *sanctificatione, & distributionis præparatione, existimo Apostolum iussisse propriè fieri προσευχὰς, id est orationes.* Postremò addit. *Quibus peractis, & participato tanto Sacramento, gratiarum actio cuncta concludit, quam in his etiam verbis vltimam commendauit Apostolus.* Hanc profectò faciem, quæ antiqua est, etiam hodierna, & nationum omnium suffragiis approbata Liturgia retinet. Noui quidem hanc Augustini interpretationem à Caluino reprehendi; sed illius censura eum iugulat, dum puerum vocat Augustinum, quòd hæc verba ad ritus sui temporis detorserit. Igitur etiam inuitus agnoscit, iam ab Augustini temporibus, eumdem apud Latinos Missæ ritum extitisse, atque nunc obseruatur. Sed ad Ecclesiæ Orientalis Liturgias, de quibus præsertim sermo noster inducitur, redeamus.

Ecclesiæ quæ per vniuersum Orientem longè latéque diffunduntur, Maronitarum videlicet, Iacobitarum, Nestorianorum, aliorumque, si Græcos, Armenos, Cophtitas & perpaucos exceperis, Liturgiis sermone Syro cōscriptis, in peragendo sacrificio vtuntur. Missale Maronitarum sub nomine Missalis Chaldaici, iuxta ritum Ecclesiæ nationis Maronitarum. Romæ editum est in typographia Medicea anno 1594. & Syriaca lingua appellatur כתבא דקורבא, quasi dixeris librum oblationis; vnde etiam vulgo Syri Missam, anaphoram vocant, ex voce Græca ἀναφορὰ, Latinè oblatio. Illud autem Missale officium 12. Liturgias complectitur hoc ordine digestas sub nominibus sancti Xysti Papæ Romani, S. Ioannis Chrysostomi, S. Ioannis Euang. Petri capitis Apostolorum, sanctorum duodecim Apostolorum, S. Dionysij, S. Cyrilli, Matthæi Pastoris, Ioannis Patriarchæ qui & Barsusan appellatur, sancti Eustathij, sancti Marutæ Metropolitæ Tagritensis, S. Iacobi Apostoli & fratris Domini, Marci Euangelistæ; iterum Petri capitis Apostolorum. Gabriel Sionita Maronita è monte Libano in dissertatione, quam de nonnullis gentis suæ ritibus instituit, his aliàs adiungit nimirum 13^m. Proclo Episcopo Byzantino & discipulo S. Ioannis Chrysostomi, 14^m. Mosi Barsephæ, 15^m. Philixino, denique 16^m. Iulio Pontifici Romano tribuit. *In hisce Liturgiis*, inquit idem Sionita, *eadem ferè continentur, quæ in Missa Latina, nimirum introitus, gloria in excelsis, prosa, epistola, Euangelium, Symbolū Apostolorum, Lotio manuum, Offertorium,*

Digitized by Google

Offertorium, *Præfatio*, *Conſecratio*, *Commemoratio Sãctorum*, *Collectæ pro Paſtoribus*, *Principibus*, *& fidelibus*, *viuis atque defunctis*, *actio*, *benedictio populi*, *diuerſo tamen ordine*, *diuerſiſque cerimoniis*. Verùm ſi in rem ipſam penitiùs introſpiciamus, Græcas haud dubiè, ex quibus tralatæ ſunt, magis referunt, quàm Latinas. Demiror qua ratione factum fuerit, vt iſtæ Maronitici ritus Liturgiæ, quas in ſuo codice manuſcripto Gabriel habuit, Romanæ editioni inſertæ non fuerint, cùm nonnullas hæc Editio ab hæreticis hominibus ordinatas præferat. Quâ autem potiſſimùm ætate codex Liturgicus apud Maronitas obtinere cæperit pro comperto haberi nequit. Gabriel Sionita in Diſſertatione, quam mox laudauimus, de Miſſali Maronitico ita loquitur: *De Miſſalis antiquitate nihil auſim aſſeuerare. Sed cùm libri ſacri iidem ſint Maronitis & Iacobitis, conformitas autem hæc orta ſit ex illo priſtino circa fidem conſenſu, qui quarto demum ſeculo in amara diſſidia verſus eſt, forſitan haud inepte concludi poteſt, Miſſale, cæteroſque Syrorum libros eſſe quarto ſeculo priores.* Maronitæ autem vnde hanc appellationem, & quo tempore ſortiti fuerint, res eſt etiam in incerto. Nomen illud Religionis ac ſectæ vocabulum eſſe contendunt viri grauiſſimi, ductiin primis autoritate Guiellelmi Tyrij Archiepiſcopi, teſtis in hoc negotio locupletiſſimi, vt pote qui per longum temporis ſpatium, iiſdem Maronitis præfuerit. Scribit iſtos ætate ſua fidem Eccleſiæ Romanæ amplexatos, Maronis cuiuſdam Hereſiarchæ errores, quos annis ferè 500. ſecuti fuerant, eiuraſſe. Maronitæ tamen vulgò gentis ſuæ originem referunt ad Maronem illum, cuius vitam, & laudes Theodoretus proſecutus eſt in hiſtor. Relig. & ad quem extat Chryſoſtomi epiſtola. Hæc legere eſt in Præfatione quæ ſub nomine Collegij Maronitarum in vrbe, eorùm Miſſali præmittitur. Neque aliud ſentit de gentis ſuæ origine Gabriel Sionita breuiſſimo tractatu, quem de Orientalium vrbibus nonnullis, Religione, ac moribus ad Geographiam Nubienſem adtexuit. *Hunc ergo montem* (Libanum) inquit, *Maronitæ incolunt*, *qui à Diuo Marone Abbate vitæ ſanctimoniâ*, *pietateque illuſtri*, *atque ab eius diſcipulis originem trahunt*, *vel*, *vt quibuſdam placet*, *à Maronia terra*. *Vtrumlibet tamen verum fuerit*, *nec ne*, *parum liquet*. *Non deſcendunt tamen ab vllo Marone Hæreſiarcha*, *cùm nullus iſtius nominis extiterit*, *neque vnquam Maronitæ hæreſeos labe coinquinati*; *Effutiant quidquid voluerint nonnulli aduerſarij*, *qui ob inanem quamdam mundanamque delectationem*, *ſemper proni ad aliena vlcera lambenda videntur*. *Malunt enim falſa mendaciis confirmata ſcribere*,

quàm veritatem indagantes bene de aliis ſentire. At his ſilentium imponemus, donec alia ſeſe opportunior ferat occaſio. Sed promiſſis ſuis Maronita ille ſtetiſſe non videtur. Neque iſta cum iis quæ antea ex ipſo de Iacobitarum Maronitarumque de rebus Religionis inter ſe conſenſione retulimus, conueniunt: quæ tamen Thomæ à Ieſu animaduerſione aliquo pacto emolliri poſſent, qui libri 7. de conuerſ. omn. gent. capite 22. de Maronitis hæc obſeruat. *Quin etiam cùm æſtu Iacobitarum, apud quos non paucæ ſunt hæreſes, varii libri diſſeminati fuiſſent inter Maronitas, accidit vt qui eos reperit, dum ex vrbe miſſus eſt, putaret Maronitarum eſſe errores, qui reuera ſunt Iacobitarum.* Verùm quocunque modo ſe habeat illa Maronitarum cum Iacobitis perſuaſionis conſenſio, in Liturgiis Maroniticis etiam manuſcriptis, quæ Criticorum Romanorum cenſuram fugerunt, nihil omnino à fide Catholicâ alienum deprehendi. Complura de hoc argumento Abrahamus Eckellenſis Maronita ſcripſit doctiſſimo Ioanni Morino anno 1554. quæ ad calcem Operis noſtri reiecimus, vbi integrum Abrahami epiſtolæ exemplar ad rerum Orientalium illuſtrationem exhibetur. Cæterùm licet ætas qua proprio Miſſali vti cæperint Maronitæ, certò definiri nequeat; conſtat tamen illos, vt & reliquas plagæ Orientalis nationes, cùm primùm in ſectas abierunt, Græcas, vel quæ ex his traductæ fuerant, Liturgias adhibuiſſe. Sed vt multa in his tam longo temporis ſpatio immutata, detracta, & addita fuere; ità mirum videri non debet, ſi illæ in bene multis inter ſe non conſentiant. Miſſa Maronitica inde iam ab initio diſcrepat à Græcâ: aliqua ſiquidem eſt vtriuſque in Rubricâ diuerſitas, quæ vt omnium oculis ſubjiciatur, illius diſpoſitionem, qualis in Miſſali Maronitico & libro miniſtri apparet, perpaucis attingam. Primò itaque præmittitur in Miſſali תתבה אלקדאם, *ordo Miſſæ*, qui talis eſt. Sacerdos poſtquàm manus abluit, veſtes ſuas exuit recitans hanc orationem: *Exue mihi Domine veſtes ſordidas, quas mihi induit Satanas, & indue me veſtibus electis, vt poſſim tibi miniſtrare &c.* Deinde coram altari inclinatus ait, *Concede nobis Deus &c.* Præterea dicit: *Miſerere mei Deus.* Rogat populum vt pro ſe deprecetur, & ait *Orate pro me Dominum noſtrum.* Tum ingreditur altare, ac dicit, *Introibo ad altare Dei, & ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.* Adorat ſiue genu flectit coram altari, dicens. *Ad domum tuam Deus aſcendi, & coram altari tuo adoraui, Rex cæleſtis! condona mihi id omne, quod in te peccaui.* Oſculatur altare à dextrâ & à ſiniſtrâ parte, ac demum in medio & dicit. *Alliga Domine, eos qui huic feſto*

Digitized by Google

diei interſunt cum catenis, cornibus altaris tui. Hactenus ex libro Miſſali Maronitarum. In libro autem Miniſtri legimus, Diaconum ſeu miniſtrum aperto capite, cereos ex parte vtraque altaris accendere, & primùm à dextrâ, atque tunc canere: *Laudate Dominum omnes gentes Alleluia. In lumine tuo &c.* Secundò à ſiniſtrâ, & canere ſimiliter, *laudate eum omnes populi, alleluia*, & orationem huic muneri accommodatam recitat. Cùm thus incenditur à Sacerdote, populus ait: *Thura pura quæ offerunt tibi filij Eccleſiæ fidelis per manus Sacerdotum Domine vniuerſorum &c.* Sacerdos autem, vti præfert liber Miſſalis, ait. *In gloriam & honorem Trinitatis ſanctæ &c.* Poſtea vt in libro Miſſali annotatur, & ex parte in libro miniſterij, Sacerdos velum quo operiuntur myſteria, remouet. Tunc ſumit Diaconus panem ſacrificio deſtinatum, & eum Sacerdoti offert, qui eumdem cruce conſignat cum hac precatione. *Deus magne & admirabilis in ſeculum, qui recipis oblationes & vota; primitiaſque & decimas ſeruorum fidelium, recipe Domine oblationes ſeruorum tuorum &c.* deinde illum thure dignatur, & cum eo ad altare reuerſus ait: *Tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt &c.* Cum illo conſignat altare, & eumdem vtraque manu cooperiens dicit. *Deus qui recepiſti oblationem Abelis in campo; & Noachi in arca, & Abrahami in vertice montis, & Danidis in arca Doroni Iebuſæi, Eliæ in monte Carmelo, & minuta viduæ in Gazophylacio, tu Domine Deus, ſuſcipe oblationes iſtas, quæ offeruntur tibi per manus infirmas, & peccatrices: & in iis Domine Deus, benè memento viuorum & mortuorum pro quibus offeruntur, & benedic habitationi eorum qui offerunt. Amen.*

Verùm ne his longiùs detineamur, rubricæ duntaxat notationes, omiſſis pleriſque precationibus, ſubjiciemus. Itaque Sacerdos panem in diſco ſiue patena reponit, minus velum quo patenam tegit, donat thure. Deinde ſumit calicem dicens: *Calicem ſalutaris accipiam &c.* tum vinum fundit in eum, atque dicit. *Vinum iſtud quod eſt typus ſanguinis, qui fluxit in nos ex latere Filij tui dilecti Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſumo ego in hoc calice, qui eſt calix redemptionis in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen.* Paululum aquæ vino admiſceet, quam ſimiliter typum appellat illius quæ fluxit è Chriſti latere. Thure dignatur velum minus, quo operit calicem deinde velum maius, quo patenam tegit & calicem. Tum petit à populo vt pro ſe oret, qui vt in libro miniſterij habetur ad has voces Sacerdotis: *Orate pro me &c.* reſpondet: *Deus recipiat ſacrificium tuum, & miſereatur noſtri per orationem tuam.* Iterum donat thure altare, pariterque circumſtantes, qui vno ore dicunt, vti iam ex libro miniſterij obſeruauimus.

Thura pura quæ offerunt tibi &c. Sacerdos incipit, ac populus ſubſequitur, dicentes *Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon, ſanctus Deus, ſanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis miſerere nobis. Pater noſter &c.* quæ in libro miniſterij habentur integra: Sacerdos dicit: *Gloria Patri &c.* Diaconus verò orationem profert pro vniuerſi terrarum orbis tranquillitate, pro afflictis, pro patribus, fratribus &c. pro fidelibus mortuis &c. Sacerdos dicit: *Concede nobis Domine Deus, vt ingrediamur domum tuam &c.* Omnes ſimul dicunt: *Laus Deo &c.* Deinde ſequuntur proœmium in Dei genitricem, ſedro, vt Syri vocant ſeu ordo &c. Poſtea Sacerdos poſitâ manu dextra ſuper ſiniſtram in formam crucis orationes quaſdam recitat. Subjiciuntur diuerſæ precationum formulæ, quarum aliæ generales ſunt, aliæ verò ſpeciales, nimirum oratio communis. Orationes viuorum, oratio pro vno, pro vna, pro plurimis, pro infirmis &c. nomine Sanctorum pro mortuis, pro patre, matre &c. in feſto S. Dei genitricis, & in eius commemoratione pro ſeipſo. Liber autem miniſterij diuerſas pariter precationum formulas, quas Diaconus ſiue miniſter recitat, & primò ad Dei genitricem, 2. ad Prophetas, 3. ad Apoſtolos, 4. ad omnes Sanctos, 5. ad mortuos. Sacerdos ait *Gloria patri:* Diaconus. *Pro tranquillitate &c.* & dicunt. *Miſerere mei Deus ſecundùm miſericordiam tuam &c.* Præterea notatur in rubricâ Miſſalis inclinatio Sacerdotis ad dextram & ſiniſtram altaris partem, & ad eos qui illum circumſtant, Preſbyteros, & ſeipſum è regione populi ſtatuens dicit: *Orate pro me &c.* Diaconus. *Pro tranquillitate &c.* Sacerdos precatus ait. *Concede nobis Domine Deus &c.* Tum donat thure munera propoſita tribus vicibus in formam crucis & in orbem, quæ ſunt circa ipſa, ac dicunt; *Miſerere mei.* Sacerdos precatus ait, *Miſerere mei Deus, &c.* Diaconus. *Surgamus pulcrè, &c.* Sacerdos ponit aromata, & ait, *ad laudem & honorem, &c.* Deinde ſequuntur ſedro S. Ephraim ſiue diuerſa Canticorum genera quæ Syri S. Ephremo tribuunt, & Iacobitica quæ ſimiliter Syri Iacobo Syro tribuunt. Poſtea Sacerdos oblationem tribus vicibus in formam circuli thure afficit dicens: *ſanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis.* Diaconus vel populus, vt eſt in libro miniſterij: *Miſerere nobis.* Iterum Sacerdos in eaſdem ſanctitatis diuinæ &c. laudes ſe ſe effundit. Diaconus verò pſalmum, *Exalta me*, recitat, & dicit Sacerdos: *Pſalle & lauda creatorem tuum.* Iam recitatis pſalmis, & interiectis aliquot quæ ad ſancta corporis & ſanguinis Chriſti myſteria pertinent, & quibus Deum precantur vt oblationes recipiat

eorumque precationibus faueat, legitur Paulus. Quæ lectio in libro miniſtri ſub hoc nomine indicatur תורגמא דפולום, quaſi dixeris interpretationem Pauli. Lectio autem illa ſumitur ex capite 9. epiſtolæ ad Hebr. nimirum: *Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum &c.* quæ aptiſſimè ſacrificio quod peragitur, conuenit. Petitur priùs benedictio: *Benedic Domine &c.* Sacerdos Dei miſericordiam ſuper vniuerſum conuentum deprecatur. Deinde ait Diaconus: *Laudatio Dauidis recitatur coram Patre noſtro, benedic Domine.* Sacerdos. *Deus recipiat laudationem tuam &c.* Diaconus *Alleluia. Alleluia.* Sacerdos. *Sacrificate ſacrificia laudis &c.* Sacerdos ponit aromata & dicit: *Benedic Domine Kyrie eleyſon &c.* diuerſiſque benedictionibus, & laudibus Deum celebrans ſupplex ad illius miſericordiam recurrit, veniamque peccatorum deprecatur; ac demum orat vt Spiritus ſanctus Euangelij lectionem ſanctificet. Diaconus fratres adhortatur, vt accedant, audiantque Euangelium. Sacerdos: *Pax*, Populus *& cum* Sacerdos *ex Euangelio ſancto Domini noſtri Ieſu Chriſti &c.* Diaconus. *Sitis in ſilentio.* Sacerdos. *Tempore igitur diſpenſationis Domini noſtri & Dei ac Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti dixit diſcipulis ſuis & Synagogæ.* Populus. *Pater noſter, benedic.* Sacerdos populum conſignat precatus auxilium potentis dexteræ Dei ſuper vniuerſum cætum, & ſuper Fideles omnes loci illius, viuos & mortuos. Populus, *Amen.* Sacerdos. *Tempore itaque diſpenſationis Domini noſtri &c.* Populus. *Domine noſter miſerere nobis.* Poſtea contexitur ſeries Euangeliorum, quæ certis diebus feſtis, feriis, ac commemorationibus dicata ſunt. Exempli cauſâ, Euangelium Miſſæ de beata Virgine, vt loquimur, ſumitur ex Lucæ capite 5. Miſſæ Innocentium ex Matth. 4. Miſſæ ieiunij ex Matth. 3. & ſic deinceps. Poſtremum notatur Euangelium Liturgiæ quæ ſingulis diebus agitur, ſumique debet ex capite octauo Ioannis. *In illo tempore Ieſus reſpondit ac dixit illis. Amen amen dico vobis: qui credit in me, habet vitam æternam: Ego ſum panis vitæ Patres veſtri &c.* Euangelium autem ita concluditur Tranquillitas vobis omnibus. Diaconus enuntiat Ephremiticum. *Surgamus omnes in precatione coram Deo &c.* Sacerdos ter dicit Kyrie eleyſon, ac Deum Patrem, Filium & Spiritum ſanctum celebrat. Diaconus. *Ite in pace.* Sacerdos: *Dominus regnauit.* Diaconus: *Induit Dominus.* Sacerdos: *Domum tuam decet ſanctitudo Domine.* Diaconus. *Dominus regnauit.* Sacerdos: *Memento Domine defunctorum.* Diaconus: *Illorum qui manducauerunt corpus tuum ſanctum, & biberunt ſanguinem tuum.* Recitatur fidei Confeſſio, quæ à Patribus Niceæ congregatis edita eſt.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, & cætera quæ integra describuntur tam in libro Missali, quàm ministri. Et hoc finito, lauat manus suas, dicitque; *Lauabo manus meas &c.* Deinde hæc subiungit. *Domum tuam Deus, ingressus sum &c.* Postremò summè demissus orditur Missam, quæ Syris dicitur anaphora. Huius partes non describimus, quia peti possunt ex Syricis Liturgiis, quæ habentur in Bibliotheca Patrum. Illa autem quæ in breuiorem formam contracta produximus, nondum publici iuris facta sunt. Hæc quidem ex aliis codicibus manuscriptis Missalium & Officiorum, quæ apud Syros obtinent, possemus illustrare; sed iam allata præsenti instituto largè sufficiunt. Itaque longè plurima anaphoris præmitti solent, quæ ab iisdem veluti seiunguntur, & quasi præparationis orationes sacrificio peragendo viam muniunt. Diuersa pro festorum diuersitate officia non solùm Maronitarum libri exhibent, sed & eadem publico reliquarum nationum Orientalium vsu comprobantur. Quin imò specialis est genti cuilibet cantus, vt in eorum libris manuscriptis cùm Græcis tum Syricis deprehendere licuit.

Hactenus de Maronitarum officio Missali. Nunc reliquas nationum Orientalium Liturgias paucis confectemur. Gens Nestorianorum quæ per Orientalem plagam longè latèque diffunditur, speciales quoque missas adhibet Syrico sermone conscriptas. Dudum ea de re apud Leontium malè audiit Nestorius sectæ illius Patriarcha. Hæc enim habet de missa Nestorij Leõtius iste l. 3. confutationis Nestorij & Eutychis quam primus publicauit Henricus Canisius, & extat initio tomi 4. antiquæ lectionis, deinde Bibliothecæ Patrum inserta est. *Audes aliud malum non secundum ad superiora: aliam enim Missam effutiuit præter illam quæ à Patribus tradita est Ecclesiis, neque reueritus illam Apostolorum, nec illam magni Basilij in eodem Spiritu conscriptam, in qua Missa blasphemiis non precationibus πλὴν πλατῶ, id est mysterium Eucharistiæ opplenit. An vt alius Antichristus adhuc expectetur, par est qui sic Christum oderit; & quæ Christi sunt, mutare nitatur? non equidem puto, satis inquam est, hic, vt in omnibus loco & vice illius sit.* Verùm integram Nestorij Missam euoluenti nihil mihi occurrit fidei Orthodoxæ contrarium, nihil blasphemiæ; sed omnia sana, antiqua, & quæ cum germana & Apostolica persuasione aptissimè conueniant. Tantum abest vt eam, quæ nomen Apostolorum præfert, Liturgiam respuant Nestoriani, vt illa eorum missalis frontem occupet. Cæteræ ab ista tanquam à principe quasdam precationes desumunt, & ad eam

Digitized by Google

vsus ad normam ritus suos dirigunt. Gens nulla est, quæ Diuinitatem Christi in æternum adorandam in maius extollat, quàm Nestoriana in precationum suarum formulis. Cæterùm manuscriptum quo vsi sumus exemplar Nestorianum esse aperte euincit cum ipsius Nestorij nomen, quod exprimitur, tum Scripturæ ratio qua exaratum fuit. Illud à Presbytero quodam Babylonensi Eliæ nomine qui Parisiis aliquandiu commoratus est, accepimus. In Missa duodecim Apostolorum non longè ab initio hæc præfert rubrica, ואף הנא כושאפא מתאמר בקודשא דמרי נסטוריס: *Etiam hæc oratio dicitur in Missa Nestorij.* Verùm quoniam Elias ipse Romanæ Ecclesiæ & sacræ Congregationi propagandæ fidei nomen suum dederat, ne pro Nestoriano haberetur, Nestorij, quem Latinis exosum nouerat, vocabulum transuersis lineis erasit; sed ita crasse, vt adhuc legi queat. Similiter in ipsius Nestorij Liturgiæ inscriptione loco נסטוריס *Nestorij* reposuit יונים *Iunes*, & hanc Ioannis Chrysostomi esse contendebat. Verùm hæc Liturgia ipsa pura puta est, cuius meminit Hebed-Iesu genere Chaldæus persuasione Nestorianus in catalogo librorum Orientalium. *Eius*, inquit, Nestorij scilicet, *prolixa Liturgia quam traduxerunt Thomas & Maraba.* קודשה דבאריכתא תאומא אפקח ומרי אבא, etenim duabus aliis longè prolixior: deinde vocis istius refectio ad nomen נסטוריס *Nestorij* rectà ducit. Denique in eadem anaphora folia duo manu ipsius Eliæ recens exarata apparent, mihi autem roganti quid causæ fuisset, cur de tam venerandi codicis autoritate eiusmodi mutationibus, detractionibus, & additionibus deminuisset, respondit hunc à filiis suis inter ludendum fœdè maculatum ac conspurcatum fuisse; de mutato autem Nestorij nomine ne ɔɟù quidem: sed remissam aliò trahens, Missam illam quam præfato יונים *Iunes*, siue Ioanni Chrysostomo tribuebat, miris modis extollens, quoties secundum illius ritum sacris operatus fuerat, mihi retulit. De quibus omnibus fides sit penès hominem, qui simulatè duntaxat Ecclesiæ Romanæ persuasionem amplexatus fuerat, quique precationum libello vtebatur conuitiis & maledictis aduersus Cyrillum Alexandrinum vbique referto. Nestorianis autem insolens non esse vt metu Ecclesiæ Romanæ, quæ à Nestorij nomine penitùs auersa est, libros suos corrumpant, auctor est Petrus Stroza Prolegomenis quæ præmisit Disputationi de Chaldæorum dogmatibus. *Multis*, inquit, *& hi quoque calamitatibus afflicti, etsi Romam peruenerint, nihil egerunt, immo legationem suam suspectam reddiderunt. Perterriti enim quia audi-*

uissent, quàm execrabile esset, & quàm odiosum apud nos Nestorij nomen, vt Nestorianæ hæresis inuidiam declinarent, nonnullas abstulerunt paginas ex libris, quos ad recognoscendam doctrinam fidei, quam profitentur & Ecclesiasticos eorum ritus obtulerant, ita persuasi à subdolo quodam interprete Neophyto anteà Hebræo; propterea dimissi re infecta abierunt. De his autem præmonere operæ esse arbitratus sum, vt eorum libros, si quando in eos inciderimus, ex omni parte & attentiùs expendamus. Simili ratione in eorum mores ingeniumque priùs diligenter inquirendum erit, quàm illorum verbis fides adhibeatur. Verùm de Nestoriano Missali plus satis dictum fuerit, qui nunc Syrè & Latinè prodiret, si typorum copia fuisset. Vtinam Iacobitarum, Melchitarum, aliarumque Orientis sectarum libros Missales assequi possimus, vt de ratione, quam in peragendo sacrificio obseruant, certiores facti, Caluinianorum hominum hac in parte peruicaciam plenius refellamus. Cauendum autem est ne falsa & supposititia, quæ passim in hoc negotio ab hominibus otiosis, vel in re critica minùs exercitatis obtruduntur, pro veris & Germanis assumantur. Ita pudet referre seriem Liturgiarum Orientalium, quam ex Arabicis in Latinum sermonem conuersam Bibliothecæ suæ Ecclesiasticæ inseruit Scultingius. Hæc longam eiusmodi Liturgiarum classem præfert, suis quasque nominibus distinctas: Ne autem in aliquo deesse videretur catalogi istius autor, præter nomina eorum, à quibus illas primùm conditas fuisse existimat, ætatem qua publicari cæperint & locum aliquando addidit. Neque etiam siluit sermonem, quo à suis autoribus scriptæ, vel in quem ab interpretibus transfusæ sint. Nonnulla quidem ista series complectitur, quæ à veritate non ità abhorreant, sed fabellæ quibus scatet, faciunt vt iis etiam, quæ vera sunt, fides renuatur. Cauendum autem inprimis ne eiusmodi Liturgiarum, præsertim Chaldæarum numerus pro diuersa nominum inflexione apud diuersos Interpretes augeatur. Quibus accedit lectionem aliquando variare. Ita quis nisi Linguæ Syricæ peritus Barsalibi à filio Salique & de cruce non distinxerit, & pro nominum variatione Liturgias quoque variauerit?

Inuocationum formulæ, quas supra ex Cophtitarum Missali produximus, viam nobis muniunt, vt aliquid etiam de Gentis istius Liturgiis attingamus. Triplicem illa Missam sub nominibus SS. Basilij, Gregorij, & Cyrilli nominibus in vsum suum recepit. Quia verò sermo Copticus paululùm horridior est, & paucis cognitus, huic è regione adiuncta est Arabica interpretatio,

Digitized by Google

tio; quam primus Latinam fecit Victorius Scialach Accurensis Maronita è monte Libano. Quia verò Ægyptiaca editio permultas habet voces & sententias linguâ Græcâ & charactere conscriptas, suspicatur tres hasce Liturgias à Patribus Græcis sermone patrio primùm scriptas fuisse, deinde è Græcis in Ægyptiacum conuersas. Quæ sententia eò fit vero similior, quòd vt iam sæpius animaduersum est, id omne quod est rei Liturgicę à Græcis originem suam duxisse videatur. Autor est idem Victorius eas non parum à primæua simplicitate degeneres, mirum in modum accreuisse. *Neque verò est*, inquit, *cur miremur primam hanc Liturgiam nonnihil ab ea differre, quæ Græcè sancti Basilij Magni nomine circumfertur. Nam vt Latini ipsi & Græci Pontifices multa deinceps in suis Liturgiis, quas iam inde ab Apostolis acceperant, pro re nata vel addiderunt, vel immutarunt, ita etiam ab Alexandrinis & Ægyptiis par est credere pro temporum opportunitate factitatum &c.* Conjicit breuiorem quamdam Liturgiam primùm à Petro, vel eius discipulo Marco Euangelista ad vsum Ecclesiæ Alexandrinæ institutam, quæ deinde à SS. Basilio, Gregorio, & Cyrillo amplificata in eadem Ecclesia obtinuerit. Sed hæc mera sunt coniectanea; neque enim de his quæ cognitionem nostram fugiunt, quidpiam licet affirmare. Cophtitarum autem Liturgias multam prę se ferre antiquitatem communi Doctorum reique Criticæ peritorum hominum calculo approbatum est: constat enim Æthiopes magnam Officij sui partem ab his delumpsisse: ita vt ipsimet Æthiopes, si quid mendi in codices suos irrepsisse suspicentur, statim ad Copticos recurrant: Cuius rei fidem faciunt annotationes, quæ habentur ad calcem Missæ Æthiopicæ, quæ Romæ edita est. Iam si Victorium Scialach audiamus, exemplaria quæ à recentioris æui Cophtitis cusa sunt, multùm ab antiquis discrepant: quippe qui suum codicem ab antiquis in eo distinguũt, quòd nihil ipsi, quod à fide orthodoxa alienum esset insertum fuerit: contrà verò multa in recentioribus Ecclesiæ Romanæ iussu castigata fuerint. Verùm de his, cùm nos deficiant codices manuscripti, iudicium ferre non possumus. Id vnum duntaxat pro certo & indubitato affirmauerimus, nimirum inter codicem quo in conuertendis Arabicis vsus fuit Scialach, & eum quem præ manibus habemus, aliquid esse diuersitatis. Ille quidem testatur exemplar à Velsero missum se cum aliis perquàm studiosè contulisse, multorumque qui linguæ Arabicæ & rerum Theologicarum periti essent, operâ se vsum fuisse liberè agnoscit. Id tamen mune-

ris illum plenè ac cumulatè executum non fuisse autor est Iosephus Scaliger, qui Stephano Vberto hæc scripsit. *Liturgiæ tres Elkupti. Ex quo exemplari Marcus Velserus eas Romæ ab alumnis Maronitis Collegij Gregoriani Latinè verti curauit. In quo munere, quantum errauerint ipsi Velsero per literas indicauimus.* Verùm vt ingenuè profitear in aliquibus à Victorio Maronita peccatum fuisse, ita non possum, quin non pauca in exemplariorum, quibus vsus est, diuersitatem rejiciam ope codicum Mss. multa in eo quem ad illum miserat Velserus feliciter à se castigata asserit, & vt loquitur, *Deo bene iuuante, factum est vt & lacunæ sine lituræ facilè supplerentur, & quæ obscuriora videbantur, non ita magno negotio illustrarentur.* Sed pace illius dixerim complura adhuc relicta, quæ medica manu indigent, quæque facillimè elegantissimi exemplaris Ms. quod nunc præ manibus habeo operâ antiquæ formæ reddi possent. Ita iam inde ab initio vbi legimus in rubrica: *Oratio postquam ornatum fuerit templum*, puto reponendum esse, postquàm ornatum siue præparatum fuerit altare: quandoquidem Arabica præferunt אלמרבח quæ vox extra controuersiam altare denotat. Deinde in rubrica quæ hanc excipit habetur, *Oratio ad cingulum*, cùm Arabica reddi debeant; *Oratio gratiarum actionis.* In contextu enim legitur oratio אלשכר: at Victorius verborum שכר & כשר similitudine deceptus fuit: vnius siquidem literæ transpositione discrepant: כשר autem per latinum *strinxit* optimè exprimi potest; sicuti כשר verè per *gratias egit* redditur. Vnius igitur elementi metathesis Victorium in errorem induxit: & hinc conjicere est conuersionem istam ab eo negligentiùs factam: etsi multis ipse nominibus diligentiam suam commendet. Cætera, ne sim molestus, prætereo.

De Æthiopico quoque Missali perpauca subjicere visum est: quandoquidem iam de illo nonnulla habuimus & de eius Latina interpretatione, quam Claudius vellicauerat. Franciscus Aluares qui gentis illius sacrificio interfuit, ritus eorum Liturgiæ accuratè describit loco iam citato, simulque obseruat Missam eorum si ab apparatu processionis, quæ diebus Dominicis, Festis, ac Sabbatis peragitur, eam seiunxeris, breuissimam esse, *l'Vfficio*, inquit, *della Messa, leuate la processione, è picciolo, perche la Messa della settimana, subito che è cominciata è finita.* Fidem huiusce rei facit Liturgia quæ sub nomine S. Dioscori Patriarchæ Alexandrini Æthiopicè & latinè edita est Londini: illa siquidem miris modis à cæterarum nationum Liturgiis discrepat. Verba tamen, quæ vulgò consecratoria appellamus,

Digitized by Google

in ea conſpiciuntur: ſimiliter & his paulo poſt ſubjicitur certa inuocandi Spiritus ſancti formula, qua Sacerdos illius aduentum ſuper panem & calicem deprecatur. Non deſunt alia Æthiopibus Liturgiarum exemplaria, ſicuti nuper didicimus ex Synopſi P. Vanſlebij in qua quinam penes ſe eſſent libri Æthiopici, qui nondum lucem aſpexerant, paucis exponit, & ex præfatione quam Lexico Heptaglotto præmiſit Edmundus Caſtellus. Ibi ſiquidem recenſet decem Liturgias Æthiopicas Mſſ. quæ habentur ſub nominibus S. Ioannis Euangeliſtæ, Patrum Nicænorũ, S. Epiphanij, S. Iacobi, S. Chryſoſtomi, Anonymi, ſanctorum Apoſtolorum, S. Cyrilli, S. Gregorij, S. Dioſcori. Hæc Latio donata eſt. Similiter Miſſale Æthiopum Romæ editum eſt.

Claudet hanc Diſſertationem Miſſa Armenorum, quæ typis & expenſis ſacræ Congregationis propagandæ fidei anno 1642. Romæ edita eſt. Hæc à Latina & Græca non multùm diſcrepat. Verba quæ conſecratoria appellamus, eadem ſunt, atque in Latina: ad quam videlicet reformata fuerit. Eadem inuocationis formula in hoc exemplari, ſi vnam dictionem exceperis, quæ videtur recens addita, conſpicitur, atque ea quam omnes nationum Orientalium codices, quos virgula cenſoria non attigit, præ ſe ferunt. Habet vnum exemplar vir clariſſimus Claudius Hardy, quod Pariſiis à Preſbytero Armeno, qui Eccleſiæ Romanæ nomen dederat Nierze nomine ſibi comparauit. Neſcio autem vnde factum fuerit, vt in eo quidam cùm Eccleſiæ Romanæ perſuaſionem de verbis in quibus poſita ſit forma conſecrationis cum hac inuocandi Spiritus ſancti formulâ conciliare non poſſet, manu ſua tam contextum, quàm Latinam interpretationem hac ratione reficeret. *Rogamus te Domine, vt conſecratus panis iſte, verum corpus Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti... & conſecratus calix iſte verus ſanguis Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti, fiat omnibus nobis non in iudicium, ſed in ſalutem animarum, &c.* Quo modo, vt abundè ſupra animaduerſum fuit, Syricæ Maronitarum Liturgiæ caſtigatæ ſunt. Cæterùm Armenus iſte, vt huic Liturgiæ manum medicam adhiberet, non ſolùm adductus eſt ex Latinorum de forma conſecrationis ſententia: ſed & ex eo quòd vti iam antea annotauimus inuocationis formula, qualem illam exhibet Romana editio, pugnantia inuoluat. Demum accepi alios eſſe genti Armenicæ Miſſalis officij codices, qui non parum à Romano diſcrepent: ſed de iis quæ ad cognitionem noſtram non peruenerunt, iudicium ferre minimè poſſumus.

VII. *Antypa S. corporis & sanguinis.* Quot & quàm diuersos significatus præ se ferat vocabulum Antitypi, norunt etiam mediocriter in Theologiâ exercitati. Illud siquidem heri & nudiustertius natũ non est. In Sacro noui testamenti contextu deprehenditur, & Patribus penè domesticum fuit. Verùm iis omnibus quæ non sunt huius negotij, silentio præmissis, id vnum quod ad Metropolitæ Philadelphiensis, & præsentis aduersus Claudium controuersiæ, illustrationem pertinet, consectabimur. Gabriel pro tuendâ assertione sua de muneribus sanctis, & honore, quo nondum consecrata afficiuntur, sumit probationem ex Basilij Liturgia in qua hæc dona appellantur, *corporis & sanguinis Christi Antitypa*; Sed hanc puto non omnium animos expleturam, maximè Latinorum: ducta est enim ex precatione, quæ peractam consecrationem supponit, cùm verba Dominica iam enuntiata fuerint. Scriptores Græci inde ab octauo seculo vocem Antitypi eâdem omninò ratione, atque Philadelphiensis Antistes, vsurpant, imò eam aliter vsurpare nefas esse arbitrantur. Fidem huiusce rei apertissimè faciunt quotquot pro traditione Ecclesiæ Catholicæ de cultu imaginum aduersus Iconoclastas decertarunt. Versantur in omnium manibus acta Synodi 7. cuius actione 6. nomine omnium Episcoporum Epiphanius Diaconus, vocem Antitypi, apud Basilium non aliter sumi posse, quàm pro donis nondum consecratis acerrimè contendit. Πρὸ τῆ ἁγιασθῆναι ἐκλήθη αὐτίτυπα, μετὰ δὲ τὸν ἁγιασμὸν, σῶμα κυρίου καὶ αἷμα κεκλῆσθαι λέγονται, καὶ πιστεύονται. *Priusquàm sanctificata fuerint vocata sunt Antitypa; at post sanctificationem, corpus propriè Christi, & sanguis dicuntur, & creduntur.* Consimilia legere est apud Ioannem Damascenum libri 4. de fide Orthod. capite 14. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus miris modis exagitat Iconoclastas, quòd verum Christi corpus in Eucharistiâ, figuræ & imaginis atque Antitypi nomen apud ipsos retineret. Αντίτυπα δὲ, inquit, εἶπον λεχθέν, οὐ μετὰ τὴ ἁγιασμὸν τοῦτο, ἀλλὰ πρὸ τῆ ἁγιασθῆναι ἐκλήθησαν. Dona *autem sicubi Antitypa dicta fuerint, non post sanctificationem; Sed antequam sanctificata fuerint, ita appellata sunt.* Longa itaque dies hanc Antityporum vsurpationem inuexit; cuius nec ipsi imaginũ defensores autores fuisse videntur, cùm eamdem ante illos Anastasius cognomento Sinaita in scriptis suis adhibuerit.

Antirrhet. 2. apud Allat. lib. 3. de perp. Con. cap. 13.

Qui postea secuti sunt Græci, in eâ penitus defixi sunt, & apud eos frequentiori vsu veniunt istæ locutiones, *Christus non dixit, hoc est typus, aut figura, vel Antitypum corporis; sed hoc est corpus meum.* Fecit autem illa Defensorum tra-

Digitized by Google

ditionis Eccleſiaſticæ de imaginibus, & Iconoclaſtrum loquendi diuerſitas, vt Synodi Nicænæ 2. Patres, Caluinianis hominibus, non ſecus ac nouatores diſplicuerint. Verùm etiamſi de loquendi formâ ſibi ipſis nullatenus conuenire potuerint, de re tamen ipſa, quæ in controuerſiam vocatur, nihil omnino inter eos fuit diſſidij: partis enim vtriuſque diſputatores, Chriſti corpus verè, & ſecundum ſubſtantiæ proprietatem, in Eucharistia eſſe agnoſcebant. Ità Nicephorus inde velut ex principio communi Iconoclaſtas arguit. Καταπλαγήτω δ' αὖ τις αὐτῶ καὶ τούτοις τὸ ἀπαγὲς καὶ ἀσύμφορον, ὅτι γε ὅλως περὶ μικροῦ κινεῖσθαι καὶ ἀληθῶς σῶμα Χριστοῦ διακρίζεται λαμβάνῃ, τὸ αὐτὸ καὶ εἰκόνα τοῦ σώματος αὐτοῦ καλεῖσθαι. Τὸ δὲ λέγειν τὸ αὐτὸ κυρίως καὶ ἀληθῶς σῶμα εἶναι, καὶ εἰκόνα αὐτοῦ εἶναι, τί ἂν εἴη καταγελαστότερον, καὶ ἀνοητότερον; *Non ſine ſtupore autem admirabitur quiſpiam, ipſius in his quoque futilitatem, atque inconſtantiam, quoniam quod paulò ante propriè verèque corpus Chriſti contendebat accipere, hoc idem nunc imaginem illius affirmat. Sed idem proprie & verè corpus eſſe, & imaginem illius eſſe, dicere, an excogitare ſolidius poteſt, & quod magis pro deridiculo ſit?* De Chriſti corpore Iconoclaſtam inter & imaginum aſſertorem, vt manifeſtò apparet, lis nulla mouetur; ſed de eo ſolùm, vtrùm panis, qui in vtriuſque partis ſententiâ poſt conſecrationem in Chriſti corpus euadit, nomen adhuc Antitypi, figuræ & imaginis retinere queat. Negat imaginum defenſor; affirmat verò Iconoclaſta. Sed quomodocunque res ſe habeat, vterque panem conſecratum verè Chriſti corpus eſſe citra dubitationem ſupponit. Quamobrem valde laborandum non eſſe exiſtimauerim, vt imaginum defenſorum ratio & cauſa multis argumentis in hac parte aſſeratur, quâ paulo vehementiùs contendunt. Οτι γὰρ ὁμολογεῖται ὑπὸ τοῦ κόσμου, οὔτε οἱ ἅγιοι πατέρες, ἡ εἰκόνα εἶπον τοῦ ἁγίου πνεύματος ἢ ἱερέως τὸν ἁγιασθέντα θυσίαν, ἀλλὰ αὐτὸ τὸ σῶμα. Καὶ τοῦ μὲν τῆς τοῦ ἁγιασμοῦ τελειώσεως ἀντίτυπα, παῖ τοῦ ἁγίου πατέρων ὠνόμασται. *Nuſquam Dominum, & Apoſtolos, aut Patres, imaginem dixiſſe ſacrificium incruentum, quod per Sacerdotem offertur; ſed ipſum corpus & ipſummet ſanguinem, ante conſecrationem quidem hæc appellaro antitypa ſanctorum Patrum, nonnullis viſum fuiſſe, &c.* Hæc habuit Epiphanius in Synodo 7ª. generali, cuius ſententia doctiſſimis Theologis, iiſdemque multi nominis diſplicuit. *De illo*, inquit Arcudius, *qui in ſeptimo Concilio œcumenico compoſuit confutationem definitionis pſeudoſynodi aduerſus imagines, ſi vocem antitypi aliter interpretatus eſt, & oppoſitum ſenſerit, parum ſollicitus fuit: quamuis enim in multis nobis placeat, hac parte ab eo diſſenti-*

Apud Allat.

Syn. 7. Gen. act. 6. tom. 3.

Lib. 3. Concio.

mus. Putat Arcudius panem & vinum à ſanctis Patribus, etiam poſt conſecrationem appellari ἀντίτυπα, probatque autoritate Clementis Romani, Cyrilli Hieroſolymitani, Gregorij Nazianzeni, & Baſilij. Apprimè igitur diſtinguendum eſt in re qualibet inter id quod principem locum obtinet, & inter illius adiuncta: de his enim ſæpiſſime tanquam minùs præcipuis diſputatur, cùm de primo nulla oritur controuerſia. Itaque locutiones figuræ, imaginis, & Antitypi aliquid mutationis octauo ſeculo apud Græcos accepiſſe facilè conceſſerim; ſed id in rem ipſam, quaſi reuera cum locutionibus, præſentiæ realis perſuaſio, quæ antea non eſſet, inuecta fuerit, refundi non poteſt. Figura & rei ipſius veritas in re Sacramentariâ, etiam autore Caluino, inter ſe non pugnant. Quare munera etiam conſecrata, figuræ, imaginis, & Antityporum nomenclaturam ſeruare poſſunt; imò ſi preſſiùs loquivelimus, neceſſariò ſeruant: quia Sacramentum quodlibet conſtat ſigno viſibili & re inuiſibili. Nimirum Euchariſtia conflatur ex ſpeciebus, & corpore ac ſanguine Chriſti. Iam ad vocabulum antitypi, quod Gabriel ex Liturgiâ Baſilianâ deſumpſit redeamus. Conſtans eſt Græcorum à Damaſceni temporibus ſententia, per hanc vocem munera priuſquàm conſecrata fuerint, à Baſilio denotari. Sed quâ ratione id fieri poſſet, cùm non aſſequerentur Latinorum aliqui, genuinum non haberi Damaſcenum affirmare maluerunt, quàm aliquid ſiniſtri de eo cogitare. *Ex his autem ſequitur*, inquit Arcudius, *totam illam primam periodum antityporum non eſſe ipſius, ſed à ſciolis quibuſdam in ipſius libro aſſutam fuiſſe, vel ex margine in textum irrepſiſſe. Fortaſſis etiam eam aliquis deſumpſit ex illa confutatione, quam recitat quidam Epiphanius in ſeptima Synodo, & in ſcripta Damaſceni inſerait.* Contra verò Cardinalis Beſſarion non ita religioſus erga Damaſcenum, ſe in illius ſententiam ire non poſſe liberè confitetur diſſertatione de Sacramento Euchariſtiæ, & quibus verbis Chriſti corpus conficiatur. *Nunc*, inquit, *ad id quod de Damaſceno opponitur, veniamus. Idem inquit Baſilium munera illa præfiguratiua* (ſic vertit ἀντίτυπα) *corporis & ſanguinis Domini nuncupaſſe, quòd nondum conſecrata eſſent; & tamen hoc verbo vſus eſt Baſilius in compoſitione ſuæ Miſſæ multò poſt verba Domini. Ad hæc reſponſum, primò tanquam filij à Patre veniam poſcimus, ſi duobus propoſitis amicis præferamus veritatem.* Leo Allatius Turrianum & Arcudium, qui Damaſceni verba de præſenti argumento illius codicibus recens aſſuta fuiſſe; non autem ab ipſo profecta ſentiunt, ita perſtringit. *Nos tamen ferè innumeros Damaſceni libros, eoſque antiquiſſimos,* Lib. 3. cap.

multos etiam, qui Damasceni ætatem referebant, vidimus & obseruauimus, & in illis omnibus verba illa, quæ Turrianus vult addita eodem in loco reperimus. Deinde quos consuluerit codices manuscriptos, Vaticanos, Palatinos, & Barberinos recenset. Ac postremò in eos, qui nodos solutu difficiles ita explicant, acriore studio inuehitur. *Hinc concludo*, inquit, *si loca difficilia, & scopulosa, si contortæ sententiæ, atque obscuræ, si quæ ab opinione nostra dissident, & in aliam partem trahuntur ab aduersariis, è libris Patrum expungenda sunt, eaque ab aliis non æquè sentientibus inserta, vel corrupta, vel immutata affirmare vellemus; Deus bone! quota eorum pars integra, qui liber immotus, quæ sententiæ non interciſæ remanebunt? Multa illi vel indulgentes genio, vel occasioni seruientes, vel oppugnandi hæreticos feruore iactati, quandoque etiam, quòd illis ita videretur, scriptis commendarunt, quæ sequiores homines, vel negligunt, vel condemnant, cùm ea probatissimi scriptores in meliorem sensum traducta explicent, vel subdistinguendo explanent.* Ipse tamen existimat duce Cardinale Perronio, hæc Liturgiæ Basilianæ verba χαὶ προσθέντες ἀπίτυπα, quia sunt Aoristi, reddi non debere *proponentes* in præsenti; sed *qui proposuimus* vel *cùm proposuerimus antitypa*, nimirum antequàm fuerit donorum consecratio: mox tamen agnoscit etiam post consecrationem vocem hanc à Basilio vsurpari potuisse, cùm ab eâ non abhorruerint Dionysius Areopagita, Origenes, Eusebius, Ioannes Chrysostomus, Theodoretus, & alij, qui munera consecrata typos adhuc, symbola, figuras, & imagines appellant. *Tot Patres*, inquit, *& præcipuos Ecclesiæ Doctores malè de Eucharistiæ Sacramento sensisse asserere, & pro vocula ista condemnare impium est, ac nefarium.* Hæc quidem ex rei ipsius veritate pronuntiauit Allatius; sed non ad mentem Philadelphiæ Antistis, & ex sententiâ Iunioris Græciæ; quæ vt iam animaduertimus, consecrationis formam, non in verbis solùm Dominicis, sed & in ea quæ consequitur precatione constituit. Quare cùm in Liturgiâ Basilij verba illa *proponentes antitypa*, eiusmodi precationis nondum absolutæ primam partem occupent, mirum videri non debet, si Græci recentiores qui diuersa planè à Latinis ea de re sentiunt, Basilij verba de sanctis muneribus nondum consecratis intelligenda censeant. In eo tamen vetustatis Ecclesiasticæ minùs peritos se se ostendunt, quando vocabula figuræ, typi, imaginis, antitypi, & similia de pane iam consecrato nullatenùs dici posse existimant. Pariter & ex Latinis plus æquo religiosiores videntur, qui panis & vini symbola post consecrationem figuræ nomen retinere non posse arbitrantur, cùm vox ista in Tertulliani, Ambrosij, & aliorum Pa-

Digitized by Google

trum Scriptis haud infrequenter reperiatur. Noui quidem particulam *αἰτί* apud Græcos ita oppositionem notare, vt simul exæquationem & similitudinem arguat; quo pacto Aristoles Rhetoricam suam ab hisce verbis orditur, *ἡ ῥητορικὴ ἔστι ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ*, *Rhetorica est similis Dialecticæ*; & hoc sensu *ἀντίτυπον* non modò figuram in Patribus Græcis, sed remipsam, siue ipsum Christi corpus significabit: Verum Doctores Catholicos semper à figuræ nomine refugere; quia Caluiniani homines ex eo fidei Orthodoxæ malignè insidiantur, consentaneum non est. Theologi si quidem, quibus veritate nihil est antiquius, non solùm priscæ fidei, sed & vocabulorum, quantum fieri potest, velut experientissimi magistri, tenaces esse debẽt. Hac arte mutua communio & Ecclesiarum vnitas conseruatur: modò tamen vocum ambiguitas, quæ incautos posset decipere, tollatur. Si figuræ, imaginis, antitypi, & alia eiusdẽ naturæ vocabula, quę Patrũ ætas agnouit, nostrâ etiam sæpius vsurparemus, pleraque argumenta Caluinianos homines deficerent; quippe quæ vix aliunde quàm ex typi, figuræ, & imaginis vocibus, quæ imperitæ multitudinis terriculamenta sunt, accersita fuerint.

12. *Latriæ cultu adorandum monet.* Gabrielis verba de corporis & sanguinis Christi in Sacramento Eucharistiæ adoratione, non modò apertè nobiscum faciunt, sed & Claudij causam & argumenta penitùs euertunt. De summo Latriæ cultu agitur, quo Christum symbolis Eucharisticis præsentem Ecclesia Romana afficit. Hunc iisdem symbolis, à Græcis denegari Claudius libri 3. capite 7. prolixè contendit & primò diuersas adorationis distinctiones quibus sibi viam effugij muniat, statuit, quas haud inuiti recipimus. Censet igitur apprimè distinguendam esse inferiorem, quæ rebus creatis defertur adorationem, ab eâ, quæ summa est, & vni Deo infinitatis suæ ratione debetur; sicut & absolutam ab eâ, quæ est ad aliud, & relatiua dicitur; ac demum interiorem ab externâ. Verùm Gabriel, quasi editâ operâ Claudio responsionem parasset, gentem suam non interiori; sed suprema eâdemque absolutâ, non quæ sit ad aliud, cùm internâ, tum externâ adoratione Eucharistiam prosequi, verbis apertissimis testatum reliquit. Cultum qui sanctis muneribus defertur nondum consecratis, ab eo quo eadem munera iam consecrata donantur, verbis *προσκυνήσει* & *λατρεύσει* distinguit. Primum videlicet cultum nomine simplicis venerationis denotat; secundum autem per veram quæ Latriæ est, & quam summam Claudius appellat adorationem; & vtraque

apud

Digitized by Google

apud ipsum ad dona sancta & transubstantiata refertur. Similiter adorationem ritus, & externam non minùs apertam facit, locumque ipsius Liturgiæ, quæ hanc adorationem exprimit, manifestè indicat, vbi eiusdem Liturgiæ clausulas, quæ inter adorationem donorum ante & post consecrationem proferantur, declarat. Cùm munera sancta, inquit, à mensâ propositionis ad maius siue sacrificij altare deferuntur, qui huic ceremoniæ interfunt, acclamant μνήσθητί μου κύριε ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, *memento mei Domine in regno tuo.* At cùm eadem dona transubstantiata sunt, tunc Sacerdos stans ad portas Sanctuarij clamat altâ voce: Μετὰ φόβου πίστεως καὶ ἀγάπης προσέλθετε· καὶ τότε ἕκαστος ὑ λέγει, μνήσθητί μου κύριε ὁ τῇ βασιλείᾳ σου, ἀλλὰ πιστεύω κύριε, ὅτι σὺ εἶ ὁ Ιησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. *Cum timore, fide & caritate accedite. Et tunc quisque non dicit, memento mei Domine in regno tuo: sed credo Domine te esse Iesum Christum Filium Dei viui, qui venisti in mundum, seruaturus peccatores, quorum primus ego sum.* Claudius rogat tempus, quo Græci dum sacrificium peragitur, Eucharistiam Latriæ cultu adorent. Sacerdos referente Gabriele innuit, & populum λαπρεύειν νυθετῆ, siue de adorandis muneribus sanctis, quæ in Christi corpus & sanguinem euaserunt, commonet. Tam illustre hominis Græci, de Gentis suæ ritibus testimonium Claudius nunquam eludere poterit; etsi omnes ingenij sui & industriæ neruos contendat. Arcudius locum & tempus Græcorum adorationis sedulò annotauerat; sed ille, inquit Claudius, *contemni debet, quia ex anteceptâ opinione loquitur, & sententiam fert de re sibi non compertâ, siquæ fides habeatur Goaro, Arcudius Græcus Græcorum rituum, vt qui puer decennis in Italiam aduenit, parum peritus.* Sed ista exceptio non valet, neque applicari potest Gabrieli, qui & ipse Græcus, & Archiepiscopus, aliis Græcis in ritibus præpositus & ductor præiuit. Arnaldus pro astruenda eadem adoratione, verba Liturgiæ Græcæ quæ habentur in rubricâ εἶτα προσκυνεῖ ὁ ἱερεὺς καὶ ὁ ἀμφίκονος, *deinde adorat Sacerdos & Diaconus*, produxerat. Sed Claudius qui præsentem controuersiam subtilitatibus suis potius obscurare, quàm illustrare nititur, respondet hanc adorationem ad Deum ipsum referri: quia tunc cùm adorant, vt habet codex Liturgicus apud Goarum, dicunt. Ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, *Deus propitius esto mihi peccatori. Vox* θεῦ, inquit, *in Goari exemplari reperitur, non verò* κύριε: *quasi verò* & ipse Christus Deus non esset, & illum Dei nomine compellare non possint. Negat quidquam huiusce adorationis in Liturgiæ contextu

Pag. 112.

haberi, & vt ſimplicioribus fucum faciat, objicit Arnaldum dimidiata eiuſdem Liturgiæ verba adduxiſſe, ne pugnantia locutus fuiſſe videretur; ſed iniquè prorſus fidem illius accuſat. adoratio ſiquidem in paucioribus Liturgiæ verbis ſic expreſſa eſt, vt nullam dubitationem reliquam faciat. Sacerdotis, Diaconi, & populi adorationes, vnà cum hoſtiæ eleuatione in rubricâ annotantur. Diaconus, cum adeſt tempus adorationis, exclamat, vt omnes huic perquàm attentiſint. Iterum inter Communionem, qui ad eam accedunt, fidei ſuæ confeſſione edita, Chriſtum verè Symbolis præſentem, vt optimè Gabriel annotauit, adorant, non ſimplici adoratione, & quæ ſit ad aliud præter Symbola, ſed Latriæ, & abſolutâ. Διὸ καὶ ὁ μόνον, inquit idem Gabriel de pane tranſubſtantiato, προσκυνεῖται, ἀλλὰ καὶ λατρεύεται καὶ πίστεις ὑπὸ πάντων τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν κυρίως εἶναι σάρκα Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, εἰ καὶ τὰ συμβεβηκότα σώζεται αὐτῷ. *Ideo non ſolùm adoratur; ſed Latriæ cultu adoratur, & creditur ab omnibus Orthodoxis Chriſtianis propriè eſſe caro Chriſti Dei noſtri; etſi accidentia remaneant &c.* Præterea non ampliùs abſolutam, quæ ad dona iam conſecrata refertur adorationem ex illius comparatione, quæ eadem munera nondum conſecrata, & volumen euangeliorum reſpicit, obſcurare poterit: vtramque enim Gabriel verbis apertiſſimis diſtinguit, & vtramque, vt legitimam tuetur: ἄλλο, inquit, ἔγκος ἄρτος, καὶ ἄλλο μετασκευάσμενος, *aliud eſt* inquit, *panis ſanctus, & aliud panis tranſubſtantiatus.* Nimirum ille προσκυνεῖται μόνον, *ſimpliciter adoratur*; hic verò λατρεύεται, *Latriæ cultu adoratur.* Gabrieli ſuccenturiant Simeon Theſſalonicenſis, Nicolaus Cabaſilas, aliique Scriptores Græci, ij præſertim, qui Commentariis ſuis Liturgiam illuſtrarunt. Sed Claudius mira arte Simeonis autoritatem aſpernatur, quia ſcilicet illius teſtimonium Arnaldus ex Leone Allatio homine ſupra quàm credibile eſt, inquit, Curiæ Romanæ addicto deſumpſit. Vili apud Claudium veneunt malæ fidei accuſationes. Plerique iunioris Græciæ libri ex Vaticanâ, Barberinâ, aliiſque Bibliothecis, operâ ac ſtudio Leonis Allatij lucem adſpexerunt: hos omnes mortalium κριτικώτατος Claudius ὠθελίζει, & vt ita dicam, iugulat, quòd ab Eccleſiæ Romanæ Bibliothecario publici iuris facti fuerint. Sed iam Græcè & Latinè apud Ioannem Morinum, & Iacobum Goar, loquitur Simeon Theſſalonicenſis. Liber illius de Sacramentis in Bibliotheca Vaticana aſſeruatur, & huic exemplari illud debemus, quod doctiſſimus Morinus in commentarios de Sacris ordinationibus & pœnitentiâ tranſtulit. Eiuſdem Morini epiſtolam

Digitized by Google

ad Leonem Allatium præ manibus habeo, quâ eum rogat vt quæ excerptis ſuis deerant ex codice Vaticano, quem integrum exſcribere non licuerat, ſuppleret. Cùm igitur pleraque Simeonis ſcripta iam in vulgus edita fuerint, aliaque haud dubiè lucem aſpectura ſint: fieri ne potuit, vt falſa & ſuppoſititia pro veris & germanis Allatius produceret? Tam in editis, quàm in fragmentis, quæ protulit Allatius, idem omnino orationis genus, & dicendi character conſpicitur. His accedit Gabrielem ſæpius Simeonis verba deſcribere. Nunc ad Cabaſilam teſtem in præſenti materiâ locupletiſſimum nos conuertamus. Nicolaus Cabaſilas expoſitionis Liturgiæ capite 39. quod extat de Fidelibus, qui vocantur ad Communionem, ita loquitur. *O δ' ἱερεὺς μεταδιδοὺς τῶν ἁγιασμάτων τοῖς τὸ πλῆθος ὑπηρέτηται, καὶ δίζας τὰ ἄκρα, καλεῖ τοὺς μεταδοθῆναι βουλομένους, καὶ προσίεσθαι κελεύει μετὰ φόβου θεοῦ, καὶ πίστεως, μήτε καταφρονοῦντας ἀφ' ὧν φαίνεται, μήτε ὑπὲρ δύναμιν ἀφ' ὧν λόγον εἶναι τὸ πιστεύεσθαι· ἀλλ' ὑπερεκπλήττοντας τῷ ἀξίᾳ αὐτῶν, ὡς εἰς ζωὴν αἰώνιον ἅπασι τοῖς μεταλαμβάνουσι, πιστεύοντας προσίεται. αὐτὸς δὲ τῷ εὐλαβείᾳ ὑπεδεικνύμενος καὶ τῷ πίστει, καὶ προσκυνοῦσι, καὶ εὐλογοῦσι, καὶ θεολογοῦσι τὰ αὐτοῖς νόμιμα Ἰησοῦ. Sacerdos autem iam particeps ſanctificationum ad multitudinem conuertitur, & oſtenſis ſanctis, vocat eos, qui* earumdem *participes eſſe voluerint, & iubet vt accedant cum timore Dei ac fide, neque deſpicientes ob id quod apparet, neque dubitantes, eò quòd rationem ſuperet quod creditur: ſed cognitâ illarum dignitate, vt pote quæ ſint vitæ æternæ cauſæ ſuſcipientibus, credentes accedant. Illi autem pietatem fidemque oſtendentes, & adorant, & benedicunt, & Deum prædicant, quem in illis cognoſcunt Ieſum.* Perfectè & in omnibus Cabaſilas cum Philadelphienſi Antiſtite conſentit. Primò enim Sacerdotem refert, populum ad Communionem Sacro-ſancti corporis Chriſti conuocantem, deinde adorationis, ac poſtremò fidei confeſſionis, quâ Chriſtus Symbolis præſens, vt Deus agnoſcitur, peræque meminit. Hæc enim apertè verbis iſtis declarat Cabaſilas: *Καὶ προσκυνοῦσι, καὶ εὐλογοῦσι, καὶ θεολογοῦσι τὰ αὐτοῖς νόμιμα Ἰησοῦ*, quorum autoritate premi ſe dum ſentit Claudius, Gallicam Arnaldi interpretationem vellicat. *Cabaſilas*, inquit, *de donis loquitur, & ait Fideles adorare, benedicere, & celebrare Ieſum Chriſtum, qui in iis intelligitur, Gallicè, qui eſt entendu en eux.* Vim igitur facit in verbo νόμιμα, & ait. *Neminem latet, niſi quem penitus fugiunt ſcriptorum dicendi formulæ* τὸ νόμιμον, vel τὸ νομικὸν, *cùm de Symbolis agitur, ſignificare obiectum ſpirituale, & myſticum, quod per Symbolum exterius exhibetur. Chriſtus itaque ex Cabaſilæ ſen-*

tentia, quem dona exhibent, adoratur, non verò ipſamet dona. Sed grauiſſimè hallucinatur non' aſſecutus aliud eſſe loqui de Symbolis συμβολικῶς, ſiue de Sacramentis, ratione Symbolica, & aliud de iiſdem ſimpliciter, & non Symbolicè ſermonem inſtituere. Verum quidem eſt Liturgiæ Græcæ Expoſitores, haud infrequenter Sacramentum Euchariſtiæ modo Symbolico attingere; & tunc τὸ νοούμενον, & τὸ νοητὸν eo ſenſu, quem contendit Claudius, ritè vſurpari non inficias ierim. In præſentiautem negotio Cabaſilas de re ipſa communionis, verè, nec vllatenus myſticè loquitur; adeoque τὸ νοούμενον Ιησοῦ, iuxta verbi illius proprietatē debet intelligi: & id ratio contextus apertè declarat: nam τὸ νοούμενον opponitur τῷ φαινομένῳ, ſeu quod intellectus aſſequitur in Symbolis, ei quod apparet. Quippe Cabaſilas, vt populi reuerentiam erga tantum myſterium excitet, iubet vt accedant μετὰ φόβου θεοῦ καὶ πίστεως, *cum timore Dei & fide*; neque τὸ φαινόμενον, *quod apparet* contemptui habeant. Quare ſtatim ſubjicit Fideles nulla rei externæ, quæ conſpicitur, ratione habitâ τοῦ νοούμενον τὸ αὐτοῖς Ιησοῦ, *Ieſum quem donis ipſis ineſſe intelligunt*, adorare. Quo ſenſu Cyrillus libro primo contra Iulianum aſſerit ex neceſſitate interitui ſubiacere τὸ ἐν γενέσει νοούμενον, *quod generatum concipitur.* Nimirum fides & intellectus in Euchariſtiæ Sacramento id percipiunt, quod oculis aliiſque ſenſibus denegatur, Idcirco qui ſacro-ſanctum Chriſti corpus ſuſcepturi ſunt, fidei confeſſionem edunt, quâ Chriſtum in Symbolis, veluti deliteſcentem vt Deum adorant, καὶ προσκυνοῦσι καὶ ὑμνολογοῦσι καὶ θεολογοῦσι τὸ αὐτοῖς νοούμενον Ιησοῦν, *& adorant*, inquit Cabaſilas, *& benedicunt, atque vt Deum celebrant, quem in iis intellectu percipiunt Ieſum.* Hæc autem *vt Deum* Claudius dum Arnaldo non ſecus ac maligno interpreti detrahit, falſâ & ſubdolâ interpretatione, Græcorum fidei inſidiatus prætermiſit. Ille tamen eſt, ſi fidem ipſi habeamus, quem Scriptoris cuiuſlibet ſtilus non fugiat. θεολογεῖν verò ibi non ſimpliciter *celebrare*, vel *laudare*, vt ipſe vertit, ſignificare, manifeſtè docet Liturgiæ locus quem exponit, in quo illa fidei confeſſio, quam modò obſeruauimus, exprimitur, & ad eam verbo θεολογεῖν haud dubiè alludit. Denique quod nullam prorſus dubitationem reliquam facit, Cabaſilas eiuſdem libri capite 24. adorationem illam, cuius meminit capite 39. ad Chriſti corpus ſub panis ſpecie deliteſcens neceſſariò referendam eſſe demonſtrat. Ibi enim de donorum ingreſſu, quem ſupra fuſiùs expoſuimus, ſermonem inſtituens magnum illum honoris, ac

Digitized by Google

cultus apparatum, qui muneribus nondum conſecratis defertur minus probat, & detecta illius origine, reformandum eſſe exiſtimat, ne videlicet dona, quæ nondum in Chriſti corpus & ſanguinem tranſierunt, ea adoratione afficiantur, quæ illis iam conueniſſis & tranſformatis competit. Εἰ δέ τινες τῶν προσαποβάντων εἰσιόντι μετὰ τῶν δώρων τῷ ἱερεῖ, ὡς σῶμα Χριστοῦ καὶ αἷμα τὰ κομιζόμενα δῶρα προσκυνῶσι, καὶ προλέγονται, ὅπ τῆς εἰσόδου τῶν προηγιασμένων δώρων ἐπαπτήσαν, ἀγνοήσαντες τὴν διαφορὰν τῆς ἱερουργίας ταύτης καὶ ἐκείνης. αὐτὴ μὲν γὰρ ὁ παύτη τῇ εἰσόδῳ, ἄθυτα ἔχει τὰ δῶρα, καὶ οὔπω τετελεσμένα· ἐκείνη δὲ, τέλεια καὶ ἡγιασμένα καὶ σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ. *Si qui autem eorum qui Sacerdotis cum muneribus ingredientis pedibus aduoluuntur, dona quæ deferuntur, adorant, & alloquuntur, ab ingreſſu donorum præſanctificatorum decepti fuere, huius & illius actionis ſacræ differentiam ignorantes. Illa enim quæ eſt in ipſo ingreſſu, dona habet non ſacrificata, & nondum perfecta; hæc verò, perfecta & ſanctificata, & Chriſti corpus ac ſanguinem.* Vtraque igitur donorum adoratio ex Cabaſilæ ſententia abſoluta eſt, & ad dona refertur, cum eo ſolùm diſcrimine, quòd in donis nondum conſecratione perfectis, Chriſti corpus & ſanguis minimè exiſtant, contra verò iiſdem inſint poſt conſecrationem. Ne autem vterque cultus ratione præpoſtera confundatur, conſultò diſcrepantiam, quæ inter hunc & illum intereſſe debet, annotauit. Id autem inprimis animaduerſione dignum eſt, quòd hic Cabaſilas, vt & alij Scriptores Græci paſſim, *ſanctificari, perfici, & fieri Chriſti corpus ac ſanguinem*, veluti dictiones ſynonymas vſurpet. Parcam recenſendis compluribus eiuſdem Cabaſilæ teſtimoniis: noui ſiquidem non pauca in ſenſum myſticum facillimè adduci poſſe. Hoc enim potiſſimùm ſibi proponunt Liturgiæ Græcæ explicatores, vt ea inprimis, quæ Symbolica ſunt, exponant, & vniuerſam myſteriorum Chriſti, Paſſionis videlicet, Reſurrectionis, & Aſcenſionis œconomiam, ac diſpoſitionem illuſtrent. Quia tamen quod myſticum eſt atque Symbolicum, rei ipſius veritatem tanquam fundamentum ſupponit; hinc perſæpe oritur, vt id quod eſt in myſterio, vt ita dicam reale & phyſicum, inde quoque hauriri poſſit. Nemo autem, ſi paulo fuerit cordatior, nihil in eiuſmodi Scriptoribus præter ſymbola reperiri concludet; quia ſæpius illa confectantur: ſed ex illorum officio ac fine, de vniuerſo opere eiuſque forma iudicium feret. Ita vt alios fileam, Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus ἱστορίαν ἐκκλησιαστικὴν καὶ μυστικὴν θεωρίαν, *hiſtoriam Eccleſiaſticam & myſticam theoriam*, ſiue contemplatio-

nem inſcripſit opus, quod in Liturgici codicis expoſitionem adornauit.

Nunc refellenda eſſent ea quæ Claudius longâ teſtium ſerie adueršus Sacramenti Euchariſtiæ adorationem contexuit: ſed iam muneris iſtius partes executi fuimus, vbi de ſolenni donorum ingreſſu actum eſt. Iuuat in præſentia partem Liturgiæ Græcæ, quæ ad Symbolorum adorationem pertinet, ex Syrica Neſtorianorum quæ nondum lucem aſpexit, illuſtrare. In Miſſa Apoſtolorum quæ Theodorianæ & Neſtorianæ præmittitur, finita Spiritus ſancti inuocatione, quæ ex Orientalium ſententia conſecrationem perficit, ſtatim illa gratiarum actionis laudiſque formula ſequitur.

Ex cod. Mſ. Neſt.

כד מסקינן השבוחתא ואיקרא ותודיתא וסגדתא לשמך חיא וקדישא ומחינא השתא ובכל זבן ולעלם עלמין׃

Referimus gloriam, & honorem, & gratiarum actionem, & adorationem nomini tuo viuo & ſanctò ac viuificò, nunc & omni tempore, & in ſeculum ſeculorum.

Deinde vno eodemque tenore partim in contextu, & partim in rubricâ hæc leguntur.

ורשם על ארוא ועינין אמין וסגד כחנא ונשק לסדבתא במצעתא קרמיתא וכן לתריהון נבא רימינא ודסמלא׃

Et conſignat myſteria, & reſpondent, amen. Et adorat Sacerdos & oſculatur medium altaris primùm, deinde duo eius latera dextrum, & ſiniſtrum.

Tertiò ſe ipſum thure donat, precationemque huic ceremoniæ idoneam profert, qua enuntiata, mox hæc ſubijciuntur.

ותובשקל מן עטרא בתרהיהין אידוהי ומעטר עלארוא ואמר מקרב לך מרן ואלהן׃

Atque iterum ſumit ex thure ambabus manibus ſuis, & thure honorat myſteria, ac dicit: offero tibi Domine noſter, ac Deus noſter, &c.

Proſtremò, vt in rubrica annotatur, poſtquàm orationem hanc ter pronunciauit.

פכר אידוהי על חריה בטופסא דצליבא ונשק במצעתה דמרבחא וכן נסב בתרתיהין אידוהי לבוכרא עליא והאר לעל ואמר תשבוחתא לשמך קדישא מרן ישוע משיחא וסגרתא למרוהך בכלערן לעלמין אמין לחמא ניר היא ומחינא דנחת מן שמיא ויהב חיא לעלמא׃

Iungit manus ſuas ſupra pectus ſuum in formam crucis, & oſculatur medium altaris. Deinde ſumit ambabus manibus ſuis hoſtiam elatam, ac ſurſum reſpiciens dicit. Gloria nomini tuo ſancto, Domine noſter Ieſu Chriſte, & adoratio Majeſtati tuæ omni tempore in ſecula, amen. Panis enim viuus & viuificus qui deſcendit è cælo & confert vitam mundo.

Et mox vti præfert rubrica ונשק לבוכרא צליבאי׃ *oſculatur hoſtiam in formam crucis*, & dicit.

שובחא לך מרי שיבחא לך מרי
עלאפי טוהבתך דלותן ולא מתכל-
לא לעלמין׃

Gloria tibi Domine, gloria tibi Domine, propter donum tuum erga nos ineffabile in secula.

Andreas Masius cuius opera Liturgia S. Basilij ex codice Ms. lingua Syrica exarato Latina ciuitate donata est, quæ sit apud Syros hostiæ eleuatio ad oram interpretationis suæ ita retulit. *Hîc* (nimirum vbi Sacerdos panem Eucharisticum fregit) *Sacerdos defractam hostiæ particulam demittit in sanguinem Christi, in calicem, ac deinde patellam cum corpore Christi sustollit, & veluti ostendit populo; cæteroqui Syri non eleuant nudum corpus Christi, vt Romani: hæc mihi rescripsit meus præceptor Syrus Moses Mardenus.* Sed quacunque ratione Christi corpus & sanguis sursum efferatur, minimè refert. Aberat quidem ritus ille à codice Syrico, quem Masius Latinum fecit: Sed in eo non secùs atque in aliis bene multa desunt, quæ partim ex libro ministri, partim ex ea Liturgia quæ Liturgici codicis frontem occupat supplenda esse, res ipsa demonstrat. Ita sæpius in Missa Ms. Nestorij indicatur Missa Apostolorum, & in Missali Maronitico S. Xysti anaphora, quæ cæteris præmittitur, iisdem longè prolixior est, quòd integra describatur. Iuuat & ipsam adorationis ceremoniam qualis in Chaldaico Maronitarum Missali exhibetur, in sermonem Latinum conuertere. Primò itaque post recitatam orationem Dominicam Diaconus acclamat.

ארכנו רישיכון קדם אלהא מרחמנא וקדם מדבחה מחסינא וקדם פגרה ודמה דפרוקן׃ *In lib. min. Mar.*

Incluate capita vestra coram Deo misericordiarum, & coram altari eius propitiatorio, & coram corpore & sanguine Seruatoris nostri, &c.

Deinde Sacerdos gratiam pro vniuerso conuentu deprecatur, simulque pacem; & in laudes Trinitatis se se effundit. Tum Diaconus iterum acclamat.

כל נש בדחלתא וכרתיתא לות אלהא נחור ורחמא וחננא מן קריא נשאל׃

Quisque cum timore & tremore ad Deum respiciat, & Domini misericordiam atque clementiam deprecetur.

In S. Xysti anaphorâ Missale hæc præfert.

כהנא נסב לפגרא על אידוהי ואמר קריש קריש קריש מריא אלהא חילהנא צבאות דמלין שמיא וארעא מן תשבחתך אתהרים עלשמיא אלהא ועל כלה ארעא איקרך לותך אריכת עיני עמורא דשמיא׃

Sacerdos sumit corpus intra manus suas, & dicit. Sanctus, sanctus, sanctus es Dominus Deus potens exercituum. Pleni sunt cæli & terra gloria tua. Exaltatus es supra cælum Deus, & super vniuersam terram honos tibi defertur. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælo, &c.

Paucis interiectis, claudit hanc

precationem per hæc verba אתדכרני מרי מאדאתא אנת במלכותך, *Memor esto mei Domine, cùm veneris in regnum tuum*: & statim Sacerdos.

ומזיח לפגרא ומעלא לה תליתא קודשא לקדישא בשלמותא ובדכי ותא ובקדישותא מתיהבין׃

Mouet corpus, & illud eleuat. Sublata voce (ait.) Sancta sanctis imperfectione & benedictione atque sanctificatione tribuuntur.

Tum in ore omnium simul gloria sacro sanctæ Trinitatis resonat. Deinde.

כהנא מזיח לכסא ואמר אין מרי בשרא ושריראית היכנן ומהימנינן בך איך דהימנת בך עדתא קדישתא קאתוליקיתא׃

Sacerdos mouet calicem, ac dicit. O Domine (siue ita Domine) in veritate & verè credimus. Et credimus in te, sicuti credit in te Ecclesia tua sancta Catholica, &c.

Aliquot postea interiectis, vbi deuenitur ad corporis & sanguinis Christi distributionem Sacerdos.

ומתפנא לות עמא ואחתם להון ואמר עבדיך וסנודיך דמסכין למוה בתך דחיא חתום אנון בצליבך׃

Conuertit se ad populum, & illum consignat, dicitque seruos tuos & tui adoratores qui sperant donum tuam vitæ consigna cruce tua, &c.

Similiter Ioannis Patriarchæ cognomento Barsusan anaphora, hanc populi ad communionem accedentis, adorationis formam exhibet. Sacerdos ita gratiam Dei supplex illi deprecatur.

אנן מריא ימינך על ענך מלילתא דמסכיא לפסב פגרה ודמה דיחידיא ברא דילך וקדש לפגרא ונפשתא דכנודיך ונהוון לן ראזיך אלהיא לחוסיא ולא לקוטרנא׃

Emittas Domine, dexteram tuam super oues rationales, quæ acceptæ sunt corpus & sanguinem vnici Filij tui, & sanctifica corpora & animas eorum, qui te adorant, sintque ipsis mysteria tua diuina in propitiationem, non verò in accusationem.

Eadem ferme legere est in S. Eustathij anaphora: sic enim orat Sacerdos inter donorum distributionem.

קדש מרי לנפשתא ופגרא דהנון דקדמיך רכינין איכנא דקדישאית בראזא הלין קדישא נשתותף׃

Sanctifica Domine, corpora & animas eorum qui stant coram te incuruati, vt sancte mysteria ista participemus.

In anaphora quæ nomen duodecim Apostolorum præfert, hanc orationem alta voce Sacerdos enuntiat.

ברך מריא לעמא דילך מהימנא דקדמיך רכין ושוב לכלן מן נכיא ואשוא לן דבראוא אלהיא דדכיאית וקדישאית נשתותף ונתחמא ונתקדש בהון׃

Benedic Domine populum tuum fidelem, qui coram te incuruatus est, & eripe nos omnes à fraudibus, & concede nobis vt mysteriorum diuinorum purè & sanctè simus participes,

Digitized by Google

& in illi propitiationem ac ſanctitatem conſequamur.

Denique in ſecunda S. Petri Anaphora, poſtquàm Diaconus acclamauit: Inclinate capita veſtra, Sacerdos ipſe incuruatus ait.

קדמיך מריא אלה וקדם מדבחך
מחסינא וקדם פגרה ודמה דכרך
חביבא מרן ישוע משיחא מרכנין
רישין וכיפין צורין וסגדין לתלי־
יותא׃

Coram te Domine Deus, & coram altari tuo propitiatorio, & coram corpore & ſanguine filij tui dilecti Domini noſtri Ieſu Chriſti, inclinamus capita, cerniceſque incuruamus: & adoramus Trinitatem &c.

His omnibus accedit ſpecialis ritus Eccleſiæ Maroniticæ, qui Chriſtum Symbolis præſentem, ſtatim atque conſecratio peracta eſt, denotare videtur. Quippè cancelli quibus altare ſacrificij concluditur, vbi Sacerdos ad conſecrationem peruenit, obducuntur velis, ne cadant myſteria in Laicorum conſpectum, quæ venetabundi in ſilentio adorant. Nouì quidem quid ad hæc reſponſurus ſit Claudius: Nimirum id omne quod ex Liturgiarum contextu productum eſt, non tam ad Chriſtum Symbolis præſentem duci, quàm ad ipſummet Deum: Trinitas videlicet adoratur, filijque Maieſtas. Verùm vt hæc ex parte vera eſſe lubens agnoſco; ita nemo inficias ierit partem ſupremi illius cultus ſanctis muneribus deferri. Eadem planè eſt Syricarum Liturgiarum atque Græcarum ratio. In his vt & in illis Trinitas laudatur, Filijque diuinitas agnoſcitur: quippe tunc Fideles perſuaſionis ſuæ confeſſione edita, germanos ſe Eccleſiæ Catholicæ filios palam & coram omnibus profitentur. Panis ſiquidem iſte filiorum, non canum, cibus eſt. Præterea Chriſtum tam in cœlis, quàm in Symbolis quærunt. Si verò interdum Symbolorum non fit mentio, illud in euerſionem cultus, quem abſolutum vocat Claudius, trahi nequit: cùm ex vnius partis affirmatione, negatio alterius malè deducatur. Ita Autor libelli qui ſub nomine* Exercitij ſpiritualis dum celebratur Miſſa, habetur editus in Gallico Eccleſiæ & Virginis officio, abſolutam de qua nunc agitur, adorationem ex eo non improbat, quòd relatiuam duntaxat verbis ſuis adſtruere videatur.* *Cùm in altum*, inquit autor iſtius officij, *Chriſti corpus tollitur (dicas) te adoro in crucem ſublatum, in iudicio generali, & ad dexteram Patris æterni.* Ponderanda ſunt omnia, neque ex vno & altero, ſed ex

* *Exercice ſpirituel durant la ſaincte Meſſe.*

* *A l'eſleuation du corps de Ieſus-Chriſt. Ie vous adore eleué en la croix, au iugement general, & à la dreite du Pere eternel.*

Digitized by Google

precationem per hæc verba

אתדכרני מרי כאדאתא אנת בבלכותך, *Memor esto mei Domine, cùm veneris in regnum tuum*: & ſtatim Sacerdos.

ומזיח לפגרא ומעלא לה תליתא קודשא לקדישא בשלמותא ובדכי ותא ובקדישותא מתיהבין:

Mouet corpus, & illud elenat. Sublata voce (ait.) Sancta ſanctis imperfectione & benedictione atque ſanctificatione tribuuntur.

Tum in ore omnium ſimul gloria ſacro ſanctæ Trinitatis reſonat. Deinde.

כהנא מזיח לכסא ואמר אין מרי בשרא ושריראית היסנן ומהימנין בך איך דהימנת בך עדתא קדישתא קאתוליקיתא:

Sacerdos mouet calicem, ac dicit. O Domine (ſiue ita Domine) in veritate & verè credimus. Et credimus in te, ſicuti credit in te Eccleſia tua ſancta Catholica, &c.

Aliquot poſtea interiectis, vbi deuenitur ad corporis & ſanguinis Chriſti diſtributionem Sacerdos.

ומתפנא לות עמא ואחתם להון ואמר עבדיך וסנודיך דמסכין למוד בתך דחיא התום אנון בצליבתא:

Conuertit ſe ad populum, & illum conſignat, dicitque ſeruos tuos & tui adoratores qui ſperant donum tuum vitæ conſigna cruce tua, &c.

Similiter Ioannis Patriarchæ cognomento Barſuſan anaphora, hanc populi ad communionem accedentis, adorationis formam exhibet. Sacerdos ita gratiam Dei ſupplex illi deprecatur.

אנן מריא יתינך על ענך מלילתא דמסכיא למסב פגרה ודמה דיהודיא ברא דילך וקדש לפגרא ונפשתא דסגודיך ונהוון לן ראזיך אלהיא לחוסיא ולא לקוטרנא:

Emittas Domine, dexteram tuam ſuper ones rationales, quæ acceptæ ſunt corpus & ſanguinem vnici Filij tui, & ſanctifica corpora & animas eorum, qui te adorant, ſintque ipſis myſteria tua diuina in propitiationem, non verò in accuſationem.

Eadem ferme legere eſt in S. Euſtathij anaphora: ſic enim orat Sacerdos inter donorum diſtributionem.

קדש מרי לנפשתא ופגרא דהנון דקדמיך רכינין איבנא דקדישאית בראוא הלין קדישא נשתוהף:

Sanctifica Domine, corpora & animas eorum qui ſtant coram te incuruati, vt ſanctè myſteria iſta participemus.

In anaphora quæ nomen duodecim Apoſtolorum præfert, hanc orationem alta voce Sacerdos enuntiat.

ברך מריא לעמא דילך מהימנא דקדמיך רכין ושוב לכלן מן נביא ואשוא לן דבראוא אלהיא דדכיאית וקדישאית נשתוהף ונתחסנא ונתקדש בהון:

Benedic Domine populum tuum fidelem, qui coram te incuruatus eſt, & eripe nos omnes à fraudibus, & concede nobis vt myſteriorum diuinorum purè & ſanctè ſimus participes,

Digitized by Google

& in ils propitiationem ac ſanctitatem conſequamur.

Denique in ſecunda S. Petri Anaphora, poſtquàm Diaconus acclamauit: Inclinate capita veſtra, Sacerdos ipſe incuruatus ait.

קדמיך מרי אלה וקדם מדבחך
מחסינא וקדם פגרה ודמה דרך
חביבא מרן ישוע משיחא מרגנינן
רישין וכיפין צורין וסגרינן לתלי־
תיותא׃

Coram te Domine Deus, & coram altari tuo propitiatorio, & coram corpore & ſanguine filij tui dilecti Domini noſtri Ieſu Chriſti, inclinamus capita, cerniceſque incuruamus: & adoramus Trinitatem &c.

His omnibus accedit ſpecialis ritus Eccleſiæ Maroniticæ, qui Chriſtum Symbolis præſentem, ſtatim atque conſecratio peracta eſt, denotare videtur. Quippè cancelli quibus altare ſacrificij concluditur, vbi Sacerdos ad conſecrationem peruenit, obducuntur velis, ne cadant myſteria in Laicorum conſpectum, quæ venerabundi in ſilentio adorant. Noui quidem quid ad hæc reſponſurus ſit Claudius: Nimirum id omne quod ex Liturgiarum contextu productum eſt, non tam ad Chriſtum Symbolis præſentem duci, quàm ad ipſummet Deum: Trinitas videlicet adoratur, filijque Maieſtas. Verùm vt hæc ex parte vera eſſe lubens agnoſco; ita nemo inficias ierit partem ſupremi illius cultus ſanctis muneribus deferri. Eadem planè eſt Syricarum Liturgiarum atque Græcarum ratio. In his vt & in illis Trinitas laudatur, Filijque diuinitas agnoſcitur: quippe tunc Fideles perſuaſionis ſuæ confeſſione edita, germanos ſe Eccleſiæ Catholicæ filios palam & coram omnibus profitentur. Panis ſiquidem iſte filiorum, non canum, cibus eſt. Præterea Chriſtum tam in cœlis, quàm in Symbolis quærunt. Si verò interdum Symbolorum non fit mentio, illud in euerſionem cultus, quem abſolutum vocat Claudius, trahi nequit: cùm ex vnius partis affirmatione, negatio alterius malè deducatur. Ita Autor libelli qui ſub nomine * Exercitij ſpiritualis dum celebratur Miſſa, habetur editus in Gallico Eccleſiæ & Virginis officio, abſolutam de qua nunc agitur, adorationem ex eo non improbat, quòd relatiuam duntaxat verbis ſuis adſtruere videatur. * *Cùm in altum*, inquit autor iſtius officij, *Chriſti corpus tollitur (dicas) te adoro in crucem ſublatum, in iudicio generali, & ad dexteram Patris æterni.* Ponderanda ſunt omnia, neque ex vno & altero, ſed ex

* *Exercice ſpirituel durant la ſaincte Meſſe.*

* *A l'eſleuation du corps de Ieſus-Chriſt. Ie vous adore eleué en la croix, au iugement general, & à la dreite du Pere eternel.*

ſingulis ſententiam ferre debemus. Si quid paulò durius minúſque placitis noſtris conſentaneum videatur, ſtatim illud reticendum non eſt, vel ſubdola interpretatione obſcurandum; ſed in illius originem accuratiùs inquirendum erit. Similiter neque ea ex quibus aliquid præſidij doctrinæ noſtræ accedit, acriori contentione vrgenda ſunt. Ità licet nihil omnino cultus exterioris quo munera conſecratione perfecta afficiuntur in Liturgiis Orientalibus appareret, illorum adoratio adhuc ſarta tecta & integra eſſet. Norunt eruditi recentiſſimum eſſe illum, qui nunc apud Latinos omnes obtinet, ritum, quo Sacerdos ſtatim poſt Symbolorum conſecrationem, eadem ſuſtollit & omnibus qui ſacrificio interſunt, adoranda proponit. Maior erat antiquitùs Miſſæ Latinæ cum Græca, ſaltem ea in re conſenſio. In hac ritus ille poſt orationem Dominicam ante Communionem obſeruatur; ſed ita fit, vt Symbola non veniant in conſpectum populi, minimè ſupra caput elata. Quo pacto inde iam à priſca ætate apud Latinos ad orationem Dominicam calix paululùm à menſa attollitur. Sed his quæ ſunt ritus ſilentio prætermiſſis, reliqua conſectemur.

His ita conſtitutis, ſupereſt vt argumentum, quod Claudius eiuſdem libri 3. capite 7. ſibi ſumpſit ex vita Iunioris Stephani apud Damaſcenum, expendamus. Arnaldus Reſponſionis ſuæ libro 10. cui titulus eſt Conſequentiarum, vt euinceret adorationem Sacramenti Euchariſtiæ, etiam exteriorem ſeptimo ſeculo obtinuiſſe, verba Stephani illius de cultu imaginum cum Imperatore Copronymo diſceptantis producit. Strenuiſſimus ille traditionis Eccleſiaſticæ vindex Copronymo hæc objiciebat. *Quid? an tu quoque corporis & ſanguinis Chriſti Antitypa ab Eccleſia proſcribes, vt quæ imaginem, ac veram illorum figuram teneant? quæ & adoramus & oſculamur, & eorum perceptione ſanctitatem conſequimur.* Iam oſtenderat Arnaldus imaginum defenſores Chriſti corpus præſens Symbolis citra dubitationem agnouiſſe, vnde & id neceſſariò conſequi putat, quòd videlicet illorum adoratio ad Symbola nuda referri non potuerit; ſed & Chriſtum ipſum, quem iiſdem ineſſe pro comperto habebant, reſpiceret. Verùm hoc loco Claudius Arnaldo intemperanter inſultat, quòd manifeſtè, vt autor eſt, de relatione, quæ ſit ad aliud, qualis eſt ea quæ defertur imaginibus, agatur. Hæc enim, inquit, Stephani Iunioris verba ſunt in eius vita apud Damaſcenum. *Quid igitur ſceleris admittimus, cùm Chriſti formam humanitus aſpectam in imagine pingimus & adoramus? quod autem*

cap. 9. n. 4

an cum crucem etiam ex quacunque tandem materiâ confectâ sit, adoramus, rei conditæ cultum adhibere videmur, adorationem materiæ tribuentes? sed & pepla sancta, & sacro-sancta vasa à nobis adorata nullam nobis reprehensionis notam inurunt. Si quidem ea per Christi inuocationem in sancta mutari persuasum habemus. Quid? an tu quoque corporis & sanguinis Christi Antitypa &c. Vim itaque potissimùm in eo facit Claudius, quòd Stephanus hoc loco imaginum adorationem ab idololatriâ asserat exemplo adorationis quâ Sacramentum Eucharistiæ afficitur. *Id vnum autem*, inquit Claudius, *obseruandum venit, quòd iste adorationem quæ cruci, quæ peplis sanctis, quæ Ecclesiæ vasis & quæ imaginibus defertur, in eadem omnino classe constituit, atque eam quæ Sacramento Eucharistiæ. Vnde necessariò consequitur Eucharistiæ adorationem inter eas à Stephano numerari, quæ ad obiectum ob oculos positum non referantur; sed ad id quod repræsentant.* Hæc quidem primo conspectu aliquid præ se ferre, quod incautis validum esse videatur, non inficias ierim: verùm si pensiculatiùs considerentur, statim eorum vanitas apparebit. Itaque cum eo de iis quibus rem istam decerni iubet, consentio. In Stephani cum Imperatore Copronymo disceptatione, adorationis, quam vulgò appellant relatiuæ, non verò illius, quæ absoluta dicitur, mentionem fieri liberè, vt consentaneum est, profiteor. Vt ita sentiam faciunt illa Stephani eodem loco verba. *Non cùm imagines adoramus, materiæ cultum ac venerationem tribuimus; verùm imaginis honor ad exemplar transit, quemadmodùm à Basilio dictum est.* Imò adorationem, quæ Christi corporis & sanguinis Antitypis, ex Stephani sententia defertur, eiusdem omnino esse naturæ, atque illa, qua imagines, crux, vasa sancta, & alia omnia quæ post Sacerdotis benedictionem sacro vsui adiiciuntur, honorari solent, non inuitus agnosco. Sed inde nullatenùs effici posse, quod pluribus contendit Claudius, pro comperto & explorato habeo. Quippe de Antitypis, de figurâ, & imagine, non autem de Symbolis iam consecratis, siue de vero Christi corpore & sanguine loquitur. Iam neminem latet, nisi antiquitatis Ecclesiasticæ omnino rudis fuerit, & in illius æui locutionibus peregrinus, sub nominibus Antityporum, figuræ, & imaginis, ad Christi corpus & sanguinem applicatis, munera sancta, quæ nondum consecrationis interuentu in Christi corpus & sanguinem transiissent, imaginum defensores comprehendisse. Illorum omnium, & ipsiusmet Claudij fidem appello. Albertinus quidem operis sui de Sacramento Eucharistiæ Stephanum hac in parte vetustatis tena-

ciorem fuisse Damasceno asseuerat, quòd Antityporum nomen, etiam vbi loquitur de pane consecrato, retinuerit. Sed vt illius sententiæ Autor est, quam nulla probatione constabilitam reliquit; ita mirum non est, si ab ea discedamus, præsertim cùm testes locupletissimi & omni exceptione maiores nobis suppetant. Quî enim fieri potuit vt vnus Stephanus à suis conterraneis & commilitonibus inter disputandum cum Iconoclastis de imaginibus, auersus fuerit. Constat autem eos omnes qui imaginum vindices se præbuerunt, id velut principium indubitatum pro tuenda Ecclesiarum de imaginibus traditione aduersùs illarum euersores assumpsisse, munera ante consecrationem dici & esse Antitypa, figuram, & imaginem; consecrata verò hanc appellationem non ampliùs sortiri posse, imò & eam vsurpare nefas esse, & rem omnibus retrò seculis planè inauditam. Ita nimirum sentiunt Ioannes Damascenus, Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus, Theodorus Graptus, Epiphanius Diaconus, & vt paucis absoluam Synodi 7. Patres hanc sententiam suffragiis suis comprobarunt; quique postea secuti sunt Græci eamdem, vt Catholicam & omnibus fidei Orthodoxæ studiosis persuasam amplexati fuere. Hactenus sententiam Stephani Iunioris ex iis quæ habentur in illius vita exposuimus: si tamen verè ab ipso hac ratione quam hodie præ se ferunt, enuntiata fuerint. Quando quidem fieri potest vt vitæ illius Scriptor non tam verba, quàm illorum sensum modo suo attigerit. Hæc si Claudij animum omnino non expleant, aliam responsionem, quæ est ad mentem Arnaldi, paratam habemus. Cùm enim ille de antitypis iam consecratis in vita Stephani sermonem instituisse existimat, necessariò ex principiis quæ stabiliuit, consequitur, vt adorationem de qua agitur, relatiuam simul & absolutam adstruat. Nimirum de reali præsentia Christi sub Symbolis inter Orthodoxos & Iconoclastas nihil prorsus erat controuersiæ, adeóque cultus, qui donis iam consecratis ab ipsis deferebatur, non alium quàm ipsummet Christum sanctis muneribus præsentem respiciebat, quo sensu ita erit ad aliud, vt simul sit absolutus; quippe qui ad Christum sub symbolis delitescentem referatur. Hoc pacto id omne quod subtiliùs de variis adorationum generibus Claudius attulit, perfectè etiam cum Arnaldi sententia consentiet, quam tamen minùs veram arbitror, cùm Stephani mentem non assecutus fuisse videatur.

Denique Claudius ex Ioannis Damasceni oratione 1. de imaginibus sibi sumit præsidium, inde-

que non parum lucis Stephani ſententiæ accedere arbitratur: cùm vtriuſque eadem ſit de præſenti materia argumentandi methodus. *Non materiam*, inquit Damaſcenus, *ſed materiæ Autorem adoro, qui propter me materia factus eſt, & in materia voluit habitare, vt per materiam mihi ſalutem præberet. Materiam verò, per quam ſalus mihi parta eſt, colere non deſinam: non tamen vt Deum; abſit. Quomodo enim id quod ortum ex nihilo conſecutum eſt, Deus ſit? Quanquam Dei corpus eſt Deus propter diuinitatis atque humanitatis in vna perſona coniunctionem, cùm ſine commutatione factum ſit id, à quo vnctum eſt, manſeritque quod erat naturâ, nempe caro animata anima ratione menteque prædita, quæ tamen initium habuit, creataque eſt. Reliquam verò materiam, per quam mihi ſalus parta eſt, vt actionis gratiæque diuinæ plenam, in honore venerationeque habeo. Nonne materia eſt felicissimum ac beatiſſimum illud crucis lignum? Nonne materia mons ille venerandus, & ſanctus ille Caluariæ locus.... Nonne denique Domini noſtri corpus & ſanguis materia ſunt? aut igitur horum omnium venerationem cultumque tolle, aut concede, vt Dei, & eorum qui Deo chari amicique ſunt, imagines colantur.* Iam ex his Claudius aerieri ſtudio contendens neceſſariò confici putat non alium eſſe, iuxta mentem Damaſceni, cultum qui ſanctis muneribus etiam conſecratis defertur, quàm illum quo imagines afficiuntur; adeoque relatiuum eſſe, minimè verò abſolutum: hæc ſi quidem illo autore ita connexa & copulata ſunt, vt ſeiungi nequeant. Nunc meliùs quàm antea vrget Claudius: nec differi poſſum imagines & Chriſti corpus ſub vna eademque adorationis ratione hîc comprehendi à Damaſceno; ſed hæc ſolùm, vti loquuntur in Scholis, generica eſt, non autem ſpecifica. Liquet comparationem non ſingulis comparatis, quæ ſub eam cadunt, per omnia & ex æquo conuenire. Itaque, vt de mente Damaſceni in hac oratione certò conſtet, ad illius propoſitum ſedulò debemus attendere. Diſſertationis illius argumentum eſt de imaginibus, quarum defenſorem ſtrenuiſſimum ſe oſtendit. Doctores Catholici Idololatrarum nomen ab Iconoclaſtis reportauerant, quòd cultum qui vni Deo competit, in res creatas & materiales, ratione præpoſtera transferrent. Verùm Damaſcenus in eo totus eſt, vt demonſtret neque lignum, neque materiam ab Orthodoxis honore affici; ſed hunc aliò tendere, nimirum ad Prototypum, quo ſenſu etiam in Sacramento Euchariſtiæ ex rei ipſius veritate cum Damaſceno affirmare poſſumus, adorationem quæ huic defertur, relatiuam eſſe: quandoquidem panem & vinum, ſiue illorum accidentia non reſpicit, ſed quæ ipſis inſunt Chriſti cor-

pus & ſanguinem. In hoc itaque maxima eſt Symbolorum in Euchariſtia & imaginum in ratione cultus ſimilitudo, quòd vterque ex Damaſceni ſententia ſit ad aliud: ſicut enim nos ducunt imagines ad res ipſas quas ponunt ob oculos; ita & ſymbola in Euchariſtiæ Sacramento ad Chriſti corpus & ſanguinem quæ exhibent, ſimili ratione nos ducunt: cum illo tamen diſcrimine, quod extrà imagines quærendum ſit illud, quod repræſentant. Quæ ratio in ſpeciebus Euchariſticis non obtinet; quia ſignum & illius veritas minimè ſeiunguntur. Quod cùm probè cognitum fuerit Damaſceno, abſolutam illam adorationem, de qua nunc diſputatur, non reiecit: ſed eam duntaxat, quæ tunc in quæſtionem veniebat, conſectatus eſt.

Digitized by Google

NOTÆ UBERIORES
IN OPVSCVLVM
GABRIELIS SEVERI
PHILADELPHIÆ ANTISTIS
DE PARTICVLIS.

13. *D nos extraditione, &c.* Traditionem etiam non ſcriptam hoc loco fuſiùs commendat Metropolita Philadelphienſis, neque aliunde arceſſitam putat, quæ dudum in Eccleſia Græca obtinet particularum ceremoniam. Eiuſdem ἀγράφου καὶ παραδόσεως ſiue traditionis non ſcriptæ maximi ſemper laudatores extiterunt Patres cùm Græci, tum Latini: ita vt nihil omnino cauſæ fuerit, cur eam Caluiniani homines reliquerint. Hanc à nemine cordato reiiciendam eſſe Baſilius cognomento Magnus egregiè demonſtrauit libri de Spiritu ſancto capite 27. Τῶν, inquit, ὸ τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων, καὶ κηρυγμάτων τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τοῦ ἀποστόλων παραδόσεως, παραδοθέντα ἡμῖν ὸ μυστικῷ παρεδεξάμεθα ἄνωθεν ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν· καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅς γε κἂν μικρὸν νοῦν θεσμοῦ ἐκκλησιαστικοῦ πεπείραται. *Dogmata & inſtituta, quæ in Eccleſia prædicantur, quædam habemus è doctrina ſcripto prodita, quædam rurſus ex Apoſtolorum traditione in myſterio, id eſt in occulto tradita recepimus, quorum vtraque parem vim habent ad pietatem, nec his quiſpiam contradicit, quiſquis ſanè vel tenuiter expertus eſt, quæ ſint iura Eccleſiaſtica.* Eamdem proli- *ex Eraſm. Interp.*
xo exemplorum contextu illu-

ſtrat, & autor eſt grauiſſimum ipſimet Euangelio detrimentum inferri; imò nudum duntaxat illius nomen retineri, ſi ἄγραφα τῶν ἐθῶν, *conſuetudines, quæ ſcripto proditæ non ſunt*, reſpuamus. Idem antea apud Latinos Tertullianus libro de corona militis, veluti iam ab ipſa penè Eccleſiæ infantia, communi omnium conſenſione receptum, affirmauerat. Obijcientibus enim *in traditionis obtentu exigendam eſſe autoritatem ſcriptam, reſpondet. Ergo quæramus, an & traditio non ſcripta, non debeat recipi? Planè negabimus recipiendam, ſi nulla exempla præiudicent aliarum obſeruationum, quæ ſine vllius ſcripturæ inſtrumento, ſolius traditionis titulo, exinde conſuetudinis patrocinio vindicamus.* Quæ ſimiliter longa exemplorum ſerie ſuffulcit Damaſcenus, à quo in pleriſque dependet Gabriel. Eadem ferme ratione cultum imaginum adſtruit, atque ille particulas. Permulta itaque, etiam abſque Scripturarum inſtrumento, ritè in Eccleſia ſeruari, vniuerſus conclamat natio num omnium conſenſus. Cauendum tamen, ne quis traditionis obtentu, innouationes in Eccleſiam obtrudat. Prætereà multum diſcriminis eſſe debet inter ea quæ ſunt fidei ac doctrinæ, & inter ea quæ ſunt diſciplinæ ac rituum. In rebus fidei tria optimè requirit Vincentius Lirinenſis in cap. 3. libro cui titulum fecit: *Peregrini aduerſus hæreticos*, nimirum vniuerſitatem, antiquitatem, & conſecrationem, ſiue vt ſemper, vbique, & à principio exiterint. Diuerſa autem ratio eſt eorum quæ ad diſciplinam & ritus pertinent. Non pauca enim iam deſierunt, quæ aliàs per traditionem in Eccleſiis ſeruata autoritatem ſibi ſcriptæ legis vſurpabant. Ita antiquitùs & priſca patrum noſtrorum ætate poſt Baptiſmum Confirmatio, & Euchariſtia ſequebantur, quæ etiam nunc in quibuſdam Eccleſiis obtinent. Gregorius Magnus in epiſtola lib. 9. ad Ianuarium, ita Eccleſiæ ſuæ ep. 12. conſuetudinem memorat, vt aliarum Eccleſiarum conſuetudo non rejiciatur, & in id quoque alij Patres conſpirant. Itaque non ex eo reprobanda venit particularum conſuetudo, quæ in vſum Eccleſiæ Græcæ tranſiit, quòd ſolo traditionis nomine conſtabiliatur: ſed vtrùm illius vſus ſapienter, & vt conſentaneum eſt, retineatur animaduertendum. Illarum quidem originem *Philadelphienſis* Antiſtes ad Ioannem Chryſoſtomum & Baſilium refert, fidemque facit ex eorum Liturgiis: Verùm, vti diximus, eiuſmodi Liturgias ab iis, quorum præferunt nomina, profectas fuiſſe, certiſſimis indiciis demonſtrari non poteſt. Deinde etſi illud citra dubitationem eſſet, nondum tamen de iſtius ceremoniæ autoribus conſtaret: quia multa in Liturgiarum codices recens inuecta

Digitized by Google

inuecta fuerunt. Quapropter in id fusiùs inquirendum. Vocabulum μερίδος idem est atque Latinè particula, seu minor pars; quia videlicet eiusmodi particulæ sunt κλάσματα siue fragmina ex pane præcisa. Nam fidelibus qui Christi corpus & sanguinem participaturi sunt, panis in partes diuisus frangitur & in Liturgiis ac Patribus μερὶς propriè appellatur Christi corpus, quod distribuitur, & vt olim dixit Augustinus *ad distribuendum comminuitur.* Itaque antiquitus citra controuersiam * τ̃ ἁγίων μερίδων nomine, nihil aliud intelligendum veniebat, quàm Christi corpus, vnde Euagrius historiæ Eccles. lib. 4. capite 35. animaduertit, hanc alias apud Constantinopolitanos vsu comprobatam fuisse consuetudinem, vt si plures τ̃ ἁγίων μερίδων τ̃ ἀχράντου σώματος Χριστοῦ, *sanctarum intemeratæ corporis Christi particularum* superessent, pueri incorrupti accerserentur, qui eas manducarent. Sed de his in præsentiâ non agimus, quas prisca Patrum ætas agnouit, neque hodierna rejicit. Alias inuexit Ecclesia Græca particulas, quas hoc loco describit Metropolita Philadelphiensis. Illarum quidem antiquitatem à Chrysostomo & Basilio arcessit; sed frustra. Multos autem decepit Theoriæ Germani Patriarchæ Constantinopolitani, quæ in omnium manibus versatur, editio, vt pote quæ hanc particularum consuetudinem, qualis in recentiori Græciâ obtinet, præferat: cùm hæc à vetustis eiusdem Theoriæ exemplaribus penitus absit. Huius rei fidem apertissimè facit codex manuscriptus, quem iam antea laudauimus: non enim in eo solùm desiderantur verba illa, quæ sunt præsentis controuersiæ Ο δὲ τ̃ παρθενικοῦ σώματος τύπος, ὁ μερισμὸς τ̃ς εὐλογίας καὶ τεσσοράς, κλᾶται μὲν ἄρτος, διαμένεται δὲ ὡς ἀῤῥητε εὐλογίας μεταλήψις τοῖς μεταλαμβάνουσι μετὰ πίστως καὶ τὰ λοιπά. *Virginalis autem corporis typus, pars benedictionis & dispensationis, frangitur quidem, vt panis; distribuitur autem, vt ineffabilis benedictionis communicatio communicantibus cum fide &c.* Sed & pleraque alia, quæ vulgati codices repræsentant, & de quorum intellectu non minima lis est inter Theologos. Iuuat ex codice manuscripto ea proferre, quæ sunt huius negotij, & rem ipsam ab oratione Dominica repetere, vt ex collatione illius cum edito, quæ & quot Germani Theoriæ manu recentiori assuta fuerint manifestò appareat. Πάτερ ἅγιε, ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τ̃ ὀνόματί σου· ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, καὶ θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν δέδωκάς μοι, ὅτι ἠγάπησας αὐτοὺς, καθὼς ἐμὲ ἠγάπησας. σαίπτε δὲ οἱ τ ἡγιασμένοι ἀπολάβοντες, καὶ συγκληρόνομοι τ̃ Χριστοῦ γινόμενοι, ἀμφοτέρων εἷς αὐτῶν, καὶ ὄχι ἐξ ἔργων ἔχομεν τὸ πνεῦμα τὸ ἁγιον τ̃ θεοῦ εἰς τὰς καρδίας

Ex ed. Mss. Germ. Patr. Const.

Ep. 59.

**Sanctarum particularum.*

ἡμᾶς, οὐ πλὼ χάειν καὶ πλὼ σύεργειαν ὁ ἱερεὺς βοᾷ καὶ λέγει, Ἀββᾶ ὁ πατὴρ ὁ ἅγιος ἀξίωσον ἡμᾶς ἀκατακρίτως μετὰ παῤῥησίας τολμᾶν ἐπικαλεῖσθαί σε, καὶ λέγειν. ὁ δὲ λαὸς ἐπιβοᾷ. Πάτηρ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· τὸ ὄνομα γὰρ αὐτοῦ ἐστὶν ἐπικεκλημένον ἐφ' ἡμᾶς. Χριστὸς γὰρ ἐκεῖνος, καὶ ἡμεῖς χρισταί, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπικεκλήμεθα. Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι, καὶ λέγεται, ὅτι ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἐστιν ὑμῶν ἐστι. τὸ πνεῦμα γὰρ τὸ ἅγιον σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ βασιλεύει, ἁγιάζον καὶ φωτίζον τὰς καρδίας καὶ ἀγγελικὰς σφραπαΐς, καὶ παῖδα ἀνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸ κόσμον, καὶ πιστεύοντα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐστιν ἡ οἰκονομία τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν· ὁ ἄρτος ὁ ἐπιούσιός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὢν, καὶ λόγος εἰς τὰς ψυχάς. ὁ ἐνοικούμενος ἐσθιόμενος, καὶ ἀδιάπαυστος, καὶ ἀεὶ ἀναβλύων καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ· οἱ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος δεξάμενοι πάντοτε λαμβάνειν καὶ ἐσθίειν αὐτόμεθα. Εἶτα βοᾷ ὁ ἱερεὺς τοῖς πᾶσι καὶ λέγει. ὅτι ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὁμοιοπαθὴς ὑμῖν, καὶ τὰ ἐκείνου ὑμεῖς μὲν εἰδύς. ὅρατε οὖν καὶ γίνεσθε ἅγιοι, ὅτι ὁ Χριστὸς ὃν μέλετε λαμβάνειν, θεός ἐστιν ἅγιος, καὶ οἱ ἁγίοις ἀναπαυόμενος. ὁ δὲ λαὸς ὁμολογεῖ, καὶ λέγει. εἷς ἅγιος καὶ ἀναμάρτητος ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς σὺν Θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν. Κοινωνία δὲ κέκληται ἡ τοῦ μυστηρίου μετάληψις διὰ τὸ πολλοὺς ἑνοῦσθαι καὶ κοινωνοὺς ἡμῶν χρείζεσθαι ἑνώσεως καὶ κοινωνοὺς ἡμᾶς ποιεῖ τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Τὸ δὲ τοῖς δυσὶ χρῆσι τὸ ἄρτον καὶ ποτήριον δηλοῖ τὰς δύο φύσεις, τήν τε θεότητα καὶ τὴν ἀνθρωπότητα. Ἡ δὲ τοῦ χρεῖ θέσις δηλοῖ τὸ σταυρόν, καὶ ὅτι τὸ σταυρωθὲν τὸ ἅγιον σῶμα μετ' αἰδοῦς καὶ πολλῆς τῆς εὐλαβείας προσδεχόμεθα. ὁ μὲν οὖν Μωϋσῆς τῷ αἵματι τῶν προβάτων τὸ μόσχον ἐῤῥάντιζε τὸν λαὸν λέγων, τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης τοῦ θεοῦ ἐστιν. ὁ δὲ Χριστὸς τὸ θεὸς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα δοὺς, καὶ τὸ ἴδιον αἷμα ἐκχέων, ἐκέρασε τὸ ποτήριον τῆς διαθήκης, λέγων, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τὸ αἷμά μου τὸ κλώμενον, καὶ τὸ ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ὥστε ὁσάκις ἐσθίετε τὸν ἄρτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνετε, τὸν θάνατον καὶ τὴν ἀνάστασιν μου ὁμολογεῖτε καὶ καταγγέλλετε.

Pater iuste ſanctifica eos in nomine tuo, vt vbi ego ſum & illi ſint mecum, & contemplentur gloriam quam dediſti mihi: quoniam dilexiſti eos, ſicuti me dilexiſti. Omnes autem, qui pro filiis adoptati ſumus, & coheredes Chriſti facti ſumus per illius miſericordiam, non vero ex operibus, habemus Spiritum Filij Dei in cordibus noſtris, cuius gratiam & efficaciam Sacerdos contemplatus, clamat & dicit. Abba pater cæleſtis dignos efficias nos, qui cum loquendi libertate audeamus inuocare te, & dicere. Populus autem acclamat. Pater noſter qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum. Nomen enim illius eſt, quod inuocatum fuit ſuper nos: quippe Chriſtus ille eſt; nos vero Chriſtiani, & nomen illius inuocauimus. Adueniat regnũ tuũ,

regnũ Dei eſt Spiritus ſanctus, & dicitur, quoniam regnum cælorum intra vos eſt. Spiritus enim ſanctus cum Patre & Filio regnat ſanctificans & illuminans ſpirituales & Angelicos exercitus, atq; omnem hominem venientem in mundum & credentem in nomen Patris & Filij & Spiritus ſancti. Fiat voluntas tua in cælo & in terra, voluntas Dei & Patris eſt diſpenſatio filij eius. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Panis quotidianus eſt Chriſtus qui eſt, & fuit ante, atque manet in ſecula, qui voluntariò manducatur, & abſque conſumptione permanet, vitamque largitur mundo, quem cum per baptiſmum acceperimus, ſemper ſumere & edere petimus. Deinde clamat Sacerdos omnibus, & ait. Quia ego homo ſum ſimilibus atque vos affectionibus obnoxius, neque ea quæ cuiuſque veſtrum ſunt, cognoſco: videte igitur, fiatiſque ſancti; quia Chriſtus quem ſuſcepturi eſtis, Deus eſt ſanctus, & in ſanctis requieſcens. Populus autem confitetur, & ait. Vnus ſanctus, & omnis peccati expers Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cum Deo & Patre & Spiritu ſancto in ſecula, Amen. Communio, autem appellata eſt ſumptio myſteriorum; quia cum Chriſto vnionem nobis largitur, nobiſque communicat illius regnum. Ambabus autem manibus panem ſuſcipere, ſignificat duo teſtamenta, vetus ſcilicet, ac nouum. Illius autem appoſitio ad manus ſignificat crucem, & quòd eius qui cruci affixus fuit, corpus ſanctum cumreuerentia & pietate magna ſuſcipiamus. Moyſes igitur ſanguine hircorum & vitulorum aſpergebat populum, dicens, hic ſanguis teſtamenti Dei eſt. Chriſtus autem & Deus, dato ſuo corpore & ſanguine proprio effuſo, miſcuit nouũ teſtamenti calicem dicens, hoc eſt corpus meum, & ſanguis meus, quod frangitur, & qui effunditur in remiſſionem peccatorum. Itaque quotieſcunque panem hunc manducatis, & calicem hunc bibitis, mortem & reſurrectionem meam confitemini atque annuntiatis. Iam ex his multa inferre liceat. Primùm enim apertè liquet, Particularum ceremoniam, cuius vindex eſt Gabriel Philadelphiæ, nondum Germani Patriarchæ temporibus publico Eccleſiarum vſu receptam & approbatam fuiſſe: niſi dixeris iam inde ab illa ætate hanc obtinuiſſe, ſed eam Germanum commentariis ſuis non illuſtraſſe, quòd Liturgiæ codici inſerta non fuerit. Quippe S. Stephani iunioris autoritas particularum diſtributionem, iam tum factam fuiſſe manifeſtò arguit. Si tamen verba illa, quibus Imperatorem Copronymum refellit, verè ab ipſo profecta fuerint, non autem à vitæ illius Scriptore, qui rem geſtam enuntians, voces ætatis ſuæ vſurpauerit. Verùm quocunque modo res iſta ſe habeat, operam profectò luſerunt Albertinus & Blondellus, qui in verbis Germani, quæ nullatenus illius ſunt, præſidium ſibi quæruntur. Arnaldus quidem argumenta quæ ex illius Patriarchæ Theoria Caluiniani iſti homines ſum- *Lib 7. c. 3*

pſerunt optimè di'uit, ſed vmbratilis eſt pugna, & de lana, vt aiunt Caprina lis mouetur. Nihil enim eorum de quibus inter ſe diſputant magnâ animorum contentione, in vero Germani fœtu apparet. Imò etſi deeſſent exemplaria manuſcripta, quibus prima illius operis facies internoſceretur, vulgata editio ſeipſam manifeſtò prodit; adeò parum illius partes cohærent. Secundò animaduertendum eſt Theoriæ Germani Interpolatorem nonnulla dedita opera reſecuiſſe, quæ iam ætate ſua nimis antiqua & obſoleta, in deſuetudinem abierant. Ita nimirum penitùs obliterata ſunt, quæ Germanus de more antiquo ſumendæ Euchariſtiæ expreſſerat, vbi nimirum fideles, vtraque manu porrecta, & ſiniſtra cauo dextræ ſuppoſita, Chriſti corpus ſuſcipiebant. Vtrùm autem ritus ille ἐγχειρίσεως, quo Sacramentum in manibus tradebatur, omnibus Græciæ Eccleſiis domeſticus fuerit, & quo potiſſimùm tempore ſublatus fuerit, non eſt cur in præſentia inquiramus. Sufficiat annotaſſe illam ἐγχείρισιν figuram crucis imitatam fuiſſe, quâ videlicet monebantur fideles, ſe eumdem intra manus ſuas ſuſcipere, qui cruci affixus eſt. Denique hodiernus Liturgiarum contextus multos præ ſe fert ritus, quos nondum Germani ætate viguiſſe veriſimile eſt. Neque hanc illius diſſertationem mancam eſſe, & in aliquibus deficere inde concludi poteſt, quòd multa ſilentio prætereat, quæ neceſſariò conſectari debuit. Quî enim fieri potuit ex. c. vt partem duntaxat orationis Dominicæ expoſuerit? Verùm ſi res ipſa paulo attentiùs conſideretur, Germanum reliquas orationis Dominicæ partes conſultò prætermiſiſſe deprehendemus. Quia enim tunc omnes ſuſcipiendo corpori Chriſti maximè intenti ſunt, operæ eſſe videbatur, vt circa verba illa, *Panem noſtrum quotidianum &c.* moraretur. Cæterum ne quis obijciat, etiam alio loco eiuſdem Theoriæ non longè ſcilicet ab illius initio, ſimili prorſus ratione mentionem fieri eiuſmodi particularum, dicimus, neque iſta, quæ tamen bene multa ſunt, in codice manuſcripto reperiri. Hæc producere non pigebit, vt antiqua & non interpolata Theoriæ Germani forma, etiam in hac parte palam & omnibus innoteſcat. De pane igitur propoſitionis, vti in vulgatis exemplaribus, ſi perpauca exceperis, hæc habentur, ὁ ἅγιος ἄρτος ὁ τεθεῖσας, ὅτι ὁ ἀποκαθιερώμενος ἐμφαίνει τὸν καθαρσιον τοῦ κόσμου καὶ τὰ λοιπά. *Pretioſus panis propoſitionis, ſiue qui ſanctificatus eſt, denotat purgationem mundi, & cætera.* Deinde hæc ſtatim conſequuntur, de lanceâ, τὸ δὲ ὀβελίσκιον ἀποκαθαίρεται σημαίνει τὸ, ὡς τεθέντος, καὶ τὰ λοιπά. *Lancea verò ex-*

purgari significat illud, tanquam oues, &c. Tertiò, Ὁ δὲ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ ὅτι τὸ ἐξελθὸν ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ αἷμα καὶ ὕδωρ, καθὼς ὁ προφήτης λέγει. ἄρτος αὐτῷ δοθήσεται, καὶ ὕδωρ πιστόν. καὶ πρὸς τὴν ἐκκεντησασης λόγχης τὸ Χειρὶν οὖν τῷ ταμιᾷ ὅτι ἡ λόγχη. ὁ ἄρτος καὶ τὸ πολίριον ὅτι κυρίως καὶ ἀληθῶς τῷ μίμησιν τοῦ μυστικοῦ ἐκείνου δείπνου, ὃν ὁ Χριστὸς ἔλαβεν ἄρτον καὶ πολίριον μετ' οἴνου, καὶ εἶπε λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου καὶ τὸ αἷμά μου, διεκύρου ὅτι καινωτὰς ἡμᾶς ἐποίησε τῷ θανάτῳ καὶ τῇ αἱματίσει τῇ ὀδύξει αὐτοῦ. *Vinum autem & aqua est sanguis & aqua, quæ illius latere egressa sunt, sicuti Propheta ait. Panis ei dabitur & aqua fidelis. Pro lancea autem, quæ transfodit Christum in cruce; extat lancea. Panis & poculum est propriè & verè ad imitationem mysticæ illius cœnæ in qua Christus accepit panem & calicem cum vino, & dixit: Accipite manducate & bibite omnes hoc est corpus meum & sanguis meus, ostendens se nos participes fecisse mortis & resurrectionis atque gloriæ suæ.* Quartò prætermissis iis omnibus, quæ longa verborum serie in vulgatis exemplaribus habentur de panis benedictione, dissectione, & aliis quæ ad particularem ceremoniam pertinent, statim subjicitur Antiphonorum expositio. Τὰ ἀντίφωνα τῆς ἀγίας λειτουργίας εἰσὶ τὰ προφητῶν αἱ προφητίαι, καὶ τὰ λοιπά. *Antiphonæ Liturgiæ sanctæ sunt Prophetarum prædictiones, & cætera.* Ea autem quæ de primo, secundo, tertio Antiphonis & aliis annotantur, absunt ab isto codice. Hæc enim mox excipit enarratio ingressus Euangelij, nimirum, ἡ εἴσοδος τοῦ εὐαγγελίου ἐμφαίνει τὴν παρουσίαν, καὶ τὴν εἴσοδον τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον. *Ingressus Euangelij denotat aduentum & ingressum Filij Dei in hunc mundum &c.*

14. *Pro iis qui in Christo dormierunt, &c.* Oblationes pro mortuis in Ecclesia faciendas magnam præ se ferre antiquitatem, ne quidem ipsimet Caluiniani inficiantur. In has enim stabiliendas vniuersus consspirat Patrum omnium consensus, & quidquid est cùm in Oriente, tum in Occidente Liturgiarum. Has si quidem nouit prima & Apostolica Ecclesiæ facies, stati certique dies in Constitutionibus Apostolicis, Tertulliano, & aliis assignantur, quibus publicæ pro mortuis orationes peragantur; nec dubito quin à Iudæis ad Christianos ista Consuetudo peruenerit: quippe qui etiam nostra ætate quasdam orationum formulas pro mortuis recitent: & filius defuncto patre per vnius anni spatium, pro impetranda animæ illius quiete precationem quamdam singulis diebus enuntiare tenetur. Itaque iam ab ipsa Ecclesiæ infantia refrigerium animarum fideles in sacrificio, oblationibus, eleemosynis, psalmis, lectionibus, atque orationibus deprecabantur. *Perigatur*, inquit Autor constit.

Apoſtol. *dies tertius mortuorum in pſalmis, in lectionibus, atque orationibus propter eum qui die tertia reſurrexit.* Et iuxta Auguſt. in Enchir. *Sacrificia ſiue altaris, ſiue quarumcumque eleemoſynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones ſunt, pro non valde propitiationes.* Quibus verbis apertè oſtendit Aug. quid ſit diſcriminis inter orare pro mortuis, & pro illis gratias agere. Quæ ſimiliter optimè diſtinxit Philadelphienſis Antiſtes in expoſitione eiuſmodi particularum. Has ſi quidem aſſerit præeunte ſibi Liturgia Græca, offerri in honorem B. Virginis & Sanctorum, atque pro omnibus Orthodoxis tam viuis, quàm defunctis. Licet autem inde iam ab initio magnus ille donorum ingreſſus & ceremoniæ particularum non extiterit; id tamen ſemper in peragendo ſacrificio obtinuit, vt illud pro viuis ac mortuis in honorem Sanctorum Deo omnipotenti offerretur. Vbi verò Græci particularum ceremoniam velut ab aliis ſacrificij partibus ſeparârunt, precationes quæ præparationis ſacrificij locum tenebant, huic ceremoniæ, quæ neceſſaria eſt, vt ita loquar, & ex illorum mente, ad formam ſacrificij diſpoſitio, ſpecialiùs addixerunt. In aliarum verò Gentium officiis Miſſalibus à quibus abeſt ritus ille præeunt ſemper eiuſmodi orationes & gratiarum actiones, nec non aliæ eiuſdem generis, verbis quæ conſecratoria appellamus, ſubiiciuntur. Denique obſeruandum venit in Miſſa non eodem modo omnium in quos cadit verbum *memento* commemorationem fieri; aliàs ſanctiſſimam Dei genitricem, Apoſtolos, Prophetas, & Patriarchas Deo Sacerdos ſupplex commendaret. Quo nihil inſulſius, & à priſco Religionis Chriſtianæ Antiſtitum propoſito magis alienum. Hæc quidem fuſiùs Liturgiarum omnium conſenſione poſſemus illuſtrare: ſed quæ iam editæ ſunt, & verſantur in omnium manibus, quid ea de re ſentiendum ſit plus ſatis declarant.

15. *Eripiat ab inferni gemitibus.* Quæ ſit Græcorum de præſenti argumento ſententia anquirere neceſſum habeo. Quandoquidem Claudius præſidium opinione ſua firmiſſimum ſumit ex ea, quæ nunc Græcorum animis de pœnis damnatorum inſita eſſe videtur, perſuaſione. Si enim *pro* comperto & explorato habeatur vniuerſam Græcorum nationem in hoc conſpirare, vt exiſtimet nemine renitente infernum ignem æternum non eſſe, neque ſimiliter damnatorum pœnas æternas, ſed earum tempus finiendum, euanida profectò & inutilis erit Arnaldi conſequentia, quam prò aſtruenda tranſubſtantiatione ducit ex eorumdem Græcorum ſilentio. Multa ſunt, „

M. D. lib. 4. cap. 6. p. 98.

inquit Claudius, de quibus Græ-
» ci Latinis minimè conueniunt,
» de iis tamen nihil vnquam inter
» illos fuisse controuersiæ, non se-
» cus atque de transubstantiatione,
» deprehendimus. Exempli causâ
» Græcis persuasum est, viuorum
» precationes damnatorum pœnis
» aliquid leuamenti afferre. Per-
suasionis autem huiusce, quæ apud Græcos obtineat, fidem facit ex Leone Allatio, qui dissertatione 2. de libris Ecclesiasticis Græcorum, autor est illos huic addictissimos esse. Verum quidem est Leonem Allatium permulta ex Græcorum præsertim recentioris ævi libris in hoc opus transtulisse, quæ id suadeant. Immo Gabrielem nostrum Philadelphiensem producit ita sentientem, cuius sunt hæc verba, Οτι ἐπειδὴ καὶ δὲν ἔγινε μέχρι τῦ νῦν ἡ πλέα ἀπόφασις ἢ καθόλου καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν ὁ ἅδης εὑρίσκεται αἰωνιος, καὶ ἡ ἄπειρος ὠσπλαγχνία τῦ θεῦ ἑτοίμη ἐστὶ τοῖς ἐλεῆσαι ἀφ' ἑαυτῦ τοῦτο αἱ ψυχαὶ ἢ μόνον λαμβάνουσιν ἄφεσιν ἢ ἀναψύξεις ἀφ' ἑαυτῶν τοῖς θεῦ χαρίσμασι εὐχαὶ, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἐλευθερίαν καὶ λύσεσιν τῶν κολάσεως. *Cum ad hæc vsque tempora sententia postrema atque vniuersalis in peccatores lata non est, infernus inuenitur reseratus, & infinita Dei misericordia ad miserendum parata; quapropter animæ non tantùm ob effusas pro illis ad Deum preces remissionem accipiunt & consolationem, sed absolutam libertatem & liberationem à pœnis.* Sed de eo quod aliquibus Græcis persuasum est in præsentia non agitur. Quæritur vtrùm constans sit apud Græcos illa opinio, & omnium suffragiis comprobata. Nisi enim res ita se habuerit, mirum profectò videri non debuit, si Patres Synodi Florentinæ Ecclesiam Græcam in hac parte hæresi minimè notauerint; quippe quæ non vniuersim ab ea teneretur. Origeniana est ista de pœnis damnatorum sententia, adeóque falsò Claudius illam sub nomine Ecclesiæ Græcæ obtrudit. *Si in inferno Origenicè*, inquit ibidem Leo Allatius, *tempora, non vero Catholicè decurtas, & in angustissimos terminos coarctas, quid vetat id idem tibi & de æterna beatitate stultissimè, & quammaximè animabus perniciosè asserere?* Iterum animaduertit Græcos posteriores vt ita de pœnis inferni sentirent feciſſe Patrum Synodorumque testimonia, quibus purgatorium fateri compellebantur. Itaque ne vniuersa Patrum testimonia de medio tollerentur, in perniciosam Origenis sententiam abire maluerunt; quàm Purgatorium cum Ecclesia Romana liberè agnoscere. Sed his diutius non immorabor: cùm ista Leonis Allatij dissertatio Parisiis edita fuerit. Permulta quoque eademque exquisitissima de hoc argumento Clarissimus Huetius in librum 2. Origenianorum coniecit, quibus referendis su-

perſedeo; ne aliena potius, quàm ea quæ ſunt præſentis inſtituti, conſectari videar. Similiter illud Matthæus Caryophilus in refutatione catecheſis à Gergano homine Græco-Lutherano editæ egregiè, illuſtrauit. Fides iunioris Græciæ, non Patrum, à Claudio vocatur in controuerſiam. Iam quæ ſit illa, quam vniuerſæ tribuit nationi perſuaſio de pœnis damnatorum, quibus tandem finis imponi debeat, cognoſcere eſt ex libello de purgatorio igne, quem Bonauentura Vulcanius Græcè & Latinè editum ad opuſculum Nili de primatu Papæ adiecit. Locupletiſſimus eſt teſtis iſte, & omni exceptione maior, cum ſtet à Græcorum Schiſmaticorum partibus, Latinorumque ſententiam de igne purgatorio in ea oratione acerrimè impugnet. Et quod imprimis animaduerſione dignum eſt, Eccleſiæ ſuæ fidem Latinorum doctrinæ opponit, & vtriuſque partis argumenta expendit; imò vniuerſus illius orationis contextus, eam in Concilio coram Latinis ab homine ritus Græcanici habitam fuiſſe demonſtrat. Primò igitur iſte Anonymus, vnum in ſcriptura ignem eundemque æternum, non purgatorium in Scriptura ſtabiliri arguit, & mox hæc ſubiungit. Εἰ δὴ καὶ ἓν τὸ πῦρ καὶ τοῦτο αἰώνιον νομίζομεν πῦρ, δῆλος μὴν τῷ ἐπιπλεῦσαντες ἔναι οἱ περὶ τὸ αἰώνιον, ᾧ πᾶν ἤδη τοιοῦτον νομίσασι πῦρ, καρπίζθαι τὰ Ωριγένους κακίσασι, καὶ τὸ αἰώνιον κολάσεως μήκιστον τῇ ψυχῇ ἐπαλήσασιν τέλος κολάσεως θείσθαι. ὅτι ὡς πολλὰ μὲν ἥμαρτον ἄπορα, πολλὰν δὲ ἐπιζήτησιν ἔχει τὸ εἰκῆ καὶ πολιτείαν ἀμελέτητον, καὶ πολλὴν χρηματίσουσιν ὕλην τῇ αἰωνίῳ κολάσει, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Quæ interpres Bonauentura ita conuertit. *Si verò nunc nouiter temporarium etiam vocauerimus ignem, verendum eſt ne fidelis hunc exiſtimantes æternum, etiam omnem iam talem eſſe putent, atque hinc in Origenis errorem prolabantur, æternique ſupplicij memoriam animis ſuis excutiant, finem pœnæ ſtatuentes. Ex quo multa quidem ſecutura abſurda; cùm & magnum arrepturi ſint circà vitam ſuam rectè inſtituendam negligentiam, & magnam ſuppeditaturi æterno ſupplicio materiam nemo ignorat.* Deinde aliquot interiectis, veniam precatur ſi à Gregorio Nyſſeno Antiſtite, qui eiuſmodi ἀποκαταστάσει, ſiue è pœnis inferni euaſioni fauere videtur, diſcedat: quandoquidem peruerſum eſt, & hæreticum iſtius de redintegratione dogma, & ab hæreticis Origenianis profectum. Subdit Gregorij ætate nondum quidpiam ea de re ab Eccleſia definitum fuiſſe: ita vt mentis ſuæ ſenſa liberiùs exponere ipſi licitum fuerit: ſed vt optimè ait, Τὴν πέμπτην τῆς συνόδου ἀποθεωποτάτην πασῶν καὶ τοιαύτη δόξα νενόμιζεν, ᾧ ὡς λυμαντικὴ τῆς ἐκκλησίας καὶ τὸ σωθὲν ἐκλυτικὴ τῶν ἀναθέματι ἐπιβεβλημένη. *Quinto Concilio opinio illa omnium*

omnium maximè inhumana viſa eſt & tanquam Eccleſiæ pernicioſa eſt, ac bonis remiſſionem animi inducens anathemati ſubiecta fuit. Poſtremò aſſeuerat ſe non ad vnius Doctoris; ſed ad communem totius Eccleſiæ ſententiam reſpicere. Itaque Scriptor iſte anonymus cum reliqua Schiſmaticorum turba ignem Purgatorium non agnoſcit; in eo verò ab iis diſcrepat, quòd, etiam non agnoſcens cum illis pœnas inferni purgatorias, Liturgiis & precibus mortuos iuuari non diffiteatur. Agapius quem iam antea appellauimus, primæ partis operis ſui capite 20. vbi deſcribit inferni pœnas, iis nunquam finem imponendum aſſerit, & loci illius ignem vocat τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ ἄσβεστον, *ignem illum inextinguibilem*, qui abſque vlla ſpe leuamenti miſeros torqueat, earumdemque pœnarum meminit ſub his verbis τῶν ἀπολυτήτων ἐκείνων κολάσεων, ſeu quæ ſine careant, pœnarum quoque æternitatem agnoſcit Ieremias Patriarcha Cõſtantinopolitanus. Anaſtaſius cognomento Sinaita in ſermone cui titulum fecit λόγος εἰς τοὺς ὁσίως κεκοιμημένους ἀδελφοὺς ἡμῶν, *Sermo in fratres noſtros qui in Chriſto dormierunt*, eiuſdem generis locutiones vſurpat. *In inferno*, inquit, eſt Κόλασις ἀπολύτητος· ἔστι σκότος ἀφώτιστον· ἔστι γέενα ἀπαραμύθητος· ἔστι σκώληξ ἀκοίμητος, καὶ θλῖψις κλαυθμὸς ἀσίγητος, καὶ βρυγμὸς ἀκαταπαυστος, &c. Quæ

Reſp. 1. c. 17.

ex Cyrilli Alexandrini ſermone, qui inſcribitur, λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς καὶ περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας, *ſermo de exitu animæ, & de ſecundo aduentu* ſumpſiſſe videtur, in quo inde iam ab initio hæc habet: φοβοῦμαι τὸν γέενναν ὅτι ἀπολεύτητός ἐστι, *timeo gehennam, quòd ſine careat*: Et mox φοβοῦμαι τὸν κόλασιν τὸν οὐκ ἔχουσαν τέλος, *timeo pœnam finem non habituram*: iterum τότε οὐδεὶς ὁ παρισάμενος καὶ ἐξαρπάζων τῆς τιμωρίας, οὐ πατὴρ, οὐ μήτηρ, οὐχ υἱός. *tunc nemo aderit, qui eripiat à ſupplicio, neque pater, neque mater, neque filius &c.* Poſtremo totum illud opuſculum dedita opera aduerſus Græcorum Origeniſtarum effugia ſcriptum fuiſſe videtur. Sed parco recenſendis Patrum, qui Latinis hac in re conſentiunt, nominibus. Conſtat ſiquidem eos qui ex Iunioribus Græcis de pœnis damnatorum ita ſentiunt, pleriſque Patribus Synodorumque ſtatutis non adhærere. Noui quidem peruerſum illud dogma à Metropolita Philadelphienſi velut Eccleſiæ ſuæ decretum afferri: ſed vt iam abundè probatum eſt, grauiſſimè hallucinatur: dum Eccleſiæ nomine illud obtrudit, quod pauciorum eſt, & eorum inprimis qui ex odio ſolùm Eccleſiæ Latinæ, vt ita ſentirent adducti ſunt, ne purgatorium cum ipſa agnoſcere tenerentur. Veritatis autem illius maximum eſt argumentum, eorum quibus iſta de inferis opinio

arridet discordia. Vt enim ab ipso Gabriele ducatur initium tractatu de Colybis quem Latinum fecimus, id ponit discriminis inter beatorum corpora & damnatorum, quòd licet vtraque immortalitatem consequantur, tamen illa hanc obtineant ad gaudium æternum; hæc verò εἰς ὠθύνας, vt loquitur, καὶ παιδείας αἰωνίους, *in pœnas & supplicia æterna*. Nimirum cùm ex vna parte animaduerteret mortuis preces in Patribus, Synodis, & Liturgiis constantissimè decerni, ne purgatorias Ecclesiæ Latinæ pœnas approbare videretur, præsentem damnatorum statum, ab eo qui post generalem omnium resurrectionem futurus est, subdolè & absque vllo assertionis illius fundamento distinxit. Zacharias Gerganus diuersam à Gabrielis responsione commentus fuisse videtur distinctionem. Οτι οἱ Παπίσαι, inquit, δὲν θρέπει νὰ βαίουσι λογχριασμὸς ἀπὸ τὺς πατέρες ἀφ' τὸ καθαρήριον, ὅταν λέγωσι νὰ προσευχόμεθα ἀφ' τὺς νεκρούς. Ἀφ' οἱ ἅγιοι λέγουσι. πᾶς βοηθῶσι τὺς νεκρὺς οἱ προσευχαὶς, ἐπειδὴ καὶ ὁ θεὸς δὲν ἔδωκεν ἀκόμητον δαιμόνοις ἐξουσίαν ἁπλὴν εἰς τὺς ἀποθανόντους. *Non debent Papistæ proferre Sanctorum auctoritatem, cùm dicunt orandum esse pro defunctis, & ex hoc inferre purgatorium dari: nam sancti ideo dicunt mortuos precibus iuuari: quia Deus nondum dedit dæmonibus plenam in mortuos potestatem.* Quod haud dubiè merum est Græculi somniantis figmentum. Georgius Coresius, qui Gabrielis apologiam autoritate sua communiuit, damnatos in duplici classe constituit, quorum alij παντελῶς κατακεκριμένοι, siue modis omnibus damnati, quibus nulla sit via ad pœnitentiam, alij vero, qui non sunt ex omni parte damnati, ex inferorum vinculis, viuorum precibus eripi possunt. Quasi verò in inferno locus esset pœnitentiæ. Contra Iosephus Briennius oratione 1. de iudicio nullum mortuis pœnitentiæ locum relinquit, nec viuentium precibus ad æterna gaudia perduci posse autor est, sed damnatorum animas in inferno ad iudicij diem nullis addictas suppliciis detineri existimat, & tunc intercessioni locum fore. Angeli videlicet & beatissima Virgo pro eorum salute duntaxat, qui pœnitentia ducti in peccatis mortui non fuerint, Deo supplicabunt. Et mox subdit non solùm tunc futuram intercessionem, sed & in hac quoque vita esse, cùm Sanctos intercessores nobis comparamus. Pudet has fabellas prolixiùs contexere. Scriptor Anonymus orationis de igne Purgatorio, vt ex iam allatis manifestò liquet, illum diuersa planè ratione refellere aggressus est. Ea scilicet quæ isti veluti sententiæ suæ fundamenta substruxerunt, penitus euertit. Adeo parum tuta sunt

Apud Caryo. pag. 312.

Apud Alat. de Eccles. Grac. lib. 3. cap. 15.

Ibid.

ac firma ea quæ Claudius obiicit, tanquam vniuersæ nationis Græcæ suffragio comprobata. His omnibus accedit Græcos de igne Purgatorio inter se non consentire. Iis quæ in Synodo Florentina ea de re statuta sunt, nec non iis quæ in defensione quinque capitum sub Gennadij Scholarij nomine edita habentur, referendis supersedebo, ne Claudius ista ex Latinorum officina profecta fuisse arguat. Schismaticorum testimonia illum mirè delectant. Ad ea igitur quæ ab Ephesio in Synodo Florentina referente Sguropulo de hoc negotio recitata fuere, animum applicet, ὀλίγων, inquit, εὐείσκω τὴ μεταξὺ ἡμῶν διαφορὰν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τούτῳ, καὶ ἐλπίζω διορθωθῆναι ἐκείνῳ, ἢν ὁ Θεὸς εὐδοκήσῃ. *Exiguam inter nos in isto capite deprehendo differentiam, quam & spero fore vt in rectum sensum, si Deus dederit, adducatur.* Sed quis ingenij Græcorum leuitatem non miretur. Mutuum quo se inuicem prosequebantur Ephesius & Gregorius πνευματικὸς siue Pœnitentiarius odium, fecit, vt hic Ephesum duriùs habuerit, quòd Græcos inter & Latinos in articulo Purgatorij nihil ferè esse discriminis palam asseueraſſet, cùm ex sua opinione esset maximum. Quare mox Ephesius in contrariam partem abiens, Græcos Latinis hac in re nullatenus conuenire fusioribus argumentis demonstrare conatus est. Gregorius autem pro innata Græcorum ingeniis inconstantia, Latinorum partes acerrimè propugnauit. Sanam vocat illorum de Purgatorio sententiam, & puram putam Patrum doctrinam. Si quid certi & constantis de argumento Purgatorij apud Græcos extitisset, nunquam sanè ob mutuam offensam, & ingenij leuitatem, ex sola contradicendi libidine, in tam diuersa ire potuissent. Ex his itaque concluditur valde intricatam esse magnisque difficultatibus impeditam de pœnis Purgatoriis apud Græcos quæstionem, vnde postea ortum fuerit, vt de ea inter se minimè consenserint, ac demum iuniores quidam Græci, quibus exosa erat Ecclesiæ Romanæ de Purgatorio Doctrina Purgatorias inferni pœnas cum Origene stabilire maluerint, quàm Latinorum de igne Purgatorio placitis adhærere. Denique cùm in Synodis, vbi de vtriusque Ecclesiæ consensione agitur, non tam de priuatorum hominum sententia, quàm de totius Ecclesiæ persuasione disputari soleat, præsens de pœnis inferorum Purgatoriis controuersia facili negotio prætermissa fuit. Vbi enim partis vtriusque conciliatio quæritur, multa prudentissimè reticentur, quibus postea medica manus longè faciliùs ac tutiùs adhibetur. Sed hæc sunt ex eorum genere, quæ vel minùs præcipua sunt, vel de quibus nondum pla-

nè constat. Cùm igitur res transubstantiationis, in ea quæ sunt huius vel illius generis non cadat, Arnaldus negante argumento rectè in hac causa vsus est; etsi in aliis & quidem bene multis eiusmodi argumenta spernenda esse existimauerim. Hactenus quæ sit Iunioris Græciæ de pœnis Inferni Purgatoriis persuasio, explicatum est: Nunc inquirendum, vtrum illius de præsenti argumento sententia, ab ea quæ Latinorum Ecclesias occupat, ita aliena sit, vt nulla conciliationis via aperiatur. Hanc à viro cordato, quique non ex sua consuetudine legem aliis præscribere velit, facili negotio obtineri posse arbitror. Inferni vel purgatorij topographiam non describimus, sed quærimus quis sit animarum status postquàm suis solutæ sunt corporibus. Henricus Holden Doctor Parisiensis libro 2. resolutionis fidei statuit à Catholicis citra fidei dispendium disputari posse de modo quo animæ puniantur in Purgatorio: similiter posse in dubium reuocari, an sit locus aliquis propriè dictus, quo detineantur, an vero igne torqueantur; denique exploratum non esse, cuius rationis sint pœnæ Purgatorij. Iam his positis, anquiramus vtrùm cum Latinis in gratiam redire queat Metropolita Philadelphiensis. Primò purgatorij quidem nomen minimè agnoscit, sed rem ipsam de qualis oritur approbat, cùm infernum vsque ad iudicij generalis tempora fidelium precibus reseratum asseueret. Secundò quam habet de locis infernis opinio ex Origenianorum officina proficiscì non potuit: quandoquidem pœnas inferni post latam à summo iudice sententiam æternas esse liberè profitetur opusculo de Colybis, quod Latinum fecimus. Itaque locus inferorum iis purgatorium existit, quos peccatorum grauitas æternis supplicijs non addicit: Ea enim videtur esse Gabrielis opinio, vt iis solùm pateat ex inferni gemitibus ad locum lucis & refrigerij aditus, qui grauioribus peccatis, vti diximus, non tenentur. Vnde idem Metropolita Philadelphiensis ad finem eiusdem opusculi de Colybis suos adhortatur ad vitæ puritatem & virtutis studium. *Etenim*, inquit, *si corde puro inuenti fuerimus, & omnino mali expertes, nosmetipsos integros exhibuerimus, atque lacrymis & cordis contritione vitia nostra deleuerimus, speramus fore vt secundùm Apostoli vocem in nubes rapiamur, & cum splendore occurramus obuiàm Regi vniuersorum.* Sed de his iterum mox sermonem instituemus. pag. 27.

16. *Qua die publicè genu flectere.* Geniculationes diebus Dominicis olim prohibitas fuisse Ecclesiæ sanctionibus nemo ignorat: sed vt illa consuetudo res est disciplinæ, mirum videri non debet,

Digitized by Google

si quid mutationis admiserit. Eucologium Græcum sanctæ Pentecostes officium, cuius hic meminit Gabriel, complectitur, in quo habentur prolixæ orationes, quas Sacerdos cunctis in genua procumbentibus ex bemate siue tribunali elata voce pronuntiat. Quibus autem rationibus adducti fuerint Græci, vt hac die flexis genibus Deum supplices deprecarentur exponit Matthæus Blastares apud P. Goar notis in illud Officium. Sed his, quia nullius sunt momenti, referendis supersedebimus. Eamdem apud Syros genuflexionis consuetudinem obtinere dudum annotauit doctissimus Widmanstadius in epistola, quam ad calcem noui testamenti lingua Syrica Viennæ editi adiecit. *Ascensionis dies*, inquit, *à resurrectione quadragesimum, & Dominus Pentecostes suum, hoc est quinquagesimum implet. Hoc die Syri genibus nixi parteque corporis supra genua stante erecta precantur*; quem ritum ipsi genuum positionem, qua eo tantùm die *vtuntur*, *appellant: reliquis enim diebus adorantium aut supplicantium speciem, vel prono corporis motu exhibent, velterræ osculatione, à qua nulla interposita mora resurgunt, vt à Mahometanis, qui engonasi illa vti solent, differrent.*

17. *Fac eos quiescere vbi vultus tui lumen respicit.* Hæc sumpta sunt ex Liturgia Ioannis Chrysostomi. Cauendum autem est ne ex antecepta luminis gloriæ, de quo multa habent Theologi, opinione, illud quod Græci luminis seu lucis nomine in præsenti negotio intelligunt, minimè assequamur. Persuasum si quidem est Græcis beatos nondum in cælis diuinæ fruitionis esse participes. Ita apud Allatium Iosephus Briennius defunctorum animas in duas classes distribuit. Animæ Sanctorum, inquit, libertate potiuntur, & Edem deliciarum pro fede habent; nondum tamen æternis illis bonis perfruuntur. Damnatorum verò animæ in inferis locis permanent; nondum tamen æternis cruciatibus addicuntur. Vt autem ita sentiant, adducuntur inprimis verbis Scripturæ. *Ite maledicti in ignem æternum, &c.* Solennem illam quæ tandem vltimo iudicij die futura est latæ sententiæ denunciationem expectandam esse asserunt. Tum iudex omnium Christus electos ita compellabit. *Venite benedicti Patris mei &c.* Similiter, vt Patres silentio præteream, publicæ Ecclesiæ precationes hanc opinionem constabilire videntur, quas in Græcorum aliarumque nationum Orientalium, tum Latinorum officiis legere est. Ita non minùs Latini, quàm Græci in sacrificio Missæ, vbi fit commemoratio pro defunctis, Deum supplices deprecantur, *vt ipsis & omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerij, lucis, & pacis indulgeat.* Pariter lo-

cus iſte in vtriuſque gentis officio exequiarum appellatur paradiſus, lux, vita, beatitudo, ſinus Abrahæ, cælum, regio viuorum &c. Id tamen diſcriminis intereſt Græcos inter & Latinos, quòd hi veram lucem, veramque beatitudinem, quæ in eſſentiæ, diuinæ contemplatione poſita ſit, ſtatuant, illi verò ſedem duntaxat lucis, à qua dolor omnis, gemitus, & ægritudo remoueantur, vti loquuntur, poſt Dionyſium, ſuis decretis adſtruant. Ita Gabriel particulas in Eccleſia ſua offerri pro iis qui in Chriſto dormierunt, aſſerit, *vt Dominus eorum animas colloret in loco luminoſo, in loco virente, in loco refrigerij, à quo abeſt triſtitia & gemitus, & vt eos relaxet ac recreet à moleſtiis quæ illos detinent, &c.* Duplex itaque Græcis eſt paradiſus, Latinis verò vnicus. Vtrumque agnoſcit Metropolita Philadelphienſis, & ſub iiſdem nominibus comprehendit. *Studeamus*, inquit ſub finem opuſculi de Colybis, *vt per bonas probaſque actiones purè lumen illud purum, quodque naturam ſuperat videamus in illa die tremenda, quæ dies eſt ſecundi aduentus, &c.* Verùm neque iterum Græci de hoc lumine cum Latinis conſentire videntur. Etenim diuinam eſſentiam, ne quidem Angelis aſpectabilem ſe præbere exiſtimant. Ita Gerganus apud Caryophilum hæc habet. Οἱ ἅγιοι πατέρες λέγουσι πῶς οἱ ἄγγελοι δὲν δύνονται νὰ ἰδοῦν τὸν θεόν. *Sancti Patres dicunt, Deum ab Angelis videri non poſſe.* Putant opinionis ſuæ approbatores eſſe Ioannem Chryſoſtomum, Gregorium Nazianzenum, Theodoretum, & alios multi nominis. Nam vt reliquos ſileam, Theodoretus dialogo cui titulū fecit, *Immutabile*, negat diuinam ſubſtantiam ab Angelis videri. Οὐ γὰρ, inquit, τὴν θείαν ὐσίαν ὁρᾶσι, τὸ ἀπερίγραπτον, ἢ ἀχαταλήπτον, ἢ ἀνεξιχνίαστον ἢ θελητικὴν τῶν ὅλων, ἀλλὰ δόξαν τινὰ τῶν ἀὼ τῶν φύσει συμμετεχουσῶν. Quæ verba Latinus interpres ità conuertit. *Non enim vident diuinam ſubſtantiam (Angeli) quæ nec circumſcribi, nec comprehendi, nec mente percipi poteſt, & quæ vniuerſa comprehendit; ſed ſpeciem quamdam ipſorum naturæ accommodatam.* Hæc eſt profectò Græcorum recentioris ætui de ſtatu animarum, poſtquàm ſuis corporibus ſolutæ ſunt, iterumque illis applicatæ ſententia: quæ quidem à Latinorum perſuaſione in nonnullis differt; ſed ex illo diſcrimine Claudius nihil prorſus obtinebit, vnde Arnaldi argumentatio debilitetur. Etenim de purgatorio & fruitione Sanctorum in Synodo Florentina diu multumque diſputatum fuit. Qua autem ratione ſolui poſſent Græcorum quæ produximus argumenta, viam non aperio: quia nihil eſt quod magis in vulgus editum ſit, quàm eiuſmodi quæſtiones de lumine gloriæ, de purgatorio, & inferno. Quid

Digitized by Google

ea de re ab Ecclesia Latina definitum fuerit, nemo ignorat. Græcorum persuasionem, quæ non ita in vulgus nota est, pro instituti mei ratione illustraui. Cæterùm quæ in Latinorum Missa pro mortuis à Sacerdote enuntiantur precationes Græcorum opinionem confirmare videntur, nisi earum locutiones benigna interpretatione emollias. Ita nimirum Sacerdos Christum in Offertorio deprecatur. *Domine Iesu Christe libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu, libera eas de ore Leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum, &c.* Pari modo in die obitus ita orat Sacerdos. *Te supplices exoramus pro anima famuli tui; quam de hoc seculo migrare iussisti, vt non tradas eam in manus inimici, neque obliuiscaris in finem: sed iubeas eam à sanctis Angelis suscipi, & ad patriam paradisi perduci: vt quia in te speranit & credidit, non pœnas æternas sustineat, &c.* Iste precandi vsus pro mortuis, Græco in omnibus conformari videtur. Nulla in eo purgatorij mentio, sed inferni. Quare autor fuerim, vt eiusmodi precationes cautè & cogitatè tractentur.

18. *Sciendum est nullam dictarum Particularum, etsi vniatur corpori & sanguini Domini, transformari & transmutari in carnem & sanguinem, &c.* De eiusmodi particulis maxima intercedit Arnaldum inter & Claudium controuersia. Has minimè consecrari Claudius existimat, & sententiæ suæ approbatores habet Metropolitam Philadelphiensem, aliosque Græcos, qui illud argumentum attigerunt. Arnaldus verò, duce Arcudio, hanc de particulis opinionem non esse Græcorum omnium arbitratur. Quia scilicet Simeon Thessalonicensis apud eundem Arcudium de his ita loquitur, Εἰ καὶ μὴ δογματικῶς ταῦτα φημὶ, ἴσπουδμαι γὰρ αὐὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. *Etsi hæc dogmaticè non asseram: semper enim sequor Ecclesiam.* Vnde confici putat Arcudius hanc de particulis doctrinam à Simeone excogitatam fuisse. Sed nihil aliud per μὴ δογματικῶς intelligit Simeon, quàm istam de particulis doctrinam ex Patrum traditione deriuatam fuisse; ita vt hoc loco pugnantia loquatur Arcudius. De particulis, vti iam supra animaduersum est, quas prisca ætas agnouit, in præsentia non disputatur: sed de his solùm quas iunior Græcia paululum hac in re ab antiqua deflectens excogitauit. Itaque cauendum ne dum occurrit in partibus vocabulum μέρος siue particulæ, illud vocis istius homonymia decepti hodiernæ particularum ceremoniæ applicemus. Iam constat communi Græcorum consensu, hanc de particulis minimè consecratis opinionem receptam & approbatam esse. Vtrùm autem illarum vsus tollendus sit, nec ne in præsentia

non quæritur : sed expendendæ sunt consequentiæ quas inde sumit Claudius aduersus Arnaldum. Rectè quidem Arnaldus ex verbis Gabrielis quæ apud Arcudium legerat, ea nihil inter se habere cohærentiæ euicerat, nisi veram & Physicam donorum conuersionem idem Gabriel agnouisset. At Claudius Arnaldo miris modis insultans magno verborum strepitu longam conclusiuncularum seriem innectit, quibus apertè demonstrari putat, ex hac Particularum ceremonia Latinorum transubstantiationem funditus euerti. Simeonem & Gabrielem rei huiusce testes appellat ; sed quàm inaniter ipse viderit : integrum enim Gabrielis Opusculum de Particulis Græcè & Latinè producimus. Gabrielem autem totum in hoc negotio à Simeone dependere ipse agnoscit. Particulas non consecrari autor est quidem Philadelphiensis Antistes ; sed simul panem & vinum, quæ in recordationem Passionis & Resurrectionis Christi offeruntur, verè transubstantiari profitetur. Valeant itaque necesse est ea omnia quæ Claudius prolixiùs, ne dicam loquaciùs in hunc locum coniecit. Neque ea referre pigebit*, vt omnibus innotescat, quàm leuiter trophæum quasi de victoria iam reportata sibi statuerit.

* *Voyla mon argument. M. Arnaud qui en a veu la force a taſché de l'éluder par ſes artifices ordinaires. Car d'vn coſté il nous a caché ce qu'Arcudius rapporte de plus formel, ſçauoir que ces particules ſont le corps du Seigneur eſtant meſlées, & que les Fidelles en peuuent participer au Sacrement ; & de l'autre il nous a déguiſé le ſens de Simeon, & a fait ſemblant de le tirer à ſon auantage. Mais quelque illuſion qu'il nous faſſe, il n'empeſchera pas qu'on ne voye que le veritable ſentiment de l'Egliſe Grecque eſt, 1. Que la ſubſtance du pain demeure dans toutes les particules, c'eſt à dire auſſi bien dans la conſacrée que dans les autres. 2. Que la particule conſacrée eſt faite le corps de Ieſus Chriſt par vne plenitude de ſanctification, qui eſtablit en elle comme vn fond de grace & de vertu ſanctifiante, que les autres particules par le meſlange & l'attouchement participent à cette ſainteté, & deuiennent par ce moyen le corps & le ſang du Seigneur, non d'vne maniere pleine & parfaite comme la grande particule ; mais en vn degré beaucoup plus bas, qui ſuffit neantmoins pour les rendre propres à eſtre diſtribuées au peuple, comme eſtant le corps & le ſang du Seigneur. M. Cl. p. 193.*

NOTÆ

NOTÆ
IN TRACTATVM
GABRIELIS SEVERI
METROPOLITÆ PHILADELPHIENSIS
DE COLYBIS.

19. *Fiam Colyborum, &c.* Quid ſint Colyba, & in quem vſum inſtituta fuerint fuſiùs declarat Philadelphienſis Antiſtes. Euchologium Venetiis editum complectitur orationem, cui titulus eſt, ὠχὴ τῶν Κολύβων, *oratio Colyborum*, quæ his verbis concepta exprimitur. Ὁ πάντα τελεσφορήσας τῷ λόγῳ σου κύριε, ὁ κελεύσας ἐκ γῆς παντοδαπὸς ἐκφῦναι καρποὺς εἰς ἀπόλαυσιν καὶ τροφὴν ἡμετέραν· ὁ τοῖς σπέρμασι τὰς τροφὰς παιδὰς καὶ Δανιὴλ, τὸ δὲ Βαβυλῶνι ἁβροδιαίτοις λαμπροτέροις αὐταδείξας αὐτὸς παίδαγε θεὲ βασιλεῦ, καὶ τὰ σπέρματα ταῦτα, σὺ ἴδιος ἀληθόφροσι καρποῖς εὐλόγησον καὶ ἴδιος ἐξ αὐτῶν μεταλαμβάνοντας ἁγίασον. ὅτι εἰς δόξαν σὴν, καὶ εἰς ἴαμα τῶν ἁγίων τούτων τεθέσπισται, ὡς ἂν τοῦ σοῦ δούλου, καὶ εἰς μνημόσυνον τὸ σὸν εὐσεβεῖ σίτῳ πολιαθέντων. ὡς δὲ ἄγαν ἐδίδου ἴδιος εὐτρεπίσασι ταῦτα, καὶ τὰ μηλίνα βλαστοὶ παῖτα τὰ τοῖς σωτηρίας αἰνήματα, καὶ τὸ αἰώνιον σου ἀγαθὸν τὸ ἀπόλαυσιν, τροσθείαις τὸ παραχρῆμα διανοίνης ἠδὺ θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας τοῦ ἁγίου τούτου, οὗ καὶ τὸ μνήμην ἐπιτελοῦμεν, καὶ παῖπαν σου τὸ ἁγίων. *Domine qui cuncta verbo tuo ad perfectionem adducis, & terram proferre iubes diuerſi generis fructus in vſum ac cibum noſtrum: qui ſolis leguminibus enutritos tres pueros, & Danielem, molliter in Babylone educatis formoſiores oſtendiſti; ipſe Rex optime, etiam ſemina hæc cum variis fructibus*

Fol. 142.

benedic, & omnes ex eis degustantes sanctifica; quia in gloriam tuam, & in honorem sancti N. oblata sunt hæc à seruis tuis, & in memoriam Fidelium defunctorum. Præbe etiam benigne præparantibus hæc, & commemorationem agentibus cuncta ad salutem postulata, & æternorum bonorum tuorum fruitionem, intercessionibus intemeratæ Dominæ nostræ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ, sancti N. cuius memoriam celebramus, & omnium Sanctorum tuorum. Hanc Colyborum orationem P. Goar & alia complura ex codicibus Mſſ. in Euchologium à ſe editum tranſtulit, ibidemque obſeruat Balſamonem illius ceremoniæ originem ad Athanaſium, & Autorem Synaxarij Græci ad tempora Iuliani Apoſtatæ referre. Et vt erat Græciæ recentioris rituum experientiſſimus eiuſmodi Colyborum farraginem ita exponit. *Excoquunt quandoque leuiter frumentum Græci, lancibuſque acernatim impoſitum fru-*

gibus variis, piſis puta, tuſis auellanis, cortice nudatis Amygdalis, nucibus minutim ſectis, Corinthiacæ uuæ, & Malogranatarum granis in diſtinctas Petroſelini folis velut radiis areolas & figuras ordinatis reſpergunt, acernumque huiuſmodi præfata arte elaboratum κόλυβα vocant. Leo Allatius lib. 3. de Eccl. Occid. & Orient. Perpet. conſ. lib. 3. cap. 18. ex codicibus manuſcriptis officium Colyborum exſcripſit, quod hanc præ ſe fert inſcriptionem: ἀκολουθία τῆς κανίσκης ἤ κολύβων τῆς ψαλλομένης τὰ τρίτα, καὶ ἅγιατα, καὶ τεσσαρακοστά. *Officium Canonis Colyborum, qui tertio die, nono, & quadrageſimo (poſt funus elatum) canitur.* Hoc orationes multas complectitur in memoriam Defunctorum; ſed cùm iam antea illud argumentum pertractauerimus, viſum eſt ea ſilentio prætermittere, quæ in hunc locum conjici poſſent ad illuſtrationem officij exequiarum.

NOTÆ
IN TRACTATVM
GABRIELIS SEVERI
METROPOLITÆ PHILADELPHIENSIS
DE SACRAMENTIS.

20. *Eptem ſunt Eccleſiæ Sacramenta.* Perfectè & in omnibus Eccleſia Græca de numero Sacramentorum cum Latina conſentit. Ita Simeon Theſſalonicenſis, à quo in pleriſque dependet Gabriel, ſcripſit Dialogum cui titulum fecit de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis, ex quo doctiſſimus Ioannes Morinus tractatus de pœnitentia & Sacris Ordinationibus Græcè & Latinè publicauit. Nubem teſtium profert è Iuniore Græcia Leo Allatius qui vno ore ſeptenarium Sacramentorum numerum decretis ſuis ſtabiliant: ita vt ea fuſiùs conſectari neceſſe non ſit. Similiter id negotij egregiè illuſtrauit Arcudius libris ſeptem, quos de concordiâ vtriuſque Eccleſiæ in ſeptem Sacramentorum adminiſtratione conſcripſit. Iuuat ſummam eorum quæ Gabriel in commentaria ſua retulit, in pauciora contractam proferre, vtex iis appareat, quæ ſit Græcorum de ſeptem Sacramentis in ſpecie doctrina. Primò itaque tractatu de Baptiſmo laudat Gregorium Theologum qui oratione in * Epiphania autor eſt nomen Baptiſmi dici de Baptiſmo Moyſis, Ioannis, Chriſti, Martyrij, & Lacrymarum, ſimulque diuerſa illa Baptiſmorum genera ſcripturæ Sacræ teſtimoniis illuſtrat. His tres alios ex Ioan-

Lib. 3. de Ec. O. & Occ. Perp. Conſ. cap. 17

* εἰς τὰ ἅγια φῶτα.

ne Damaſceno ſubiungit, diluuij ſcilicet, legis, atque iudicij futuri. Sed iis omnibus ſilentio prætermiſſis de vno qui Chriſti eſt, Sermonem inſtituit, variaſque illius definitiones profert ex Dionyſio, Gregorio Theologo, Baſilio, Chryſoſtomo, Ambroſio, & Damaſceno. Apoſtolos baptizandi poteſtatem in die Pentecoſtes accepiſſe probat ex Luca in actis. Quatuor in Baptiſmo neceſſaria deprehendit, nimirum, Τὸ ποιητικὸν αἴτιον, τὸ ὑλικὸν, τὸ εἰδικὸν, καὶ τὸ τελικὸν, *Cauſam efficientem, materialem, formalem, & finalem.* Efficientem duplicem ſtatuit, principem videlicet atque inſtrumentariam. Princeps eſt Deus, non Angelus; inſtrumentaria verò Sacerdos. De materiali verò hæc habet. Τὸ δὲ ὑλικὸν αἰτιόν ἐστι τὸ ὕδωρ τὸ φυσικὸν καὶ φυτειάδες, οἷον * ὅσα ἐξ τὸ ἐκ τῶν ῥόδων, ἢ βοτανῶν ἄλλων ἐκπιεζόμενον. καὶ γὰρ ὁ κύριος ἐν τῷ φυσικῷ ὕδατι βαπτισθεὶς, τοῦτο ὕλην ταύτην ἡμῖν παρέσχετο. *Cauſa materialis eſt aqua naturalis & elementaria, qualis non eſt illa quæ ex roſis vel aliis herbis exprimitur. Etenim Dominus in aqua naturali baptizatus, hanc materiam nobis commendauit.* Formam verò Baptiſmi ait eſſe Trinitatis ſanctæ inuocationem iuxta Chriſti mandatum. Demum finem Baptiſmi in eo ſitum vult, vt eum qui baptizatur, efficiat beatum, ſanctum, perfectum &c. Definita non eſſe, noſtrâ, vt Patrum ætate, baptizandi tempora exiſtimat; ita vt baptiſmus perficiendus ſit vrgente neceſſitate καθ' πᾶσαν ἡμέραν καὶ ὥραν καὶ στιγμὴν, *ſingulis diebus horis ac momentis.* De iis autem qui à baptiſmo arceri debeant, & de rebaptizandis ſecundùm canones pronuntiat.

Secundò de Sacramento confirmationis, quod vocat ἄχρον μύρον ſanctum vnguentum differit. & primo conſpectu diuerſa illius nomina, diuerſaſque eiuſdem ex Patribus definitiones attingit. Non aliam illius materiam agnoſcit, quàm Dionyſius, Ἡ ὕλη, inquit, τοῦ μύρου ἡ πόῤῥω εἶναι φαιδρὸν τὸν ἄνθρωπον τὸ χειρόμυρον. ἡ δ' ἕνωσις τὸ ἔλαιον μετὰ συναγωγῆς εὐπνόων ὑλῶν ποιότητας ἐχουσῶν εὐόσμους καὶ θείων διανύσεων. *Materiam vnguenti remotam dicimus eſſe hominem qui vngitur; proximam verò oleum cum collectione materiarum benè olentium, quæ qualitates bene olentes habeant ſecundùm diuinum Dionyſium.* Formam vnguenti hanc aſſignat: Τὸ εἶδος τοῦ μύρου ἐστὶν ἡ τῶ ῥημάτων δύναμις τῆς ἀρχιερέως ἐπ' αὐτὸ λεγομένη, καὶ ἐδοποιῆσα αὐτὸ, *Forma vnguenti poſita eſt in virtute verborum, quæ Pontifex ſuper illud enuntiat, quæque illud informat.* Verùm conſecrationis vnguenti formam profert, non autem illam de qua Theologi diſputant: Cùm ipſo tamen plerique recentiorum Græcorum hac in parte conueniunt. De miniſtro confirmationis ita ſentit.

* *Adde textui abeſt particula οὗ quæ neceſſariò reponenda erat.*

Pontifices inprimis Sacramenti huiuſce miniſtri ſunt; etſi nihil ea de re in Synodis definitum fuerit, Tamen Preſbyteris confirmandi ſtatim à Baptiſmo poteſtatem fecit Eccleſia Orientalis abſque præiudicio, ne quis videlicet baptizatorum eiuſmodi gratia priuaretur. Quæſtionem hanc de miniſtro confirmationis, quæ magna animorum contentione à Theologis magni nominis non ita pridem agitata eſt, egregiè illuſtrauit poſt Arcudium Lucas Holſtenius in duplici diſſertatione, quam ea de re inſtituit. Illius autem ſententiæ hæc ſumma eſt. Chriſmationis miniſter ante exortum Schiſma apud Græcos fuit Epiſcopus autoritate ordinaria; extraordinaria autem & delegata Preſbyter: ita tamen vt hæc diuturno ac perpetuo vſu ordinaria quodammodo euaſerit. Ius autem illud quod nunc exiſtit penes Preſbyteros Græcos, non aliunde deriuatum fuiſſe putat, quàm ex inueterata Eccleſiæ Orientalis conſuetudine. Quinam autem debeant ad Chriſmationem admitti, & quæ ſit illius forma, ſeu illam adminiſtrandi ratio, decernit Metropolita Philadelphienſis verbis Canonis 48. Synodi Laodicenæ, & Canonis 7. Concilij Conſtantinopolitani, quod ſanctam & ſecundam Synodum appellat. Gabrielis doctrinam de Sacramentis Euchariſtiæ, pœnitentiæ, & ordinationis ſileo; quia iam integri tractatus illi de Græcis in ſermonem Latinum conuerſi ſunt.

Tertiò inter Sacramenta matrimonium, non ſecus atque Latini, recenſet, neque ab his cùm in nomine, tum in re ipſa diſſentit. Chriſtum illius autorem aſſerit. Ad legitimi matrimonij rationem conditiones quinque deſiderat, quarum prima eſt, σκοπὸς τοῖς τὸ παιδοποιεῖσθαι, καὶ πληροῦσθαι τὴν ἐντολὴν τὴν αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε κελεύσασαν τοῖς θεός. *Intentio filios procreandi & implendi mandati diuini, creſcite & multiplicamini.* Secunda eſt coniunctio non ſolùm corporis, ſed & animæ. Tertia, ætas certa & legitima. Ita neceſſe eſt vt vir annum decimum quartum ſuperarit, femina vero decimum tertium. Quinta denique, ſacerdotis benedictio. Illa verò, quæ impedimento ſunt quominùs matrimonium contrahatur, ita recenſet, ἡ συγγενεια ἡ ἐξ αἱματος, *affinitas quæ eſt ex ſanguine*, ἡ ἐξ ἀγχιστείας, *quæ eſt ex propinquitate*, ἡ ἐκ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, *quæ ex ſancto baptiſmo oritur*; eamque appellat πνευματικὴν συγγένειαν, ſiue ſpiritualem affinitatem. ἡ ἐκ ἢ υἱοθεσίας, quæ *eſt ex adoptione*: & autor eſt, vt ea de re conſulantur Harmenopulus & Matthæus Blaſtares. Præterea illos non poſſe iungi matrimonio aſſeuerat qui tenentur voto Monachatus; ita tamen vt hoc Epiſcoporum iudicio relinquat, qui diligentiſſimè de

illo negotio anquirant. Similiter arcet à matrimonio eos qui iam ad diaconatus vel hypodiaconatus ordinationes promoti fuerint. De iis verò qui hæretici vel impij fuerint ex canonibus decernit. Tandem de causis quæ matrimonia soluant, nihil aliud se statuere profitetur, quàm ea quæ iam stabilita sunt à Basilio magno & Harmenopulo. Matrimonij verò materiam esse mariti & vxoris nutum asserit, & ita sentire τοὺς ἀρίστους τῶν διδασκάλων, *optimos magistros.* Denique formam sumit ex vtriusque consensu, qui per hæc verba exprimitur, θέλεις με, *vis me, &c.* θέλω σε, *volo te, &c.*

Sacramentorum agmen claudet extrema vnctio, quam τὸ μυστήριον τῆς εὐχελαίου, *mysterium orationis cum oleo appellat.* Hæc autem est definitore eodem Gabriele, Χρίσμα δὲ ἐλαίου καθαροῦ κατασκευασμένου ὑπὸ τοῦ ἀποστολικοῦ καταλειμθάνει, δύναμιν ἔχον ἀφ' ἧς ἐλλογίας ἱερατικῆς, ἴασιν ψυχαῖς, καὶ σωματικὴν παρέχειν τῷ νοσοῦντι: *Chrisma, siue vnctio, quod ex oleo puro cõstat, pro iis qui iacent infirmi, virtutem habens interuentu benedictionis Sacerdotalis cùm animæ tum corpori infirmi sanationem afferre.* Christum facit illius Sacramenti, vt & cæterorum autorem, Apostolos verò eiusdem administros. Mox addit tria necessariò requiri ad rationem cuiuslibet Sacramenti, nimirum ὕλην ἐξωτερικὴν, *materiam exteriorem* εἰσφέρειν χάριν, *gratiæ productionem*, καὶ τὸν τοῦ κυρίου εἶναι νεύσει μεταμφόρου, *eiusque à Domino institutionem.* Hæc autem tria in præsenti Sacramento reperiri ostendit, 1. materia illius exterior est τὸ καθαρὸν ἔλαιον. Siue oleum *purum*, 2. confert gratiam; quandoquidem ἀφίησιν ἁμαρτίας, *tollit peccata.* 3. Illud à Christo institutum est, cùm eo iubente ab Apostolis administratum fuerit. Formam in verbis positam arbitratur, quæ ἐκ τοῦ ἱερέως siue à Sacerdotibus enuntiantur, δύναμιν ἔχοντα τοῦ ἀφίεναι τὰς ἁμαρτίας, καὶ τὰς νόσους θεραπεύειν τῆς πίστως τοῦτο λαμβανομένων, *quæ virtutem habeant peccata morbosque eorum qui illud cum fide suscipiunt, auferendi.* Quibus omnibus subiungit magnam, quæ ex hoc Sacramento aduersus Potestates aereas redundat vtilitatem. Denique de ministro extremæ vnctionis hæc habet, Οὐδεὶς ἄλλος δύναμιν τοῦτο ἐνεργῆσαι, ἀλλ' ἢ μόνοι οἱ ἱερεῖς, *nemo potest operari huic Sacramento præter sacerdotes*; ducitque rei huiusce probationes ex Iacobi epistola, in qua videlicet legimus: *Infirmatur aliquis inter vos? accersat presbyteros Ecclesiæ, & orent pro eo vngentes eum oleo in nomine Domini.* Hæc est de septem Sacramentis Ecclesiæ Græcæ doctrina, quam fusiùs explicatam legere est in commentariis, quæ Arcudius de hoc argumento conscripsit. Huic pariter conuenit reliqua nationum Orientalium turba, quæ videlicet in plerisque

Digitized by Google

perſuaſionis ſuæ decreta à Græca hauſit. Noui quidem aliquibus aliter ea de re viſum fuiſſe, nec deeſſe Scriptores qui nationum Orientalium fidem velut à Romana in hoc negotio alienam virgula cenſoria notauerint: ſed eiuſmodi Scriptorum, apud quos vili veneunt hæreſes, ingenium iam antea deſcripſimus, eoſdemque graphicè depingit Lucas Holſtenius inde ab initio diſſertationis primæ de Sacramento Confirmationis apud Græcos, his verbis. *Luctuoſum ſchiſma quod Orientis & Occidentis Eccleſiæ dudum diſiunxit, illis potiſſimùm imputandum eſt, qui Chriſtiana caritate poſt habita, diſputandi pruritu omnia in quæſtionem & controuerſiam adduxerunt, & quæ diuerſo ritu apud partem aduerſam agunturs. His nulla vel exigua veritatis cura, ſed vnum vincendi ſtudium, vt ex ſua conſuetudine, vel opinione aliis legem præſcribant. Illud autem miſera & afflicta fortuna duriſſimum & iniquiſſimum habet, quòd inſultantium ludibriis impune pateat.*

21. *Dominus noſter Ieſus Chriſtus ipſe Sacramenta conſtituit & ſanciuit.* De autore Sacramentorum non æquè conſtat, ſicuti de illorum numero apud Græcos. Metropolita Philadelphienſis ab ea quæ nunc Latinorum ſcholas omnes occupat, non diſcedit. Quapropter Sacramenta extra Scripturas non quærit. Vtrum autem partes illas bene executus fuerit inquirere non eſt præſentis negotij. Totus hac in re dependet Gabriel à Simeone Theſſalonicenſi, cuius veſtigiis firmiter adhæret, etiam illius loquendi formulas imitatus. Idem quoque ſuis decretis ſtabilire videtur Hieremias Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui Reſponſi 1. ad Theologos Wirtembergenſes capite 7. Septenarium Sacramentorum numerum decreto ſuo adſtruit, quorum beneficio Spiritus ſancti gratia in fideles deriuetur. Deinde aliquot interiectis hæc ſubdit, Ἕκαστον δὲ τῶν μυστηρίων τούτων τεθεσμοθέτηται ὑπὸ τῆς γραφῆς. *Vnumquodque horum Sacramentorum in ſacris literis ſancitum eſt.* Et paulo poſt iterum ita loquitur: Poſteaquàm ſingula Sacramenta in ſpecie recenſuit, ταῦτα δὲ πάντα ἐποίησε Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν παραδέδωκεν, οὕτω καὶ τοῖς μαθηταῖς δι' αὐτῶν. *Hæc autem omnia Ieſus Chriſtus Deus noſter tradidit, eiuſque diſcipuli per ipſum.* Verùm ſub finem eiuſdem capitis minùs conſtans negat vnguenti ſacri ſiue confirmationis myſterium poſſe ex Scriptura conſtabiliri. Τῷ δὲ θείῳ μύρῳ, inquit, μυστήριον, οὐκ ἐμφέρεται μὲν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ· παραδέδοται γε μὴν ὑπὸ τῶν μαθητῶν τοῦ λόγου· καθὼς ὑπὸ τοῦ θείου Παύλου διδαχθεὶς ὁ ἱερώτατος Διονύσιος ἐν τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ συγγράμμασι παραδέδωκεν. *Diuini autem vnguenti Sacramentum non extat quidem in Scriptura diuina; traditum tamen à diſcipulis verbi, ſicut qui à diuino Paulo inſtitutus eſt D. Dionyſ-*

ſua in ſacris ſcriptis ſuis tradidit. Imò autor eſt reliqua Sacramenta, ſi baptiſmum & Euchariſtiam exceperis, quæ appellat, τὰ κυριώτατα τῶ μυστηίου, quaſi hæc potiſſimùm Sacramenti rationem participent, ex traditione Eccleſiæ accepta fuiſſe arbitratur. Reperiuntur etiam inter Latinos Theologi non inferioris notæ, qui aliqua ſolùm Sacramenta immediatè à Chriſto profecta fuiſſe exiſtiment: ſed ætate noſtra vix obtinet illa opinio, poſteaquàm Synodi Tridentinæ Patres hanc tulere ſententiam. *Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, aut eſſe plura vel pauciora quam ſeptem, &c. anathema ſit.* Tamen Synodus non dicit ea immediatè à Chriſto fuiſſe, ita vt ſi quis tergiuerſari voluerit, habeat effugium.

22. *Sicuti carbo conflat naturis duabus, vnus autem eſt numero, ita & panis tranſmutatus vnus eſt ex duabus naturis conflatus, diuinitate ſcilicet atque frumento in Chriſti carnem tranſubſtantiato.* Hæc verba Damaſceni ſententiam de Symbolorum conuerſione mirè illuſtrant. Eaſdem enim vſurpat Metropolita Philadelphienſis atque Damaſcenus locutiones, eaſdemque ſimilitudines adhibet: ſed præterea illud quod in Damaſceno aliquid obſcuritatis præ ſe ferre videbatur, ipſe dilucidiori expoſitione declarat. Damaſcenus autor eſt panem & vinum interuentu Spiritus ſancti tranſmutari in Chriſti corpus & ſanguinem, neque hæc duo eſſe, ſed vnum & idem. Similiter Gabriel aſſerit panem tranſmutatum vnum eſſe ex naturis duabus conflatum, diuinitate ſcilicet atque fermento. Iterum Damaſcenus ſumit comparationem ex carbone, quem vidit Eſaias, huncque ſimplicem non eſſe affirmat, ſed vnitum igni: quo modo panem communionis ait ſimplicem non eſſe, ſed vnitum diuinitati, præterea aliam eſſe corporis naturam & aliam diuinitatis: ita etiam Gabriel in pane tranſubſtantiato, ſicut in Carbone tria deprehendit, nimirum panem, ſeu potius, inquit, carnem Chriſti, illius animam, & diuinitatem. Id autem inprimis animaduerſione dignum eſt, quòd panis tranſubſtantiatus adhuc panis nomenclaturam apud Gabrielem retineat, etiam vbi veram & Phyſicam illius conuerſionem explicat. Itaque preſſiùs non vrgenda ſunt exempla ſimilitudinum, quæ illuſtrandæ rei alicuius cauſâ adducuntur. Non enim ex eo quòd in carbone lignum & ignis ſecundum ſubſtantiæ ſuæ rationem remaneant, inde conſequitur etiam in Symbolorum conuerſione eorumdem ſubſtantias retineri: vti rei huiuſce teſtis eſt locupletiſſimus Gabriel Philadelphienſis. Neque etiam aliter explicandæ ſunt compa-

comparationes, quæ ducuntur ex alimenti in ſubſtantiam aliti conuerſione, & aliis id genus transformationibus, in quibus, aliquid ſubſtantiæ, quod vulgò materia ſiue ſubiectum appellatur, remanet. His enim omnibus vera Symbolorum conuerſio indicatur, ſimulque moralis ac metaphorica rejicitur. Neque fingenda eſt vnio Hypoſtatica panis cum diuinitate, vti quibuſdam, ſed perperam viſum fuit. Similiter corruunt ea omnia quæ fuſiori commentatione Claudius in caput 13. libri 3. reſponſionis ſuæ coniecit, vt Græcorum de præſenti argumento ſententiam, Latinorum perſuaſioni contrariam oſtenderet. Eaſdem Metropolita Philadelphienſis loquendi formulas, eaſdemque comparationes adhibet, quas Ioannes Damaſcenus, & alij Eccleſiæ Græcæ Doctores, quos ibi Claudius appellat: tamen ab illius expoſitione ita alienum ſe præbet, vt tam nomen, quàm rem ipſam tranſubſtantiationis verbis teſtatiſſimis adſtruat. Si Latinis hominibus fidem adhibere nolit Claudius, ſaltem Græcis, niſi ſecum ipſe diſſidere velit, conſentiat. Non Papolatram & auræ curiæ Romanæ captatorem perſuaſionis Græcanicæ teſtem producimus; ſed virum à ſede Romana penitus diuulſum, quique illius fidei & doctrinæ iniquior, hanc cùm verbis, tum ſcriptis acerrimè impugnauit.

FINIS.

ADMONITIO.

ANnotationibus noſtris adiungemus epiſtolas duas ad Ioannem Morinum, ob argumenti ſimilitudinem. Prima eſt Leonis Allatij; altera verò Abrahami Echellenſis Maronitæ. Ille ea maximè quæ ad Græcorum templa pertinent attingit, pariterque confeſſionis ritum apud Græcos in inſula Chio receptum deſcribit. Hic autem multa eademque exquiſitiſſima, quæque rebus Chriſtianæ Reipublicæ Orientalis non parum lucis additura ſunt, publici iuris facit. Leonis autem Allatij & Abrahami Ecchellenſis nomina ita ſunt illuſtria, vt totam Europam repleuerint.

CLARISSIMO ET DOCTISSIMO VIRO

IOANNI MORINO

LEO ALLATIVS.

Ex Autograph. mann.

RVDITISSIMAM Epiſtolam tuam, in qua de veteris Eccleſiæ partibus plura doctiſſimè diſſeris & coniectaris, maxima cum voluptate legi, & reconditiorem Eccleſiaſticæ antiquitatis doctrinam admiratus, ingenuè fateor nihil in ea eſſe clauſum, quod à te apertiſſimum factum non fuerit. Si quid tamen in re ambigua mihi quoque conandum eſſet, dum recentiora cum antiquioribus, quæ penitus immutata fuiſſe nemo dixerit, confero, dicerem tabulatum Bematis ab eo quod Narthecis erat, quàm longiſſimè abfuiſſe, non materia, quæ eadem vtriuſque eſſe potuit, ſed mole. Narthecis enim homine depreſſius erat, bematis totam Sanctuarij partem occupabat: adeo vt omnia occluderet, nihilque reliquum faceret, quod apertum Chriſtianorum qui officiis intererant, oculis objiceretur: quæ enim in Sanctuario fiebant, tanquam in remota & occulta templi parte, præter Sacerdotes, non tantùm corpore, ſed oculis etiam alios adire nefas erat. Ideò omnia tabulato, ſiue etiam velis contegebantur; & tantummodò ea pars patebat, quæ foribus adapertis, ſed media potiſſimùm offerebatur, quæ non vſquequaque adaperta eſt, ſed velo contracto, parte ſui inferiore duabus particulis ſe ſe in medio coniungentibus, præterquàm cùm introitus fiunt, & Sacerdos egreditur & remeat, & Chriſti Fidelibus ſacra myſteria elargitur, ſemper occluſa conſpicitur.

In Eccleſiis plebanis, in quibus vnus eſt Sacerdos, etiam extra dies Dominicos & feſtos, *aliis* feriis, ſiue ita poſtulante *populo*, vel eleemoſyna data ad *id* compellente, vel religione etiam propria, Sacerdos, ſi ita libuerit, Liturgiam celebrat. Hinc fit aliquando, vt ſingulis diebus nullo intermiſſo Miſſa habeatur. Et quadrageſimali tempore: cùm libuerit Sacerdoti, Præſanctificata offeruntur: ſin minùs, decantatis veſperis & aliis officiis, abſque Præſanctificatorum Miſſa domum regreditur. Obſeruaui

tamen in Ecclesiis Plebanis plures in quadrageſima Præſanctificatorum Miſſas, quàm in Monaſteriis, & optimè conſtitutis Eccleſiis celebrari: in his enim rarò Præſanctificatorum Miſſa aliis feriis, ſemper tamen Liturgia perfecta ſabbatis & Dominicis conficitur. Quare die Dominico, cùm celebrant, numerant ſibi dies, quibus ea hebdomade Præſanctificata offerre conſtituunt; & tum demum pro dierum numero, æquales quoque particulas conſecratas reponunt. Eſtque in his ordo apud illos ordinem non ſeruare, cùm nullus Præſanctificatorum certus numerus præſcribatur, ſed omnia ex arbitrio Sacerdotis celebrantis pendeant.

De forma Eccleſiarum illud etiam obſeruo, non omnes fuiſſe quadratas, oblongas, & tantummodò brachiis in Auſtrum & boream protenſis, crucis ſignum expreſſiſſe; cuiuſmodi pleraque ſunt in Italia; cùm illæ quas σταυροειδεῖς ſiue σταυρωτὰς nuncupant, perfectam omnino crucem quattuor æqualibus partibus in medio cohærentibus efficerent: quod hodie manifeſtò conſpicitur in oppido Armolici in Chio inſula. In eo enim ad hunc diem veteriſſima Eccleſia conſpicitur immenſis ſumptibus extructa, quæ ad crucis perfectæ ſimilitudinem, quattuor brachia in longum protenſa æqualiter in media trulla colligat. Hinc mihi autumo formam, quam nomine præferunt, non in fornicibus, & arcubus, atque parte ſui ſuperiore, ſed inferiore etiam & pauimento, & qua terræ innituntur, ſtructura reddidiſſe.

Confeſſio Græcorum recentiorum in inſula Chij, & ferè aliis Inſulis, quomodo conficiatur exponam. Nam de aliis Græciæ partibus mihi non liquet, & forte etiam ibi non alius modus obſeruatur. Confeſſionem auditurus in Eccleſia, ſiue etiam domi, appenſo Peritrachelio ſedet; Pœnitens, ſiue mulier, ſiue vir in ſcamnulo penes eumdem accumbit, aperto capite, reuerens, & totus ad pietatem compoſitus. Poſt preces à Sacerdote in Pœnitentem effuſas, & exhortatiunculam ad promptè peccata omnia confitendum narrat pœnitens quidquid præter ius faſque commiſit. Poſtmodum & Sacerdos interrogans memoriam vellicat, è qua ſi quid elapſum eſt, in mentem reducit. Confeſſione completa, orationes illas Ἐπιτὴ ἐξομολογουμένων recitat, Ἐπιτίμιον imponit, benedicit & dimittit. Pœnitens ſi Ἐπιτίμιον illud eſt, quod ante Communionis ſacrum dum perfici poteſt, eo abſoluto ad communionem accedit: ſi plures requirat dies, licet id non exſoluerit, communicat tamen, poſtea reliquum abſoluit: niſi id à Sacerdote iniunctum fuerit, vt

Digitized by Google

nonnisi completa pœnitentia ad Eucharistiæ communionem accedat: tunc enim omnino obedit, nec communicat; quemadmodum & cùm ob aliquod enorme peccatum iussu Sacerdotis à communione prohibetur. Nec alium ipse pœnitentiæ vsum iam dictis in locis obseruaui. Sed his satis interrogationibus Morini mei occurritur.

Curaui vt tam quæ Simeon Thessalonicensis in dialogo de Sacramentis, de pœnitentia disserit, quàm quæ Ioannes Monachus, qui se Basilij Magni discipulum nuncupat in opusculo de pœnis pœnitentibus infligendis enuntiat, ex codicibus Vaticanis exscriberentur, eaque ad te deferenda Patri Germano qui tuas mihi reddidit Literas, consignaui. Exscriptorum Græcorum inopia, siue etiam socordia, quæ non nisi magno pretio in Vaticanum compellitur, in causa fuit, vt hoc tempus omne antequàm voluntati obtemperaretur tuæ, insumeretur, quod breuissimum fuerit, si tempora expendas, & quibus hæc nostra Europæ pars vrgetur incommoda. Si quid ergo interim opus est, impera. Ero memor & diligens, vt quæ Imperes compareant. Vale mi Morine, & tuum Leonem tui obsequentissimum, vt facis, ama. Romæ die D. Athanasio sacro 1644.

CLARISSIMO DOCTISSIMOQVE VIRO

IOANNI MORINO

CONGREGATIONIS ORATORII PRESBYTERO

ABRAHAMVS ECHELLENSIS MARONITA

S. P. D.

Ex Autogr. Manus.

VLLÆ profectò gratiæ mihi sunt agendæ Morine doctissime, quòd libellum meum de Scriptoribus Chaldæis ad te miserim, & quòd missionem non distulerim; sed tibi duplices à me rependendæ, quòd illum legere ac perlegere non sis dedignatus. Ad quæstiunculas autem quas subinde moues, breuiter pro temporis angustia, ac præsentium rerum statu, qui te haud latet, sic respondeo.

Ioannes ille Maro qui commentarios confecit in Liturgiam S. Iacobi, & à me eo nomine laudatur in meis notis, pag. 135. & alibi, plures quoque alias doctissimas edidit elucubrationes contra Nestorianos, Monophysitas, aliosque antiquiores hæreticos, quarum vetustissimum exemplar Syriacè & Arabicè extat apud me. Quod verò is viueret seculo sexto vrgente ad septimum, habemus non solùm ex Maronitarum monumentis: sed etiam ex Iacobitarum, Melchitarum, aliarumque gentium historiis. Hunc autem fuisse hæreticum Monothelitam, ac in sexta Synodo damnatum, sunt qui scribant; sed quàm oscitanter & frigidè versatis in actis Synodorum planè constat: cùm huius rei nec vestigium, nec vola in actis illius Synodi aut aliarum occurrat. Imò Iacobitæ, qui Monothelitæ sunt, vti & omnes reliqui Monophysitæ diris hunc Maronem deuouent, tanquam duarum voluntatum & operationum assertorem, & quidem acerrimum. Affirmant quippe illum hac de re multa disseruisse ac disputasse cum Cyri discipulis; quod notatur etiam in præfatione Professionis fidei eiusdem quæ illius dissertationibus aduersus Nestorianos & Monophysitas hisce verbis præfixa legitur, וכד אתתזערת תודיתא מפלגרת חדיתא דמרן מן נסטור ואף מן אוטיכי שניא בחכוביא

Digitized by Google

ובולכלא על תרין כינא שביחא מחידא דמרן ו וכראתקבלת מן תלמידא דהלין תרין דאמידין הידין שרי הו יוחנן דהו אתכני מרון בליל אמינאית נרתא הוא להון ונהוא להון מן סהדותא דהיתא דכתרכן כתבינן להין: ותוב לוקבל תלמידא דקורוס דמורין חדצבינא. *Cùm autem motum eſſet dogma illud diuidens vnitatem ſiue vnionem Domini noſtri à Neſtorio atque ab Eutychete ſtulto commixtione & confuſione aduerſùs duas naturas glorioſas & vnitas Domini noſtri, & cùm ſuſceptum eſſet à diſcipulis horum duorum; tunc cæpit ipſe Ioannes qui cognominatus eſt Maro, monere illos, atque demonſtrare eis claris teſtimoniis, quæ poſteà deſcribemus: quemadmodum & contra diſcipulos Cyri, qui vnicam profitebantur voluntatem.* Argumenta autem quibus horum refutat dogmata, certè tanti ſunt ponderis, vt affirmare non dubitem omnibus hunc palmam in hoc genere eripuiſſe. Hæc omnia forſitan operâ noſtrâ lucem aliquando videbunt.

Quæris præterea an Ioannes iſte Maro Patriarcha Antiochenus auctor Commentariorum in Liturgiam S. Iacobi, ſit idem cum illo, qui inter ſextum & ſeptimum ſeculum viuebat? Reſpondeo eumdem eſſe.

Quæris denique vtrùm Maronitæ ſuæ denominationis originem referant ad Ioannem iſtum Maronem, an verò ad Marutam Epiſcopum Tagritenſem, cuius Liturgia impreſſa legitur in Maronitarum Miſſali? dico ad neutrum iſtorum: non ad Marutam Epiſcopum & Martyrem; quia is vixit multò antequàm hæc denominatio audiri cœpit inter noſtros Orientales; nec præterea illius nominis analogia id vllo modo admittit, vel admittere poteſt. Non ad Ioannem Maronem; quia is poſt inditam noſtris denominationem floruit, eamdemque ob cauſam Maro ſeu Maronita cognominatus eſt. Quandoquidem id nominis tam illi, quàm nationi vniuerſæ attributum eſt paulò poſt celebratam Chalcedonenſem Synodum ex nomine Monaſterij D. Maronis Abbatis, de quo Theodoretus in Relig. hiſt. cap. 16. & 21. 24. 30. ac alij. Ex huius quippe D. Maronis nomine denominati primò ſunt omnes Monachi ſecundæ Syriæ; deinde mox poſt laudatam Synodum omnes illi Syri, qui contra Eutychianos, Dioſcorianos, & Acephalos Conciliorum defenſitarunt decreta, & fidem auitam, quemadmodùm planè conſtat ex epiſtola Archimandritarum Syriæ ſecundæ ad Hormiſdam Papam libello Monachorum tractus Apameenſis ad Syriæ ſecundæ Epiſcopos, & aliis. Epiſtolæ primo loco ſubſcribit Alexander hiſce verbis. Alexander Preſbyter & Archimandrita Monaſterij ſancti Maronis. Rem totam paucis complectitur titulus diſſertationum eiuſdem

Digitized by Google

Ioannis Maronis in hæc verba, אנתקאד אלביעה אלרסוליה אלדי כתבה אלקדיס יוחנא בטריך אנטאכיא פי דיר כארון עלי נהר אלעצי בלד המשאה והמץ ואורד דלך אלי נבל לבנאן ואל נבל הדא יסמוא אחל אל נבל אלמדכור מוארני עלי אסם אלדיר כארון והמי יוחנא אלמדכור קארון הו איצא עלי אסם אל דיר. Id eſt, *Profeſſio fidei Eccleſiæ Apoſtolicæ, quam ſcripſit S. Ioannes Patriarcha Antiochiæ in Monaſterio Maronis ſito ad flumen Haſi (Latinis Orontes dicitur) prouinciæ Apameæ, & Hemes, eamque miſit ad montem Libanum, ex quo nominantur incolæ memorati montis Maronitæ, ex nomine Monaſterij Maronis, & Ioannes quoque ipſe Maro nominatur ex nomine Monaſterij.* Ad huius Monaſterij iudicium prouocarunt noſtri Syri, cùm propoſitum illis eſſet Monotheli-tarum dogma.... teſtis eſt Thomas Caphartabenſis Epiſcopus tractatu 4. ſuarum diſſertationum de voluntatibus Chriſti, hiſce verbis. חיניד קאלוא אהל אל שאם נחן ראעין אלי חכם דיר מארון דיר אל סריאן אלדי תאוילה דיאר אלרב לאן כאנת צפאתה הדא אלדיר עלי שת אלעאני דאלארב מרינאה חכמה וקאנת נמלאה רחבאנאה ראהב קרישין; *Tunc reſponderunt Syri, nos redimus ad iudicium Monaſterij Syrorum, quod interpretatur domicilium Domini (ex Etymologia nominis id ſignificat) erat autem id monaſterium ſitum ad ripam Haſi extra vrbem hemat, eratque nutu illius monachorum ſanctorum.* Et paulò infra ſubdit, ענד דלך תכתוא אהל נבל לבנאן וחמץ וחמצה וחלב עלי אלמקאלה אלמקדם ذכרהא ועלי ראי אלמאסע אל מקדאסה ואנתסבוא לאנמע הם אלי דיר כארון וכמוא מוארנה עלי אסם אלדיר; *Tunc permanſerunt incolæ montis Libani & hemes hemat & Aleppina memorata iuxta ſententiam, & in decretis ſeu mente ſanctorum Conciliorum, ac relati ſunt omnes ad Monaſterium Maronis, ac nominati ſunt Maronitæ de nomine Monaſterij.* Et hæc paucis de Maronibus & Maronitis, ex quibus planiſſimè pateſcit quàm friuola ſunt, quæ de illis nonnulli ſcripſerunt.

II. Quæris quo argumento probo Ioannem Epiſcopum Darenſem Syrum cuius mentio fit in meis notis pag. 131. & alibi, clariſſe ſeculo quarto, & commentarios in libros D. Dionyſij de vtraque hierarchia conſcripſiſſe: quandoquidem nullibi gentium apud Græcos & Latinos mentio fit librorum Dionyſij ante annum 530. regnante Iuſtiniano. Reſpondeo Ioannem Darenſem eo ſeculo vixiſſe conſtare ex Syrorum hiſtoriis, neque hac de re ab illis dubitatur. Eius quoque ſcripta id vltro confirmare videntur: cùm omnes quoſcitat Scriptores eo ſeculo anteriores ſint. Eos verò libros Dionyſij noctiſſimos fuiſſe apud Syros ante Iuſtiniani tempora certiſſimum eſt ex D. Iſaac Syro S. Ephrem

Digitized by Google

diſcipulo, qui floruit ſeculo tertio ad quartum vergente. Is enim in ſuis libris de Angelis paſſim hos Dionyſianos laudat, & ſequitur. Scio non deeſſe doctos & criticos viros, quibus hæc neque probantur, neque placent: at ego lecta refero & aliorum ſcripta, non iudicium fero. His addis nimirum Maronitas noſtros antiquiores hos Dionyſij contemſiſſe libros; quia in Liturgiis & Ritualibus non eumdem ſeruant ordinem. Reſpondeo: tametſi non eumdem ſeruant ordinem, eamdem tenent doctrinam, nec repugnant Dionyſio nec libros eius contemnunt. Mentionem enim faciunt Angelorum in Ritualibus & Liturgiis, vt res fert, ac modò à ſuperioribus deſcendunt ad inferiores, modò ab inferioribus aſcendunt ad ſuperiores, modò habent rationem ſignificationis & etymologiæ, modò metri & carminis. Ex quo ſi res diligentiùs diſcutietur, comperies non eumdem ordinem & modum ſeruari in ipſis Liturgiis & Ritualibus.

III. Quæris quinam ſint Melchitæ & in quo potiſſimùm dogmate à Iacobitis diſſentiunt? Reſpondeo Melchitas nunc eſſe Syros Arabes, Ægyptios ſeu Cophtitas, & quoſcunque alios, qui cum non ſint genere Græci, Græcorum tamen ſequuntur placita & ritus. Diſſentiunt quidem iſti à Iacobitis in Myſterio Incarnationis Verbi Diuini; cùm Melchitæ teneant cum Concilio Chalcedonenſi & ſexta Synodo, duas in Chriſto eſſe naturas, duas voluntates, & duas operationes: Iacobitæ verò vnam duntaxat naturam, vnam voluntatem, & vnam operationem. Diſcrepant præterea Iacobitæ à Melchitis, quòd Iacobitæ Spiritum ſanctum à Patre Filioque procedere credant, & id dogmatis in Concilio Epheſino determinatum conſtanter affirment, vti ex eorum Catechiſmo notauimus olim ad Synopſim ſeu præfationem Concilij Nicæni, quam Latinè cum argumentis Canonum & Conſtitutionum illius Concilij fecimus, vbi Melchitarum nonnulli contrarium cum Græcis nonnullis ſentiunt. Addubitas præterea an iidem ſint cum Maronitis Melchitæ, & id ex eo quòd pag. 168. mearum notarum videar tibi vtroſque copulare, dum dico. *Verba ipſa ſunt apud Melchitas & Maronitas.* Ad quæ dico Melchitas Syros (quibus primò hoc nomen Melchitarum inditum fuit, tum in alias quoque deriuatum gentes) eoſdem quoque fuiſſe cum Maronitis vſque ad Iuſtiniani iunioris tempora, eademque vtriſque dogmata, vti hiſce verbis teſtatur Dauid Archiepiſcopus tract. de Orientalium ſectis & opinionibus cap. 1. de Fide, והבתרת הד אלפרק אלארבעאת עלי אנמא אלפלקיתן אלמלכיאת ואל

Digitized by Google

ואל מארוניאה אלאתן דכר נאהד מא אנמא המא פרקאד ואחדד וראיהמא פי אלאתאאר ואלאקנום ראי ואחד: Id eſt. *Conſtat itaque has ſectas eſſe quatuor, quoniam illæ duæ ſectæ, nimirum Melchitarum, & Maronitarum, quas memoravimus, ſunt vna eademque ſecta, eorumque opinio circa vnionem & perſonam vna eademque eſt.* Fuſiùs hac de re ſcribit in epiſtola ad Arſenium Epiſcopum Haincurenſem ſub annum Alexandri 1370. qui eſt Chriſti Domini 1053. cauſa Schiſmatis ac tantorum malorum, quæ inde ſequuta ſunt, quæque hactenus tanto noſtro damno experimur, Iuſtiniani fuit petulantia, ſeu potius ignauia & inertia; quemadmodum ex Græcis Literis conſignarunt Theophanes, Zonaras, Cedrenus & alii. Quandoquidem Maronitæ noſtri Libani incolæ, quos laudati mox Græci autores appellitant Mardaitas ex Syriaco vocabulo מרד, quaſi dicas rebelles & indomitos, Arabum incurſiones ab Romano imperio ita coërcebant armis, vt vix intra Arabiæ ſuæ terminos ac deſerta loca tutos ſe eſſe crederent. Hinc pacem à Iuſtiniano petere coacti ſunt, quam his conditionibus obtinuere, nimirum vt penderent Romanis in ſingulos dies nummos CIↃ. equum & ſeruum, ſi Imperator Mardaitarum ſeu Maronitarum impreſſiones & incurſiones compeſceret. Sed Cedreni hac de re verba in ipſo Iuſtiniano audire iuuat. *Primo anno Iuſtiniani*, inquit, *ad eum nuntios mittit (Princeps Arabum) confirmandæ pacis cauſâ, conuenitque vt Imperator Mardaitarum, agmen Mardaitarum in Libano, eiuſque impreſſiones compeſceret, eoque nomine Arabes Romanis penderent in ſingulos dies nummos* CIↃ. *equum & ſeruum. Imperator Paulum Magiſtrianum ad Abimelecum mittit pacti confirmandi gratiâ, idque ſcripto & teſtibus eſt comprehenſum. Deinde Imperator miſſo legato, duodecim millia Mardaitarum renocat; quo quidem facto Romanam potentiam accidit: quidquid enim Arabes hodie tenent à Mopſueſtia vſque ad quartam Armeniam: Id enim omne infirmum erat, cultoribuſque vacuum ob incurſiones Mardaitarum: quibus repreſſis ingentia damna Arabes Romano imperio in hunc vſque diem intulerunt.* Ex his facilè quiſque deprehendere poteſt, qui qualeſque ſemper fuere Libani Incolæ, & quàm Chriſtianæ Religionis acerrimi extitere defenſores. Certè niſi in ſuarum victoriarum, & Imperij ſalutis autores arma conuertiſſet Iuſtinianus, & qui ſequuti ſunt illum Imperatores, Mahometana forſitan lues, quæ ex Arabum illorum cæno emerſit. Non multò poſt, nec vniuerſum penè infeciſſet orbem tanto Chriſtianæ Religionis & Reipublicæ damno, nec tam latè longéque graſſata eſſet. Verùm enimverò res ex animi ſententia Iuſtiniano haud vſquequaque ſucceſſit;

quia etsi Libani accolæ arma deposuere, incolæ nequaquam. Hinc quidem factum est, vt qui Imperatoris mandatis acquieuerint, Melchitæ dicti sint, & hactenùs hoc nomine dignoscuntur, quasi dicas, Imperiales seu Regij; qui verò non, & Mardaitarum seu rebellium & Maronitarum nomen retinuere, hacque de causa multa prælia cum Iustiniani ducibus inierunt, vt præter Maronitarum testantur Melchitarum, Iacobitarum, aliarumque gentium Orientalium monumenta. Nec profectò ab eadem virtute aut Religione degenerarunt Maronitarum posteri, etiam sub immani Turcarum iugo. Etenim illi soli inter omnes Orientales Christianas gentes arma tractant, & Catholicam profitentur fidem. Bellicæ virtutis præclarissimum testimonium nobis facit prælium illud, quod ante biennium illatum est à Prorege Damasci Admiro (vt de antiquioribus nihil dicam) in quo Amiri acies, quæ ex diuersis componebatur gentibus, Turcarum multitudine ac numero penè oppressa, iam iam in fugam inclinauerat, nisi nostrorum Maronitarum incredibilis, ac inuicti animi magnitudo, grauissima pericula contemnentis adfuisset, hostiumque obstitisset conatibus. Siquidem tanto impetu ac tam impauido animo in hostem irruit dexterum cornu, quod ex quinque Maronitarum millibus constabat, vt illum non modò fuderit, ac in turpissimam conuerterit fugam, verùm etiam Turcarum octodecim millia ferro interemerit, gloriosissima suo Principis parta victoria. Sed hæc nostrum sunt præter institutum, ac aliud tempus, alium locum, aliudque otium requirunt. Tandem vt ad rem nostram redeam, Melchitæ nunc differunt à Maronitis in iis omnibus dogmatibus, in quibus differunt Græci à Latinis.

IV. Paucis si scire velis quid censeo de originibus Alexandrinis à Seldeno editis & commentariis illustratis; respondeo Seldenum plura admisisse in iis originibus peccata, tam vertendo, quàm commentando. In versione ad suas adstruendas fallacias, & proposita argumenta, pro vniuersalibus particularia interpretatus est, & vice versa. Exemplo nunc esto. Eutychius loquens de Ordinationibus Demetrij ait והו אול בטריך באלסכנדרי עמל אל אסאקפאת ו, Quæ ad verbum ac fideliſſimè sic reddenda sunt. *Et est primus Patriarcha, qui in Alexandria fecit Episcopos.* Ea tamen sic infidelissimè reddit Seldenus. *Et primus fuit hic Patriarcha Alexandrinus, qui Episcopos fecit.* Profectò Demetrius non fuit primus Patriarcha Alexandrinus, qui Episcopos fecit; sed primus qui fecit Episcopos in vrbe Alexandrina; quemadmodùm pluribus

Digitized by Google

adductis teſtimoniis ex antiquiſſimis illius Eccleſiæ monumentis & Scriptoribus in reſponſione ad ipſum Seldenum oſtendimus. Et hoc quidem mirum in modum conſonat iis, quæ in Alexandrino Chronico de Epiſcoporum antiquitate leguntur in Iuliano Demetrij prædeceſſore; ſed eo tempore nulli poterant Alexandriæ commorari. At nos Epiſcoporum originem & ſucceſſiones à D. Marco & Anania arceſſimus. Sed nec nomine Ægypti vniuerſa Patriarchalis Diœceſis accipienda & intelligenda eſt apud Eutychium, vt nos clariſſimè demonſtramus.

Quintum quod attinet, nihil mihi dicendum occurrit: nam verſionem tuam cum textu originario contuli, & menda omnia exſcriptoris ad marginem adnotaui, & ad te miſi. Ad illa autem quæ aſſeris de primo titulo, quod ſcilicet in fronte ferat tantùm Diaconorum ordinationes, tamen exhibet Lectorum & Subdiaconorum, vt integrum legendo te animaduertiſſe ais, dico, hoc nomen משמשנא Syris ſignificare *miniſtrum*, adeóque aliquando accipi pro Diacono, aliquando pro omnibus inferioribus rOdinibus, atque ita paſſim tam Subdiaconus, quàm Lector, cæterique alij minores appellantur משמשנא *miniſtri*; quanquam præcipuè pro Diacono ſumi, & vſurpari ſoleat. Hinc qui vocis huius vſus ignorant, addubitant de numero minorum ordinum apud Orientales, exiſtimantes eam ſignificare apud illos ſolum Diaconum, vti hæc apud Latinos.

VI. Aſſeris verba אתתסרח & אתפרש in ordinatione Diaconi eſſe tertias perſonas præteriti, atque Latinè explicanda *ordinatus eſt*, *ſeparatus eſt*: quod quidem veriſſimum eſt; attamen eaſdem poſſe quoque eſſe ſecundas perſonas imperatiui præſentis, & vertenda *ſeparare*, *ordinare*, nequaquam ambigendum eſt. Quod autem ad hæc reponis, nempe Syros non habere præſens tempus in imperatiuo, ſed tantùm futurum, vti & Hebræi & Chaldæi, verum eſt, in primis & tertiiis perſonis, non quidem in ſecundis, niſi adſit particula לא *ne* prohibitiua, vti loquuntur. Tunc enim futuro vtuntur, vti לא תקטול *ne occidas*, alioquin præſenti vti עבד *fac* קרי *legito* הוי *eſto*, & ſic de cæteris. Idem quoque Arabibus ſolemne eſt. Ea tamen verba, quæ notas in Neſtorianorum Rituali, nullo modo imperatiua eſſe, poſſunt; quia adiungitur iis verbum אשתמלי quod eſt præteriti temporis, vertendumque *perfectus eſt*, cuius imperatiuus eſt אשתמלא *perficere*. In Maronitarum autem Rituali verbum hoc abeſt, adeoque poſſunt illa reddi quoque imperatiuè. Et conſtare hoc videtur ex ordinatione Epiſcopi, vbi ea verba ſunt præſentis tem-

poris modi indicatiui, legiturque בתתסרת *ordinatur*, &c. Sed hoc in tuo exemplari Ritualis Maronitarum diligenter animaduerte, ſcilicet illud eſſe imperfectum, & quaſi compendium & indicem. Nam plures preces indicantur tantùm, tanquam ex alio codice recitandæ. Confer illud cum exemplari illuſtriſſimi D. Cancellarij Petri Seguierij, & hoc veriſſimum eſſe comperies.

VII. מעפרא apud Neſtorianos & Orientaliores Syros accipitur pro amictu, qui eſt pars indumenti Sacerdotalis, quo tegitur caput, & apud noſtros vſurpatur pro pallio Sacerdotali. מצנפתא *amictus*. פרתא *Ephod. tunica Sacerdotalis*, *induſium Sacerdotale album* זונרא *cingulum*, *zona*. גולתא *cucullus*. Hac voce vtitur Ritualis in ordinationibus Monachorum. קנבא ſunt cancelli quibus altare includitur: quapropter ea verba noſtri Hebed-Ieſu de Scriptoribus Chaldæis, pag. 84. זאירת לה רישא דטאמרין על תרע קנבא במושחתא: ita reddidimus. *Eiuſdem ſunt capita, quæ metro decantantur ad portam cancellorum.* Accipitur quoque hæc dictio non ſemel pro ipſo altari.

Particula כד quæ paſſim occurrit in Rituali Neſtorianorum, denotat verba quæ ſequuntur eodem tono eſſe decantanda, & nequaquam mutandum eſſe tonum, vti non rarò fieri ſolet. Hinc in Rituali Maronitarum occurrit non ſemel verbum שחלף hoc eſt muta, nempe tonum. His vocibus רבא apud Neſtorianos hoc eſt *magnus*, & רישבהנא apud Maronitas id eſt *princeps Sacerdotum*, deſignatur Epiſcopus. Verbum תני quod paſſim quoque occurrit, ſignificat verſiculum repetendum eſſe, & eſt à verbo תנא *repetiit, iterauit.*

VIII. Quæris an Preſbyteri & Epiſcopi Maronitæ Romam venientes Miſſam celebrent in Collegio ſuo more ac lingua ſua, vti Græci in Collegio ſuo, & æquo fruantur priuilegio. Reſpondeo Maronitas non modò in ſuo Collegio ſacra celebrare more & lingua ſua, ſed etiam quandoque extra Collegium, quod aliis facilè non permittitur.

IX. Quæris an viri coniugati Diaconatu & Sacerdotio initientur? Reſpondeo omnino; ſed non ita vt cælibes ab his Ordinibus arceantur, vti & apud reliquos Orientales mos eſt. Imò ipſo exemplo Apoſtoli ſummopere laudantur. De hoc argumento multa mihi dicenda eſſent contra noſtri temporis hæreticorum latratus.

X. Quæris num infantes à Preſbyteris Chriſmate confirmentur, vt apud Græcos. Reſpondeo maximè: Antiquitùs enim, vti adulti baptizabantur, ſic continuata actione confirmabantur.

XI. Num Sacerdotes in azy-

Digitized by Google

mis, vti Latini, an in fermentato, vti Græci, corpus Christi conficiant ? Respondeo in azymis vt Latini. At nemini suspicandum est morem huiusmodi nuper introductum fuisse, vt quidam falsò putarunt. Etenim antiquissimus fuit mos iste apud duas Orientales Nationes, nempe Maronitas & Armenos. Hinc Azymitæ à quibusdam Scriptoribus Græcis dicti & appellati sunt. Christum autem Dominum cuius exemplum singuli sequi existimant, suum instituisse corpus in azymis testatissimum est apud Maronitas. Vide nunc quæ hac de re (etsi præter propositum) attulimus ex capite 10. libri Constitutionum eiusdem Ecclesiæ Maronitarum in nostris notis ad tractatum de Scriptoribus Chaldæis, pag. 144. sed profectò nihil aliud frequentius occinitur in officio feriæ quintæ de institutione huius Sacramenti, quàm Christum Dominum in azymis suum confeciſse corpus. Animaduertendum tamen est, formam seu figuram panis Eucharistici ab aliquibus annis cõmoditatis gratiâ immutatam fuisse, & figuram Latini introductam, vnde falsò arbitrati sunt nonnulli cum figura immutatam quoque fuisse qualitatem, nempe panis fermentati in azymum, quia antiqua panis vsualis & fermentati speciem referebat. Verba autem illa libri Constitutionum relata pag. 144. notarum; & accepit tunc ex illo pane azymo, rectè opponuntur Iacobitarum & Nestorianorum verbis quæ vel in ipso Missæ canone sic leguntur. *Et accepit ex illo pane fermentato.* Hoc de argumento variæ sunt inter Orientales controuersiæ.

XII. Demum quæris an pluries in die super idem altare, vt Latinis mos est, Missa celebretur. Respondeo semel tantùm Missam celebrari in die super idem altare, nisi vel adsit, vrgeatque necessitas aliqua, vel id Episcopi obtineatur auctoritate. Vale doctissime vir, meque tui colentissimum amare perge. Romæ 13. Iulij 1654.

CATALOGVS
OPERVM MANVSCRIPTORVM,
vel nondum in sermonem Latinum conuersorum, quæ in hoc nostro producta fuere.

BRAHAMI ECHELLENSIS Maronitæ viri multi nominis, & de Ecclesia Catholica bene meriti Epistolá ad doctissimum Ioannem Morinum Congregationis Oratorij Presbyterum. Hanc, quia non parum lucis rebus Nationum Orientalium afferebat, integram edi curaui ex autographo, quod in Musæo meo asseruatur.

Ἀγαπίου μοναχοῦ τῦ Κρητὸς τῦ ἐν τῷ ἁγίῳ νήμῳ ὄρει τῦ Ἄθω ἀσκήσαντος βιβλίον καλούμενον ἁμαρτωλῶν σωτηρία. *Agapij Monachi Cretensis & in sancto monte Atho Ascetæ liber, cui titulus est salus peccatorum.* De hoc longè plurima in Notis relata sunt, quibus aperte demonstratur suppositititium non esse opus istud, neque ab impostore, vt loquitur Claudius, profectum. Exemplar quo vsus sum lingua Græcorum vernacula editum fuit Venetiis anno 1641. apud Antonium Iulianum ipsius Autoris sumptibus, & asseruatur in Bibliotheca Clarissimi viri Antonij Arnaldi Doctoris Sorbonici.

Ἀναστασίου ἐλαχίστου πρεσβυτέρου μοναχῶν τῦ ἁγίου ὄρους σινᾶ λόγος εἰς τοὺς ἐν Χριστῷ κεκοιμημένους ἀδελφοὺς ἡμῶν. *Anastasij minimi Presbyteri Monachi sancti montis Sina sermo in Fratres nostros qui in Christo dormierunt.* Hoc Opusculum descripsi ex Codice Manuscripto, qui ex Oriente Parisios asportatus fuit, & asseruatur in Musæo meo.

Anthologium. Vsus sum exemplari Venetiis edito anno 1639. apud Ioannem Petrum Pinellum.

Τῦ μακαρίου Ἐφραὶμ λόγος περὶ τῆς ἱερωσύνης. *B. Ephrem sermo de Sacerdotio*, cum aliis eiusdem sermonibus Græcè scriptis asseruatur in Bibliotheca Patrum Congregationis Oratorij Parisiensis prope Luparam. Græcum autem illud exemplar huic Bibliothecæ dicatum est à Nobilissimo viro Achille Harlæo Sancio Regis Christianissimi apud Turcarum Imperatorem Oratore, qui deinde eiusdem Congregationis Presbyter, demum in Episcopatum Maclouiensem assumptus est. Illud exemplar partem duntaxat eorum quæ Latina fecit Vossius, complectitur.

Digitized by Google

Gabriel Philadelphienſis. Præter Opuſcula Philadelphienſis Antiſtitis, quæ Latina feci, non pauca ex Commentario, quod in vniuerſam rem Sacramentariam ſcripſit, adduxi. Hoc autem opus Venetiis editum eſt apud Ioannem Antonium Pinellum anno 1600. aſſeruatur in meo Muſæo. Illa verò, quæ de igne Purgatorio allata ſunt, ex Leone Allatio ſumpſi.

Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani Theoria, ſeu opus quod conſcripſit in Liturgiam Græcam. Hæc dudum Græcè & Latinè edita eſt Pariſiis & Venetiis; ſed adeo interpolata, vt nihil in ea priſcæ faciei appareat, vixque dignoſci poſſit, quid à Germano, & quid ab interpolatoribus profectum fuerit. Illam in locis plurimis primæ formæ reddidi ex Codice Manuſcripto, qui erat ad calcem Catenæ Patrum Græcorum in Ioannem, quæ Manuſcripta aſſeruatur in Bibliotheca Patrum Congregationis Oratorij Pariſienſis prope Luparam. Huius Catenæ autor eſt Nicetas Metropolita Heracleenſis, eique titulum fecit, Συναγωγὴ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην θεῖον εὐαγγέλιον ἀξιοφόρων ἐξηγήσεων. *Collecta diuerſarum expoſitionum in Diuinum Ioannis Euangeliam*; Illa autem antea, Υπάρχον ἰδιόκτημα κυρίου Νεοφύτου Μητροπολίτου Εφεσίου, *Pertinebat ad Dominum Neophytum Metropolitam Epheſi*, à quo deinde dicata eſt cuidam Monaſterio; hæc enim recentiori manu deſcripta præmittuntur in fronte illius Catenæ Græcæ. Cæterùm hoc Germani opus non Germani nomen præfert; ſed Baſilij in meo Codice, & ita inſcribitur. Τῶ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν βασιλείου ἱστορία ἐκκλησιαστικὴ. *Sancti Patris noſtri Baſilij hiſtoria Eccleſiaſtica.* Iſtud exemplar penes me retinui, vt illud publici Iuris facerem.

Leo Allatius. Clariſſimi illius viri & digniſſimi Bibliothecæ Vaticanæ cuſtodis Epiſtolam Manuſcriptam in vulgus edi curaui ex Autographo quod aſſeruatur in meo Muſæo.

Multa ſub Maronitarum nomine in notas conieci. Primò nonnulla de Conſtitutionibus Eccleſiæ Gentis illius retuli ex Epiſtola manuſcripta Abrahami Echellenſis ad doctiſſimum Ioannem Morinum, quæ argumenta cuiuſlibet ſectionis eiuſmodi conſtitutionum continet Arabicè & Latinè deſcripta. Autographum aſſeruatur in meo Muſæo. Deinde non pauca ex Miſſali Chaldaïco iuxta ritum Eccleſiæ Nationis Maronitarum producta ſunt. Hoc Romæ editum eſt ex Typographia Medicea anno 1594. Tertiò interdum etiam in Notis Laudaui librum Miniſtri Miſſæ ſecundum Ritum eiuſdem Eccleſiæ, qui ſimiliter ſermone Syrico Romæ editus fuit anno 1596.

Præterea ex Miſſali manuſcripto, quod aſſeruatur in Bibliotheca Sorbonitarum Liturgias Gentis Maronitæ illuſtraui, vti prolixiùs in notis expoſitum eſt.

Digitized by Google

Miſſale Latinum manuſc. Hoc in vſum Eccleſiæ Gallicanæ exaratum eſt, nec ita recens eſſe inde apparet, quòd pro eo quod inde iam à multis annis perſonæ quæ nominari debeant literis *N.* deſignentur, in iſto notentur per pronomen *ille.* Perpaucas Miſſas cum canone complectitur, nec eadem eſt omnium ſcriptura. Aſſeruatur in Bibliotheca Patrum Congregationis Oratorij prope Luparam.

Miſſale Neſtorianum manuſc. De hoc iam longè plurima in notis allata ſunt, quibus referendis in præſentia ſuperſedeo. Quia verò Liturgias quas exhibet, integras ob inopiam typorum edere non licuit, aliquod earum ſpecimen proferre operæ eſſe exiſtimaui. Prima quæ fertur ſub nomine Apoſtolorum in multis eadem eſt, atque illa quæ ſub eodem nomine edita eſt in Bibliotheca Patrum, & tribuitur Neſtorianis Epiſcopatus Angamallenſis in Montanis Mallabarici Regni apud Indos Orientales. Id tamen eſt inter vtramque diſcriminis quòd noſtra ſit multò contractior. Hinc enim illius ſumitur exordium,

אין מרן ואלהן ·׳· תניי ·׳· לא תחור בסנאא דחטהין ולא תנעץ טרוחך
מן יוקדא דבישתן אלא בטיבותך לא מהמלל ניתא קבליה לדבחטא
הדא מן אידין והב בה חיהא ומת מינותא דת שבח חטהין סניאא
לסחסי דמא דמתגלא אנת בחדתא ריבנא בברנשא דמנן נסברת נשכח
קדמיך טיבותא ורחמא ונשתוא דנשבחך עם כנשא תידע נא׃

O Domine (ſiue etiam Domine) noſter ac Deus noſter. Repetit. Ne reſpicias multitudinem peccatorum noſtrorum; neque moleſtè ferat Maieſtas tua onus nequitiarum noſtrarum: ſed per gratiam tuam ineffabilem ſuſcipe ſacrificium iſtud è manibus noſtris, largiariſque in eo virtutem & poteſtatem, vt poſſit peccata noſtra, quæ multa ſunt, delere, vt cùm tu apparueris in extremo tempore cum humanitate, quam ex nobis ſumpſiſti, inueniamus coram te gratiam & miſericordiam, dignique efficiamur qui laudemus te cum cœtu Angelorum. Itaque in hoc exemplari ea omnia prætermiſſa ſunt, quæ in edito videntur eſſe loco προσκομιδῆς ſeu præparationis. In aliquibus tamen deficit; cum nihil verborum, quæ Latini conſecratoria appellant, omnino repræſentet. Præterea folium aliquod auulſum fuiſſe videtur, cùm locus ſit, in quo verba contextus non bene cohærent. Cæterum ſi de Miſſa Apoſtolorum, quæ habetur in Bibliotheca Patrum, iudicium ferre liceat, dixerim illius partium ordinem mutatum fuiſſe: quia ſcilicet formula inuocandi Spiritus ſancti, verba quæ appellamus conſecratoria, antecedit: quod à vera Liturgiarum Orientalium ratione planè alienum eſt. Aliquid etiam mutationis in eam inuectum fuiſſe apertè declarat Dei genitricis nomenclatura: nunquam enim apud gentem Neſtorianam B. Virgo

Dei

Digitized by Google

Dei Mater appellatur, vti ſæpius hîc occurrit., ſed Mater Chriſti. Cæterùm rectè annotauit Abrahamus Ecchellenſis in Indice autorum Mſſ. duplicem eſſe duodecim Apoſtolorum Liturgiam. Vna videlicet illis vulgò tribuitur, qualem eſſe Maroniticam exiſtimaueris, altera verò nomen illud inde obtinuit, quòd in ſolemnitatibus Apoſtolorum celebretur, qualis dubio procul erit Neſtoriana, quæ Adeum & Moareum autores ſuos agnoſcit.

Secunda Miſſalis Neſtoriani Liturgia præfert nomen Theodori cuiuſdam cognomento Interpretis, cuius etiam meminit Hebed-Ieſu in catalogo ſuo. Hoc autem eſt illius exordium,

תוב קודשא דמרי תאדורוס מפשקנא דמקדשין בר״ה מן חד בשבא
קדמיא דסוברא עד מא לחד בשבא דאושענא מרן עדריני ברחמיך ::
צלותאדקדם מדבחא מריא אלהא חילתנא אבא אחיך כל ::

Iterum Miſſa D. Theodori Interpretis, quæ celebratur à Dominica prima Annuntiationis, uſque ad Dominicam Oſchanæ. Domine noſter auxilium feras mihi in miſericordia tua. Oratio ante altare. Domine Deus potens, pater omnipotens, &c.

Poſtremò in eodem Miſſali Neſtoriano habetur D. Neſtorij Miſſa, quam in ſuo Catalogo laudat Hebed-Ieſu, cuius ſpecimen omnium oculis ſubjicio,

בסיעא אלהיא כתבנא קודשא דמרי נסטורים דמקדישין לה חמש זבנין
בשנא בדנחא ובערובתא דמרי יוחנן מעמדנא ובערובאדמלפנא
עניא :: וארבעא בשבא דבעיתא דינוא :: ובפצחא :: צלותא דקדם
מדבח ׃ ומתעבר בה גינלא שוכחלך משכחנא דאבידא כושפא אין מרן
ואלהן לא תחור בסנואא דחטחין נהנתא מודינן מרן ואלהן לעתרא
שפיעא דטיבותך דלותן כתיבין בקודשא דשליחא קנונא דלך אלהא אבא
דשדרא ולברך יחידיא מרן ישוע משיחא ולרוחך חיא וקדישא ומחינא
שיבחא ואיקרא ותודיתא וסגדתא נסק השא ובכל זבן ולעלם עלמין וענין
אמין ומשלם כל כדם איך קודשא דשליחא ואמר בהנא טיבותה דמרן
ישוע משיחא ורוחה דאלהא אבא ושותפיתא דרוחא דקודשא תהואעם
כלן השא ובכליבן ולעלם עלמין וענין אמין ורשם על ארעא ומקף לעל
בכרוסא עליא באהרא ׃ חיל״ה דשבוחתא איכא דלות שליא למשבא
דנפיהון דכרובא ולהוללא ולעזא הניאא דקודשיהון דשרפא המן נהוון
מרשיכון וענין לוהך אלהה״ ::

Auxiliante Deo, ſcribitur Miſſa D. Neſtorij, quæ celebratur quinquies per annum, in Epiphania, die feſto D. Ioannis Baptiſtæ, die feſto Doctorum Græcorum, feria quarta Rogationum Niniuæ, & Paſchate. Oratio ante altare. Facit ad terram, uſque demiſſiones (Sacerdos.) Gloria tibi, inuentor perditorum. Oratio. O Domine noſter ac Deus noſter ne reſpicias ad multitudinem peccatorum

noſtrorum. Inclinatio. Gratias agimus, Domine noſter ac Deus noſter propter abundantiam gratiæ tuæ, quam in nos effudiſti, quæ habentur ſcripta in Miſſa Apoſtolorum. Oremus. Tibi Deus Pater veritatis & filio tuo unigenito Domino noſtro Ieſu Chriſto, & Spiritui tuo vivo & ſancto vitæque autori gloriam, honorem, gratiarum actionem, & adorationem referimus, nunc & omni tempore & in ſeculum ſeculorum. Reſpondent, Amen. Reliqua abſoluit, vt habentur in Miſſa Apoſtolorum, & dicit Sacerdos. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei Patris, & communicatio Spiritus ſanctiſſit nobiſcum omnibus nunc & omni tempore, & in ſeculum ſeculorum. Reſpondent amen. Conſignat myſteria & pergit. Seraphim in ſublimibus locis, in loco terribili laudis vbi Cherubici aſſidue perſtant alis ſuis, & Seraphicorum ſanctuas hymnos modulo ſque iucundos canit, ſint corda veſtra. Reſpondent: Ad te, Deus.

Præterea ex eodem Miſſali Neſtorianorum manuſcripto illa deſumpta ſunt, quæ in notis de ritu Baptiſmi, & reconciliationis apud Neſtorianos produxi. Cæterum codex communicatus mihi fuit à Preſbytero Babylonienſi, cuius in notis meminimus, & nunc aſſeruatur in Bibliotheca viri Clariſſimi CLAVDII HARDY.

Miſſale Copto-Arabicum Manuſcriptum. De hoc bene multa in notis aduersùs Claudium annotata conſulantur. Sermo Copticus literis maiuſculis & perquàm elegantibus in eo exaratus conſpicitur cum interpretatione Arabica è regione, characterè haudinelegante deſcripta Aſſeruatur in Bibliotheca eiuſdem Clariſſ. viri CLAVDII HARDY.

Ritus celebrandi Paſchatis apud Iudæos. Hunc deſumpſi ex libello precationum Iudaicarum, qui inſcribitur סדר תפלות *ordo precum.* Vſus autem fui editione Amſtelodamenſi.

Seuerus de baptiſmi adminiſtratione. Malè in editis exemplaribus ritus ille tribuitur Seuero Patriarchæ Alexandrino. Codex manuſcriptus quem conſului, præfert nomen Seueri Patriarchæ Antiocheni, & in multis ab edito diſcrepat. Aſſeruatur in Bibliotheca eiuſdem clariſſimi viri CLAVDII HARDY.

Synaxaria. Quæ in hoc opere laudaui Synaxaria, hanc præ ſe ferunt inſcriptionem. Συναξάρια ἤτοι βίοι ἁγίων ἐκ τῆς ἑλληνικῆς γλώττας μεταφρασθέντα ὑπὸ Μαξίμου πατρικίου τοῦ ὑποκόμου Κυθήρων εἰς κοινὴν ὠφέλειαν. *Synaxaria ſeu vitæ Sanctorum è lingua Græca tranſlata à Maximo humili Epiſcopo Cytherorum in publicam vtilitatem.* Hoc autem opus editum eſt Venetiis apud Antonium Pinellum, qui præfationem de neceſſitate illius in linguam Græcis vernaculam conuertendi præmiſit, in qua & nonnulla habet de eius interprete Maximo, qui ſcribebat ἀπὸ τὸ ἀχ' ἔτος anno 1600. & eſt ille Maximus cognomento Margunius, cuius nomen Latinis hominibus non eſt incognitum.

Digitized by Google

ADMONITIO

DE AGAPII TESTIMONIO, quod de Græcis conuersum in Notas transtulimus.

AGAPIVS recentioris Græciæ Monachus ex eorum classe qui in monte Atho commorantur scripsit librum lingua Græcorum vernacula Venetiis in 4. editum anno 1641. cui titulum fecit ἁμαρτολῶν σωτηρία, *peccatorum salus*. Ex hoc multa Sapientissimus Magister Antonius Arnaldus in opus suum aduersus Claudium ritus Caluinani Ministrum coniecit, vt transubstantiationem Græcis, quos vulgò schismaticos appellamus, non minùs quàm Latinis perfualam esse ostenderet. Nos similiter illius exemplo ducti, ex eodem Agapij libro, quem vt suppositum Claudius respuit, non pauca in Notis produximus, quibus Fides Orientalium illustraretur. In hoc tamen ab Arnaldo discrepare visi fuimus, quòd Græcanicum hunc scriptorem, non paruam operis sui partem ex Latinis Doctoribus desumpsisse à nobis animaduersum fuerit: quæ nostra animaduersio, vt accepimus, viro eruditissimo multùm displicuit, quasi negotio transubstantiationis plus detrimenti, quàm emolumenti afferat, & Agapius inter Latinos potius, quàm Græcos numeraretur. Quo pacto Agapij autoritas, quam magni fecit Doct. Arnaldus, tota euanesceret. Verùm, vt Agapium non minimam operis sui partem ex Latinis scriptoribus sumpsisse, quia res ipsa loquebatur, haud inficiari potuimus, ita etiam inde firmissimum argumentũ pro adstruenda aduersus Claudium transubstantiatione aperte ostendimus. Ille siquidem magno contentionis æstu abreptus, præeunte sibi Doctore quodam Anglo negat, Latinorum transubstantiationem in libris Græcorum, qui nomen schismaticorum à Latinis reportarunt vsquam extare. At nos contra Gabrielis Philadelphiensis & Agapij autoritate innixi demonstrauimus, Græcos, saltem eos quibus est aliquid cum Latinis commercij, ab ista voce & accidentibus, vt loquuntur, sine subiecto, nullatenus, vti perperam sentit Claudius, abhorrere. Quare duplicem Græcorum schismaticorum classem fecimus, quorum prima Occidentaliores, altera verò Orientaliores complecteretur. Illi qui Latinorum Theo-

logiæ operam dederunt tam nomen, quàm rem ipſam tranſubſtantiationis agnoſcunt; hos verò, quia penitus à Latinis diuulſi ſunt, neque in eorum libris volutati, etſi nomen ipſum tranſubſtantiationis non adhibeant, rem tamen ipſam retinere certiſſimis monimentis teſtatum reliquimus. Hæc profecto noſtra animaduerſio maximum veritatis argumentum continet, ſanamque Eccleſiæ Romanæ de rebus Euchariſticis doctrinam ab eorum calumniis, qui illi maligne inſidiantur, defendit: quandoquidem perfectam hac in parte Græcorum cum Latinis conſenſionem ſtatuit. Verùm dum ſolliciti de eo homine anquirimus, cui opus noſtrum nondum editum communicatum fuerat, tale reſponſum à viro nobis amicitia coniunctiſſimo tulimus. Tuam ægrè fert D. Arnaldus de Agapio animaduerſionem, certiorque factus ſum eum illius inanitatem certiſſimo argumento demonſtraturum. His acceptis amicum illum per literas enixè rogauimus, vt quid à nobis in Agapio peccatum fuiſſet benignè aperiret, cùm præclarum Arnaldi opus, antequàm in vulgus ederetur, euoluere non liceret: ſed nihil reſponſi accepimus. Quamobrem in id quod virum doctiſſimum offendere potuiſſet inquirentes, animaduertimus, iam ad nos virum eruditiſſimum & inter Sorbonitas non inferioris notæ cui multa debemus ſcripſiſſe, non deeſſe Pariſiis qui de ſententia noſtra de Agapio, vt paulò liberiore conqueſti fuiſſent. At cùm ipſe noſtram ea de re annotationem perlegiſſet, rem aliter quàm acceperat ſe habere iudicauit. Nemo tamen quid in hac reprehenſione dignum Arnaldo viſum fuerat indicauit. Si quid autem in re obſcura coniectura aſſequi valeat, ſuſpicamur diſpliciuiſſe D. Arnaldo hanc noſtram verborum Agapij conuerſionem *hæc dico, quia ſermones iſti excerpti ſunt, vt ſupra dictum eſt, ex libris diuerſis, cum Latinis, tam Græcis*, quòd ibi Agapius per has voces βιβλία λατινικὰ καὶ Ρωμαϊκά, libros duntaxat Doctorum gentis ſuæ tam Occidentaliorum, quàm Orientaliorum intellexiſſe videatur, quandoquidem paulò antea dixerat idem Agapius, ſe vniuerſum opus ſuum, ex ſuis Doctoribus collegiſſe. Hæc quidem veri ſimilia eſſe in præfatione noſtra annotauimus; imò non alium prima fronte verborum Agapij ſenſum nobis ſe obtuliſſe: ſed hæc præfatio ad manus Arnaldi nondum peruenerat. Cur autem ab ea interpretatione, quæ pura puta Agapij ſententia videbatur, receſſerimus ibidem indicatum fuit; quia videlicet reuera iſtud Agapij opus non minùs ex Latinis, quàm Græcis Scriptoribus excerptum fuit, & illorum ſæpius locutiones imitatur. Vtrum autem libros Latinorum de Græcis conuerſos in Doctorum ſuorum operibus, an in ipſiſmet Lati-

Digitized by Google

ADMONITIO

DE AGAPII TESTIMONIO, quod de Græcis conuersum in Notas transtulimus.

AGAPIVS recentioris Græciæ Monachus ex eorum classe qui in monte Atho commorantur scripsit librum lingua Græcorum vernacula Venetiis in 4. editum anno 1641. cui titulum fecit ἁμαρτολῶν σωτηρία, *peccatorum salus*. Ex hoc multa Sapientissimus Magister Antonius Arnaldus in opus suum aduersus Claudium ritus Caluiniani Ministrum coniecit, vt transubstantiationem Græcis, quos vulgò schismaticos appellamus, non minùs quàm Latinis persuasam esse ostenderet. Nos similiter illius exemplo ducti, ex eodem Agapij libro, quem vt suppositum Claudius respuit, non pauca in Notis produximus, quibus Fides Orientalium illustraretur. In hoc tamen ab Arnaldo discrepare visi fuimus, quòd Græcanicum hunc scriptorem, non paruam operis sui partem ex Latinis Doctoribus desumpsisse à nobis animaduersum fuerit: quæ nostra animaduersio, vt accepimus, nonnullis, quibus opus nostrum priusquàm in vulgus ederetur, communicatum fuit, multùm displicuit, quasi negotio transubstantiationis plus detrimenti, quàm emolumenti afferat, & Agapius inter Latinos potius, quàm Græcos numeraretur. Quo pacto Agapij auctoritas, tota euaneſceret. Verùm, vt Agapium non minimam operis sui partem ex Latinis scriptoribus sumpsisse, quia res ipsa loquebatur, haud inficiari potuimus, ita etiam inde firmissimum argumentum pro adstruenda aduersus Claudium transubstantiatione apertè ostendimus. Ille siquidem magno contentionis æstu abreptus, præeunte sibi Doctore quodam Anglo negat, Latinorum transubstantiationem in libris Græcorum, qui nomen schismaticorum à Latinis reportarunt vsquam extare. At nos contra Gabrielis Philadel-

phiensis & Agapij auctoritate innixi demonstrauimus, Græcos, saltem eos quibus est aliquid cum Latinis commercij, ab ista voce & accidentibus, vt loquuntur, sine subiecto, nullatenus, vti perperam sentit Claudius, abhorrere. Quare duplicem Græcorum schismaticorum classem fecimus, quorum prima Occidentaliores, altera verò Orientalio res complecteretur. Illi qui Latinorum Theologiæ operam dederunt tam nomen, quàm rem ipsam transubstantiationis agnoscunt; hos verò, quia penitus à Latinis diuulsi sunt, neque in eorum libris volutati, etsi nomen ipsum transubstantiationis non adhibeant, rem tamen ipsam retinere certissimis monimentis testatum reliquimus. Hæc profecto nostra animaduersio maximum veritatis argumentum continet, famamque Ecclesiæ Romanæ de rebus Eucharisticis doctrinam ab eorum calumniis, qui illi malignè insidiantur, defendit: quandoquidem perfectam hac in parte Græcorum cum Latinis consensionem statuit. Quamobrem mirari subit, quid in causa fuerit, vt reperti fuerint homines, qui de sententia nostra vt paulò liberiore conquesti fuerint: cùm nihil magis idoneum illustrandæ Græcorum de rebus Eucharisticis persuasioni afferri potuerit. Si quid tamen in re obscura coniectura assequi valeat, suspicamuri stis displicuisse hanc nostram verborũ Agapij conuersionem, *hæc dico, quia sermones isti excerpti sunt, vt supra dictum est; ex libris diuersis, cùm Latinis, tum Græcis*, quòd ibi Agapius per has voces βιβλία ἀξιόφρεγ Ἰταλικὰ καὶ Ῥωμαϊκά, libros duntaxat Doctorum gentis suæ tam Occidentaliorum, quàm Orientaliorum intellexisse videatur; quandoquidem paulò antea dixerat idem Agapius, se vniuersum opus suum, ex suis Doctoribus collegisse. Hæc quidem veri similia esse in præfatione nostra annotauimus; imò non alium prima fronte verborum Agapij sensum nobis se obtulisse: sed hæc præfatio ad manus illorum nondum peruenerat. Cur autem ab ea interpretatione, quæ pura puta Agapij sententia videbatur, recesserimus ibidem indicatum fuit; quia videlicet reuera istud Agapij opus non minùs ex Latinis, quàm Græcis Scriptoribus saltem in miraculorum contextu quæ fusiùs persequitur, excerptum fuit, & illorum sæpius locutiones imitatur. Quia igitur erat in Latinorum non secus ac Græcorum libris multùm versatus, maximam nationis vtriusque in hoc argumento consensionem declarauit; quando loquendi formulas quæ in vniuersæ Ecclesiæ Græcæ vsum cesserant vsurpare veritus non est, præeuntibus sibi hac in re eiusdem Ecclesiæ magistris qui Latinorũ limina frequentarant. Vtrum autem libros Latinorum de Græcis conuersos in Doctorum suorum operibus, an in ipsismet Lati-

Digitized by Google

norum scriptis legent, non refert. Hæc tamen ad rem facit negotio ea conciliari posse, quæ aliqua ratione pugnantia videntur. Præterea vt interpretationem, quam notaui in Præfatione nos sequeremur, fecit idem Agapius, qui rem eamdem dilucidius alibi explicat. Ita libri sui parte tertia, vbi diuersa miracula conlectatur, ne ea pleriſque videretur absque iudicio retulisse, Deum verum omnium parentem profert testem, quòd nihil ex suopte ingenio confictum scripserit: sed vt ait Καθὼς τὰ ἅγια πατρικὰ ἐστι ἀξιόφρονος βίβλους διδασκάλους Ἰταλῶν τε καὶ Γραικῶν, οὕτω κἀγὼ τὰ ἱστόρησα, *sicut ea inuenierunt edita in diuersis libris Magistrorum cùm Italorum tum Græcorum, ita & ego hæc recensui.* Ibi Italos Græcis opponit, quo nomine etiam Metropolita Philadelphiensis Latinos Sacerdotes denotat. His optimè consentit ipsa partis huiusce inscriptio, quæ ita exprimitur Ἐκ τῆς ἀποφυὼν θαυμάτων τῆς ἁγίας διαστίνης μόνης θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας βλίζα τινὰ συγραφέντα ἐκ ἀξιοφόρων διδασκάλων καὶ μεταγλωτισθέντα παρ' ἡμῶν εἰς κοινὴν ὠφέλειαν. *De egregiis miraculis sanctissimæ Dominæ nostræ Dei genitricis semperque Virginis Mariæ nonnulla descripta ex diuersis Doctoribus, & à me in alium sermonem conuersa ad publicam vtilitatem.*

Postremo haud infrequenter res gestas in Italia, Francia & Germania recenset. Quomodo miracula aliquot referens, περὶ τῆς ἀναξίως τολμησάντων ἱερουργῆσαι, *De iis qui indignè Missæ Sacrificium offerre ausi sunt*; hæc habet, Εἰς τὸν φραγγίαν ἦτον ἄλλος ἱερεὺς ἀνάξιος καὶ ἱερουργῶν μίαν ἑορτὴν ὅπου ἦτον συναθροισμένος πολὺς λαὸς, τὸν ὥραν ὁποὺ ἤθελε νὰ κοινωνήσει ἕνας τοῦ ἁγνίθεν, καὶ κατέκαυσε πὰς χεῖρας αὐτοῦ ἕως τοὺς ἀγκῶνας. *In Francia alius erat Sacerdos indignus & Missam celebrans die festo magna populi frequentia, eo tempore quo communicare voluit, cecidit ignis è cælo & combussit manus eius vsque ad cubitos.* Vniuersum illud opus in eiusmodi miraculorum contextu ferè totum occupatur, quæ iuniores Græci paulò auidiùs & absque delectu arripiunt. Augustini libros de Ciuitate Dei, & alia Latinorum opera appellat Agapius: ita φαίνεται, inquit, εἰς τὰ βίβλοι τῆς Ρωμέων αἰχιερίων ὅπ, &c. *Videtur in libro Pontificum Romanorum, &c.* Hæc inter euoluendum Agapij opus & alia bene multa eiusdem naturæ obseruare licuit, quæ in eam quæ in Notis exposita est sententiam me adduxit. Ista autem si minùs veri similia sunt, vt & alia quæ in Notas conieci ad illustrandam Nationum Orientalium persuasionem, cùm in nullius Magistri verba iurauerim, operis ipse mei censor ero, ab eorum instituto longè alienus, qui malunt eam, quam semel amplexati sunt sententiam pugnatissimè defendere, quàm sine pertinacia, quid constantissimè verum sit inquirere.

FINIS.

INDEX
RERVM PRÆCIPVARVM quas in Notis pertractauimus.

PAg. 69. & ſeq. Gabrielis Philadelphienſis patria, ſtudia, mores, &c. Præpoſterum Claudij de Gabriele iudicium. Secum ipſe diſſidet Claudius. Vox μετουσίωσις ſiue tranſubſtantiatio apud Gabrielem.

Pag. 72. & ſeq. De duplici apud Græcos altari. Quid ſit Prothesis. Illius apparatus. Idem Ritus apud Moſcouitas. Similis apud Æthiopes. Græci & Rutheni falsò à Latinis hominibus velut idololatræ notantur. Claudius horum teſtimonia in ſuas partes perperam trahit. Gabriel acerrimus fidei Eccleſiæ ſuæ in hac parte defenſor. Vnde adducti fuerint Doctores Latini, vt Eccleſiæ Græcæ & Ruthenicæ falſa tribuerent. Ioannes de Lasko, Petrus Scarga, Antonius Caucus, & alij notantur. Arcudius falsò & temerè Græcorum fidem accuſat. Claudius Græcis iniquior Arcudio.

Pag. 76. & ſeq. De hymno Cherubico, & illius apparatu. Quæ ſit illius origo. Nihil illius extat in aliis nationum Orientalium Liturgiis. De autore libri, qui Theoriæ nomen præfert, & vulgò tribuitur Germano Patriarchæ Conſtantinop. Magnus illius hymni apparatus contra Arcudium defenditur. Claudius errores Arcudij multiplicat. De hymno trisagio & triumphali nonnulla.

Pag. 81. & ſeq. Græcorum de adorandis imaginibus ſententia. Quomodo à ſculptis imaginibus auerſi ſunt. Græci cum Latinis hac in re conciliantur. Verus imaginum vſus. Tollendi abuſus. Pleræque de hoc argumento controuerſiæ in meris nominibus poſitæ ſunt. Claudius verba Sguropuli de Latinorum imaginibus in hiſtoria Concilij Florentini in prauum ſenſum detorſit.

Pag. 84. & ſeq. Modus quo Græci panes oblaticios præparent. In his ſimiliter parandis magnum aliàs fuit Latinorum ſtudium. Quomodo panes illi parentur apud Ruthenos. Quomodo apud Æthiopes. Quomodo apud Neſtorianos Babylonienſes.

Pag. 86. & ſeq. De vſu panis fermentati in Eccleſia Orientali. Ritus fermentandi panis oblatitij apud Gentem Neſtorianam ex codice manuſcripto primùm publicatur. Vtrùm Armeni, Maronitæ, atque Æthiopes panes etiam fermentatos adhibeant. De Maronitis à ſeipſo diſſentit ſcriptor ætatis noſtræ clariſſimus. Epiſtola Mſ. Abrahami Ecchellenſis Maronitæ de hoc argumento producitur. Caſtigatur Abrahã Ecchell.

Pag. 91. & ſeq. Refelluntur argumenta, quæ ducit Claudius ex vſu panis fermentati apud Græcos recepto, & illorum in hac materia locutionibus. Hîc multa expenduntur, quæ peruersè Claudius in partes ſuas pertraxerat.

Pag. 105. De Sigillo quod Græci oblatis ſuis imprimunt. De Sigillo panis oblatitij apud Chaldæos.

Digitized by Google

Pag. 105. & ſeq. Gabriel verbis apertiſſimis μετουσίωσιν ſiue tranſubſtantiationem, & accidentia ſine ſubiecto adſtruit, idque ſecundum mentem veterum, quam verbis dilucidioribus explicat. Perronij & Arnaldi vindiciæ. Perueſa Albertini de Græcis iunioribus ſententia refellitur. Quæ fuerit Hieremiæ Patriarchæ Conſtantinop. de præſenti argumento ſententia declaratur, ſimulque notatur Albertinus, & defenditur Card. Perronius. Hieremias tranſubſtantiationem agnouit, etiam non diſſentibus Proteſtantibus. Quomodo Græci ac reliqui Orientales de tranſubſtantiatione, ætate noſtra loquantur. De Cyrillo Lucari, Nathanaele, & Gergano Caluinianiſmi aſſertoribus. Liturgia Æthiopum non fauet Albertino. Animaduertitur in Creygthonum. Tranſubſtantiatio Cophtitis iiſdemque Monophyſitis cognita. Conſtitutiones Eccleſiæ Maronitarum non ſunt opus ſuppoſititium. Orientales vulgò plus antiquitatis libris Gentis ſuæ tribuunt, quàm reuera præferant. Iidem interdum fœtus ſuppoſititios pro germanis obtrudunt.

Pag. 119. & ſeq. Claudius falsò aſſerit, vocabulum μετουσίωσις ſiue tranſubſtantiationis nunquam à Græcis vſurpari: in Gabriele ſaltem vigeſies occurrit. Georgij Coreſij Chij & Dionyſij Protoſyncelli de eodem teſtimonia. Baſirus Doctor Anglus reprehenditur. Cur vox μετουσίωσις non ita frequenter in Græcorum libris occurrat. Cuius naturæ ſint argumenta, quæ ducuntur ex noua nominum poſitione, alias in pari cauſa rectè oſtendit Ioannes Caluinus. Etiam ſublato tranſubſtantiationis vocabulo, res eadem adſtruitur. Claudij argumenta contra fidem Eccleſiæ Græcæ refelluntur, ſimulque defenditur Arnaldus. Myſticæ & propriæ locutiones interdum in vnum ſermonem conijciuntur. Vtrùm Arnaldus Cabaſilæ teſtimoniis rectè vſus fuerit. Claudius ſuo ſeipſum gladio iugulat, dum ex Gabrielis teſtimonio argumentatur. Reliqua Claudij argumenta expenduntur. Accidentia ſine ſubiecto etiam iunior Græcia agnouit. Liber Agapij non eſt ſuppoſititius, vti perperam ſentit Claudius. Vniuerſa illius operis œconomia & ratio atteguitur. Argumenta quæ ducit Claudius ex Græciſmis quibuſdam expenduntur, vbi de Chriſtophoro Angelo, Metrophane Critopulo, de fidei profeſſione à Græcis emittenda, de Meletio Epheſino, Gergano Archonſi, & de Cyrilli Lucaris confeſſione agitur.

Pag. 143. & ſeq. Quæ ſit Gabrielis & aliorum iunioris Græciæ Doctorum ſententia de verbis quibus Symbola in Chriſti corpus & ſanguinem transformantur. Hæc à Latinis impugnantur. Notatur Albertinus. Græcorum pro tuenda opinione ſua argumenta producuntur. Maxima eſt Liturgiarum tam Græcarum, quàm reliquarum Orientalium hac in re conſenſio, vt Sacerdos etiam poſt verba, quæ Latini conſecratoria appellant, ſymbolorum in Chriſti corpus & ſanguinem conuerſionem adhuc deprecetur. Caſtigatur P. Goar. Inuocationum Spiritus ſancti formulæ, quibus Sacerdos Symbolorum conuerſionem deprecatur apud Neſtorianos, producuntur ex libro Miſſali Neſtorianorum manuſcripto. Item illæ inuocandi Spiritus ſancti formulæ proferuntur ex alio Miſſali Mſ. qui aſſeruatur in Sorbonitarum Bibliotheca. Chaldæum Miſſale Maronitarum, quod Romæ ſermone Syrico editum eſt, à Cenſoribus in hac parte reformatum fuit. Hoc primæ formæ redditur ex codicis Sorbonici comparatione. Tertiò profertur forma inuocandi Spiritus, quæ extat in Miſſali Armenorum. Quartò profertur Æthiopica ex Miſſali Æthiopico. Caſtigatur Latina illius interpretatio, quæ Romæ accurata eſt. Animaduertitur in Vincentium Riccar-

pum. Inuocationum formulæ Miſſalis Maronitarum. Quid mutationis à Romanis Cenſoribus in eam inuectum. Efficere & oſtendere in forma inuocationis ſunt verba Synonyma. Inuocationum formulæ ex Miſſali Copto-Arabico manuſcripto.

Pag. 157. & ſeq. Argumenta quæ Græci ducunt ex Patrum autoritate pro tuenda opinione ſua de inuocationum formulis, quas eorum Miſſale repreſentat. Latini in Synodo Florentina acrius vrgent inuocationis, quæ extat in Græcis Liturgiis, abolitionem. Græci fortiter renuunt. Græci cum Latinis ea de re in hac Synodo conſentiunt; ſed ij ſolùm qui à Latinorum partibus ſtabant, ſi fides Sguropulo habeatur.

Pag 164. & ſeq. Nonnulli Doctores Latini Græcis in his quæ ad inuocationum formulas pertinent, conueniunt. Afferuntur Patrum Latinorum de hoc argumento teſtimonia. Etiam poſt Synodos Florentinam & Tridentinam reperti ſunt Doctores apud Latinos, qui formam Conſecrationis in his duntaxat verbis, hoc eſt corpus meum, &c. ſitam non eſſe arbitrarentur. Græcis fauet Ambroſius Catharinus aduerſùs B. Thomæ, ſcholaſticorum ferè omnium, & Concilij Florentini autoritatem. Catharini argumenta. Partes etiam Græcorum acerrimè defendit de Capite fontium. Permulta, vti Catharinus, in illius opinionis defenſionem ſcripſit. Huius argumenta. Antiqua Latinorum Miſſalia Græcorum opinioni videntur fauere. Hæc illuſtratur ex ritu, quem Iudæi ſeruant in peragendo ſuo Paſchate. Notatur Albertinus.

Pag. 173. & ſeq. Latinorum ſententia de verbis quibus fiat Symbolorum in Chriſti corpus & ſanguinem conuerſio exponitur. Illud argumentum portractauit Turrecremata in Synodo Florentina. Quid ille in hanc rem attulerit profertur ex illius Concilij actis ab Horatio Iuſtiniano collectis. Specialem de hac materia diſſertationem ſcripſit Cardinalis Beſſario, cuius ſumma adducitur. Claudij Santeſij de eadem re ſententia. Græcorum opinio nonnullis Theologis temeraria potius viſa eſt quàm hæretica. Notatur Arcudius. Qua ratione Cardinalis Perronius Baſilij verba expoſuerit. Conciliorum Florentini & Tridentini de præſenti negotio ſtatuta.

Pag. 180. & ſeq. Nimia Theologorum ſubtilitas hanc de formulis Inuocationum controuerſiam obſcurauit. Græcorum cum Latinis conciliatio illuſtratur præſens argumentum ex Ritu Baptiſmi & reconciliationis apud Neſtorianos. Orientalium Codices ſæpiſſime contracti ſunt, & aliorum duntaxat compendia.

Pag. 185. & ſeq. Liturgiarum Orientalium fidem Claudius accuſat, quòd Latinas tantùm illarum interpretationes Arnaldus produxerit. Vindiciæ Arnaldi. Notatur Claudius. Latinam Liturgiarum Ægyptiacarum conuerſionem temerè Claudius vellicat, ductus auctoritate Salmaſij & Faucheuri. Victoris Scialach Maronitæ defenſio. Caſtigatur error Salmaſij ad interpretationem Arabicam Miſſalis Coptici.

Pag. 189. & ſeq. Claudius iterum Liturgiam Æthiopicam temerè accuſat. Autor Latinæ interpretationis quæ extat in Bibliotheca Patrum. Hæc Romæ accurata. In codicibus manuſc. vtrùm pro hoc eſt corpus meum, bene legatur, hic panis eſt corpus meum. Vindicatur Latina illius interpretatio ad contextum Æthiopicum à Claudij reprehenſione. Ipſimet Liturgiarum contextus Claudio opponuntur; quia apud eum vacillat Interpretum fides. Quid à cenſoribus in Liturgiis Orientalibus refectum fuerit. Illud in doctrinam rei Euchariſticæ refundi nequit.

Pag. 193. & ſeq. Refelluntur argumenta

Digitized by Google

menta quibus probat Claudius Armenos à ſuis partibus ſtare. Vnius Guidonis autoritas multos Scriptores in errorem induxit. Armenorum de corpore Chriſti perſuaſio ex Euthymio Gigabeno. Notantur qui peregrinationes in vulgus edunt. Guido parum fidus ſcriptor. Alfonſi de Guidone iudicium. Staniſlai Orechouij de Armenorum aliorumque Orientalium fide teſtimonium profertur. Quæ ratione Armeni cæterique Eutychiani negent Chriſti corpus & ſanguinem ineſſe Symbolis. Abrahami Echellenſis Maronitæ defenſio.

Pag. 199. & ſeq. Maronitarum de Sacramento Euchariſtiæ perſuaſio aſſeritur, Euchariſtia rectè appellari poteſt Sacramentum corporis Dominici, & quo ſenſu. Explicantur locutiones nonnullæ quibus abutitur Claudius.

Pag. 203. & ſeq. Diſſertatio de Liturgiis. Græcorum de Græcis Liturgiis ſententia. Theodori Balſamonis de iiſdem iudicium. Quid ea de re ſentiat Hieremias Patriarcha Conſtantinopolitanus. Latinorum de præſenti argumento ſententia. Franciſcus Biuarius ſcriptor nugaciſſimus. Res Liturgicæ in Eccleſia inde iam ab illius exordio obtinuerunt. A quibus primùm profectæ ſint. Maxima codicum Liturgicorum tam apud Græcos, quam cæteros Orientales diſſenſio. Iuliani in Synodo Florentina de Liturgiis Græcis iudicium. Ex Liturgiis ſobriè & cautè ducenda ſunt argumenta. Præcipuarum Miſſæ partium antiquitas ex Auguſtino.

Pag. 216. & ſeq. Expendontur Liturgiæ cæterarum nationum Orientalium; ac primò Maroniticæ. Maronitarum origo. A quibus Liturgias ſuas hauſerint. Miſſæ Maroniticæ œconomia et Miſſali Maronitico lingua Syrica Romæ edito producitur.

Pag. 222. & ſeq. Expenduntur ſecundò Liturgiæ Neſtorianæ. Leontij de Neſtorij Miſſa iudicium. Defenditur Neſtorius & illius Liturgia à calumniis aſſeritur. Laus Miſſarum quibus gens Neſtoriana vtitur. Manuſcriptum exemplar Miſſalis Neſtoriani quo vſi ſumus à Preſbytero Babylonienſi cuius erat, miſerè depranatum, & cur. Neſtorianis, ſi quando ad Eccleſiam Romanam accedant, libros ſuos corrumpere haud inſolens. Series Liturgiarum Orientalium quæ extat apud Scultingium fabellis referta.

Pag. 224. & ſeq. Expenditur tertiò Liturgia Gophitarum. Victorij Scialach Accurrenſis Maronitæ de illis iudicium. Commendatur illarum antiquitas. Victorij codex manuſcriptus à noſtro in multis diſcrepat. Complura ſunt in eiuſdem Victorij interpretatione, quæ manu medica indigent.

Pag. 226. Expenditur quartò Miſſale Æthiopicum. Quæ ſit Miſſæ Æthiopicæ ratio.

Pag. 227. De Miſſa Armenorum. Hæc ad Romanam in aliquibus reformata. De forma illius innocationis iudicium.

Pag. 228. & ſeq. De voce Antitypi. Quomodo in rebus Liturgicis ſumi debeat. Conſenſus Græcorum hac in parte inde iam ab octauo ſeculo. Maxima Catholicorum & Iconoclaſtarum de vocis iſtius ſignificatu diſputatio. Hanc falsò Caluiniani homines in ſuarum partium aſſertionem pertrahunt. Defenſorum traditionis Eccleſiaſticæ de imaginibus, & Iconoclaſtarum de rebus Euchariſticis contentio. Nimia Catholicorum aduerſus Iconoclaſtas contentio de voce Antitypi. Ex variatione vſurpationis nominis alicuius, non bene rei ipſius variatio concluditur. Notantur Arcudius & Turrianus. Leonis Allatij de voce Antitypi in Miſſa Baſiliana ſententia. Græcorum à Latinis hac in parte diſſenſio. Doctores Catholici non debent ſemper refugere à figuræ nomine in rebus Euchariſticis.

Digitized by Google

Pag. 232. & ſeq. Adorationem corporis & ſanguinis Chriſti in ſymbolis eamdem agnoſcit Eccleſia Græca, atque Latina, Adoratio etiam externa apud Græcos. Liturgiæ locus vbi illa adoratio peragitur. Refellitur Claudius. Defenſio Arnaldi. Leo Allatius à Claudij conuitiis aſſeritur. Quomodo νοουμένου & νοητὸν explicari debeant in Cabaſila. Claudius dum Arnaldi interpretationi detrahit, ipſe Græcorum fidei ſubdola eorumdem verborum conuerſione inſidiatur. Cabaſilæ de adoratione Chriſti corporis in ſymbolis ſententia declaratur. Illud quod Symbolicum & myſticum eſt, rei ipſius veritatem non excludit.

Pag. 238. & ſeq. Ea pars Liturgiæ Græcæ, quæ ad Chriſti corporis adorationem in ſymbolis pertinet, illuſtratur ex Miſſali Neſtorianorum manuſcripto. Eadem illuſtratur ex Miſſali Maronitarum: iterum confirmatur ex ritu ſpeciali, qui apud gentem Maroniticam obtinet. Claudij obiectio contra hanc adorationem ſoluitur.

Pag. 242. & ſeq. Soluitur argumentum, quod ſumpſit Claudius ex autoritate S. Stephani iunioris. De adoratione ſolùm quæ ſit ad aliud hoc loco agi, liberè cum eo agnoſcimus. De Symbolis conſecratis non loquitur Stephanus. Caſtigatur Albertinus. Reſponſio altera ad Claudij argumentum ſecundum ſententiam Arnaldi, quæ tamen non videtur Stephani mentem exprimere. Soluitur ſecundò argumentum, quod ſibi ſumpſit Claudius ex autoritate S. Ioannis Damaſceni.

Pag. 247. & ſeq. De Particulis. Sumunt Particulæ autoritatem ſuam ex traditione non ſcripta, quam priſca Patrum ætas minimè improbauit. Diuerſa planè eſt ratio traditionis rerum diſciplinæ, & illius quæ res fidei & doctrinæ reſpicit. De antiquitate Particularum. Permultos decepit vulgata Theoriæ Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani editio. Hæc caſtigatur ad codicem manuſcriptum. Fruſtra Albertinus & Blondellus in Germani verbis ſibi præſidium quærunt. Inanis quoque Arnaldi & Claudij de iiſdem diſputatio. Interpolator Theoriæ Germani etiam priſco Germano nonnulla detraxit. De antiquo ritu tradendi Sacramenti Euchariſtiæ in manibus. Complura in codices Liturgicos inuexit recentior ætas, quæ Germani ætate nullatenùs vigebant. Iterum vetuſtum Germani exemplar cum recentiori editione comparatur. Hæc in plurimis luxuriat.

Pag. 253. & ſeq. De oblationibus pro mortuis in Eccleſia faciendis. Illarum antiquitas. Illuſtrantur ex ceremonia Particularum. Quomodo in Miſſali officio dicatur *memento* etiam de B. Virgine, Apoſtolis &c.

Pag. 254. & ſeq. Hodierna Græcorum de pœnis damnatorum ſententia aduerſus Claudium. Græci ſecum ipſi diſſident in hoc negotio. De pœnis Purgatoriis, & earum ratione minimè conſentiunt. Diuerſa illorum de hoc argumento Teſtimonia. Græcorum leuitatis exemplum in Synodo Florentina. Ad conciliationem Græcorum cum Latinis in hac parte via munitur. Mens Gabrielis exponitur.

Pag. 260. & ſeq. de ritu geniculationum in Eccleſia Orientali.

Pag. 261. & ſeq. Quid per lumen quo fruuntur beati, Græci intelligunt. Duplex eſt Græcis Paradiſus. multùm ea in re à Latinis diſſident. hæc diſſenſio Claudij partibus minimè fauet. Græcorum ſententiam adſtruere videntur orationes quas Latini Sacerdotes in Miſſa pro mortuis enuntiant.

Pag. 263. & ſeq. Particulas non conſecrari rectè ſcripſit Claudius. Arcadius Simeonis Theſſalonienſis mentem in hoc negotio aſſecutus non fuit. Vſus Particularum qui hodie apud Græcos obtinet.

Digitized by Google

non videtur auferendus. Claudius ex hac Particularum ceremonia tranſubſtantiationem euerti malè arguit. Dum ſententiæ ſuæ teſtes profert Simeonem & Gabrielem, ſuo ſeipſum gladio iugulat. Particulas non conſecrari autor eſt Antiſtes Philadelphienſis.

Pag. 265. & ſeq. De Colybis. Oratio Colyborum: eorumdem Colyborum illuſtratio.

Pag. 267. & ſeq. Septem Sacramenta æque agnoſcit Eccleſia Græca ac Latina. Summa eorum omnium quæ Gabriel Philadelphienſis de ſeptem Sacramentis in ſpecie attigit. Scriptores nonnulli fidem nationum Orientalium falsò accuſarunt.

Pag. 271 & ſeq. De autore Sacramentorum apud Græcos non peræquè conſtat. Ieremias Patriarcha Conſtantinopolitanus in hoc argumento parum conſtans. Cum Græcis etiam conſentiunt in hac parte Latinorum nonnulli.

Pag. 272. & ſeq. Sententia Ioannis Damaſceni de Symbolorum conuerſione illuſtratur verbis Metropolitæ Philadelphienſis. Vnio hypoſtatica panis cum diuinitate rejicitur.

FINIS.

ERRATA.

PAg. 70. col. 2. lin 22. conſentione, ſcribe conſenſione p. 71. c. 1. l. 27. reſondet, ſc. reſpondet. p. 72. c. 2. verſus fin fuera. chiumano, ſc. fuora & chiamano. p. 73 c. 1. l. 11. focaciia, ſc. focaccia. p. 75. c. 2. l 18. hæc, ſc. hac. p. 79. c 1. l. 39. præſantificatorum, ſc. præſanctif. p. 81. c. 2. l 40 ſc. qui. p. 90. c. 1. l. 14. canonz, ſc. canone. ibid. c. 2. l 4. dele, eſt. p. 91. c. 2. l. 1. dele in opere iam laudato. p 105. c. 1. l. 14. ἁδιαιτος, ſc. ἀδιαιτος. ibid. l. 32. dominiio, ſc. dominica p. 108. c. 1. l. 27. adde, poſſe p. 110. c. 2. l. 40 μετεζολὴ, ſc. μετεζολὴ. p. 115. c. 2. l 11. cophitarum, ſc. cophtitarum. ibid. l. 21. cauillationibus, ſc. cauillationibus, p. 116. c. 2 l. 32. quantum, ſc. quantam. p. 118. c. 2. l. 15. adde, diuerſas. p. 131. c. 1. l. 1. adde quæ hic habet. p. 137. c 1. l. 27. Sacramentem, ſc. Sacramentum ibid. c 2. l 15. διὰ ſc. διὰ. p. 139. c. 1. l. 27. indicabimus, ſc. iudicabimus. p. 142 c. 1. l. 21 iſtam, ſc. iſta. p. 150. c 2. l. 15. ἀγάπας, ſc ἀγάπης p 154. c. 2. l. 8. adde Domine. p. 157. c. 2 l 12. ἀναξίαν, ſc. ἀναξίως. p. 158. c 2 l. 10. rhono, ſc. throno p. 159. in margine inferiori ἄνε, ſc. ἄνω p. 160. c. 2. l. 11. κύειος, ſc κύριος p 161. c. 1. l. 18. ne, ſc ſine. p. 162 c 2. l. 17. ſalautoris, ſc. ſaluatoris. p 166. c. 2. l 6 adde & p 167. c. 1. l. . diſtinguntur, ſc diſtringuntur. p 189 c. 1 l. 39 ὁ, ſc. ὁσ. p. 196. c. 2. l 20 adde & ſanguinem p 198. c. 1. l. 16. cophitarum, ſc ecphtitarum. p. 200. c 2. l. 25. Euageliorum, ſc. Euang, ibid. l. 8 & 19. Quinquianorum inuocationes, ſc. Zuinglianorum innouationes. p. 203 c 2. l 1. factum, ſc. factam p 203. c. 2. l. 31. profecta, ſc. profectæ. p. 206. c. 1. l. 27. accumenici, ſc. œcum. p 216. c. 1. l. 12. inducitur, ſc. inſtituitur. p. 217. col. 2. l. 6. Hereſiarchæ, ſc. Hæreſiarchæ p. 222. c. 1. l 1. errdimus, ſc. erédimus. p. 229 c. 1. l 20. διαχειζῶν, ſc διαχειζῶν. p. 247. in tit. antiſtis, ſc. antiſtitis. p. 253. c. 2. l 3. partibus, ſc. patribus. p. 287 l. vltima, Maronitæ, ſc. Maronitiæ.

In linguis Orientalibus ſic corrige.

Nonnihil in ſeparatione & coniunctione dictionum erratum fuit. Deinde puncta quædam intra literas notata ſunt quæ ab his abeſſe debeant. Pag. 87 col. 1. lin. 37. חברין ſc. חברין ibid. l. 40 ושרכא ſc. ושרכא ibid. c. 2 l. 19. חנא ſc. חנא p. 88. c 1. l. 22. poſt חנא addc בחמירא חנא ibid. l. 26. אליה ſc. אליה p 148. c. 1. l. 30. קורשא ſc. קורשא p. 149. c. 1. l. 24. חנא ſc. חנא p. 51. c. 1. l. 20. קיר ſc. קיר p. 154. c. 1. קורדיא ſc. קורדיא p. 221. c. 1. l. 21 יונים ſc. יונים p. 226. c. 2. l. 7. בשר ſc. בשר p. 228. l. 20. זכנא ſc. זכנא p. 228. l. 19. הרא ſc. הרא, Ib. חיחא, ſc. חילא.

Digitized by Google

Summa Priuilegij.

CAVTVM eſt Diplomate Chriſtianiſſimi Regis dato Pariſiis die octaua menſis Maij 1671. & ſubſignato, MALEBRANCHE, ne quis in Regno ſuo aliiſve locis ſuæ ditionis, intra ſeptem annos, ab hac præſenti editione numerandos, excudat, vendat, excerpat, contrahat, aut extra regni fines excudendum curet, aut excuſum, excerptum, & ſub alio quouis modo aut forma contractum vendat librum cui titulus eſt, *Fides Eccleſiæ Orientalis de Rebus Euchariſticis, ſiue Gabrielis Philadelphienſis Opuſcula, nunc primum de Græcis conuerſa, cum Notis uberioribus, &c.* Authore R. P. RICHARDO SIMON Congregationis Oratorij D. N. IESV CHRISTI, præter GASPARVM METVRAS Bibliopolam Pariſinum, aut quibus conceſſerit, ſub pœna confiſcationis librorum, & aliis contra delinquentes fuſius in diplomate expreſſis.

Regiſtratum eſt diploma eodem anno die 8. menſis Auguſti, in Bibliopolarum Chartulario. LOVIS SEVESTRE, Syndic.

Eſt autem abſoluta Editio die 10. Septembris 1671.

Digitized by Google

Digitized by Google